PHILLIPS ACADEMY
3 1867 00072 8340

Lat
871
L9d
v.1

Library

of

Phillips Academy

Accession No.
15200

Shelf No.
Lat
871
L9d
v.1

Lucretius Carus, Titus

T. LUCRETIUS CARUS

DE RERUM NATURA

LATEINISCH UND DEUTSCH

VON

HERMANN DIELS

BAND 1:

T. LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
RECENSVIT EMENDAVIT SVPPLEVIT
HERMANNVS DIELS

BERLIN
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG
1923

T. LVCRETI CARI

DE RERVM NATVRA

LIBRI SEX

RECENSVIT EMENDAVIT SVPPLEVIT

HERMANNVS DIELS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
1923

L
15200

Ed
871
L9d
v.1

Σοί, Φιλομωμιχίδη, πέμπω τόδε νῦν ἐτέων ὧν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντ' ἄρθμιος ἠδὲ φίλος.

1 5200

PRAEFATIO.

Lucreti carmen per unum exemplum quarto fere saeculo capitalibus litteris exaratum memoriae traditum esse primus Lachmannus inuictis argumentis euicit. hinc complures codices nono saeculo conscripti orti sunt, e quibus integri extant Leidenses Oblongus (O) et Quadratus (Q) et fragmenta duorum aliorum, dico Schedas Haunienses (G) et Vindobonenses (VU). sed quaeritur, utrum Carolinae aetatis ista exempla ex ipso antiquo codice uel uolumine deducta sint an intercedente exemplo insulari quam dicunt scriptura exarato. illud contenderat Lachmannus et qui eum secuti sunt plerique editores, hoc mihi probauit L. Duvau[1]). nam antiquus quidem librarius, qualem archetypum scripsisse putat Lachmannus, uix monstra talia prodidisset uelut *TRIVIAT* pro *Triuiai*, *ORALATVM* pro *ornatum* multaque alia eiusmodi. neque si recte archetypus illa uocabula scripsit, in prodigiosis istis erroribus consentirent apographa Carolina. praeterea nonnulla genera uitiorum in apographis obuia nisi ex posterioris aetatis insularisque scripturae consuetudine explicari non possunt.

Ergo ueri simile est antiquum illud uolumen in Britanniam Hiberniamue transuectum septimo fere saeculo ibi descriptum, tum hoc apographum Caroli Magni aetate in Galliam uenisse et illic complura exempla scriptura in Alcuini scholis usitata deducta esse[2]). et Alcuini discipulus

---

[1]) Lucretiana *Revue de philol.* XII (1888) p. 30 sqq.

[2]) cf. I. Philippe *Rev. de l'hist. d. relig.* 33 (1896) p. 151.

Rabanus Maurus in Prologo de laudibus Sanctae crucis[1]): *feci quoque*, inquit, *et synaloepham aliquando in scriptis in opportunis locis synaloepharum, quod et Titus Lucretius non raro fecisse inuenitur*. ipsum uero Rabanum poetam manibus triuisse nec solum a grammaticis talia didicisse fidem facit praenomen poetae, quod ab illis sumere non poterat. ac prompta est coniectura ipso optimo libro Oblongo eum usum esse. nam fuit hic olim monasterii Moguntiaci idque multa uolumina classicorum scriptorum ex Fuldensi accepisse constat[2]). hoc uero Rabanus initio saeculi noni per quadraginta annos administrabat, priusquam ipse episcopus Moguntinus anno 847 crearetur.

Eisdem temporibus metricis quaestionibus occupatus etiam is uir doctus Lucreti exemplum triuit qui in coenobii Sangallensis codice 870 (antehac D 476) in charta praefixa 28 uersus Lucreti attulit, quos Lachmannus ad V 559 significauit. qui quod credidit ex archetypo haec sumpta mihi non persuasit. nam boni ipse nil habet et in uitiis modo cum O modo cum Q facit[3]). itaque ex aliquo aequalium apographorum hausisse uidetur. nam praeter O et Q in abbatiis Corbeiensi, Murbacensi, Bobiensi exempla Lucreti fuisse satis constat[4]).

[1]) *Patr. l.* 107 p. 146c Migne.

[2]) cf. Niirnberger *Zur handschr. Überlieferung der Werke d. heil. Bonifatius*, Progr. Gymn. Neisse (1883. 4°) p. 3 sqq.

[3]) Lucreti uersus e codice Sangallensi comiter mihi exscripsit T. Schiess, doctissimus bibliothecarius Sangallensis; inde uarietatem lectionis in notis attuli.

[4]) cf. Manitius, *Mus. Rhen. Suppl.* 47 (1892) 24; Chatelain *Paléogr. d. class. lat.* I 16, qui tamen quod Corbeiense et Bobiense exemplum cum Schedis Hauniensibus et Vindobonensibus coniunxit nullo idoneo argumento nititur. Bobiensium quidem scriptura uulgaris discrepat.

Ermenricus porro Elwangensis in epistula ad Grimoldum[1]) circa a. 850 in Sancti Galli fano conscripta Lucreti uersus I 150—156 citat, quae uerba cum in uno certe uersu cum Anthologia Sangallensi quam dixi conspirent, conici potest hanc ipsam profectam esse ex Ermenrici studiis poeticis, quae fortasse nata erant Fuldae sub Rabani auspiciis . sed hoc non minus incertum est quam unde Mico Centulensis leuita hauserit, qui saeculo nono tres uersus Lucreti in metricam suam scriptionem inseruit.

DE ARCHETYPO.

Exemplar unde omnes nostri codices deducti sunt insularis, ut dixi, originis litteris anglosaxonicis, ut opinor, exaratum folia continuit 151, quorum singula quinquagenorum binorum uersuum erant, uel paginas 302 uicenorum senorum. hoc sagacissime olim Lachmannus ex turbis codicum demonstrauerat, et quamquam de nonnullis quae minoris sunt momenti alia licet conicere, summa huius computi certissime constat[2]). de exemplari antiquo prototypo quarto saeculo exarato, unde archetypus ille insularis descriptus est, nihil ueri similiter ex uitiis scripturae coniectari potest,

[1]) ed. Dümmler (Halis Sax. 1873) p. 20.

[2]) quae Goebelius, Munro, Susemihlius, Pollius, Castellanus ad emendandam rationem Lachmanni contulerunt, aut aperte falsa aut incerta sunt. ac plane cadit Woltjeri suspicio, *Jahrb. f. class. Philol.* 123 (1881) 769, antiquiorem extitisse archetypum uersuum denorum trinorum. conspectum totius discriptionis secundum Lachmanni rationem ego in meum usum confeceram, quem publici iuris fecissem, nisi Merrill *The archetype of Lucretius* (Univ. Californ. publ. II 10 p. 227) anno 1913 idem occupauisset. ceterum recte is monuit ad turbas explicandas, quae Lucreti carminis contextum haud raro peruerterunt, archetypi structuram non multum prodesse. nam pleraque in editione a Marco Cicerone curata iam turbata fuisse mihi persuasum est.

nisi grandioribus eum litteris scriptum fuisse qualibus quarto quintoue saeculo utebantur antiquarii. fortasse sex uoluminibus chartaceis illud antiquum uolumen constabat. etenim uno corpore codicis si sex libri contenti fuissent, aegre intellegas, cur priorum librorum I II III indices capitum, qui singulis libris praefixi erant, perierint omnes. qui si in fronte uoluminum singulorum papyraceorum extabant, initiorum iacturam uel corruptionem facilius explices. papyrorum enim fragilium prima quaeque pagina maxime fuit obnoxia iniuriis[1]).

Scilicet Lucreti uolumina post christianae doctrinae uictoriam contempta iacebant[2]) nec iam codicum commodiore forma propagabantur. itaque sumo unum exemplum situ detritum ac mutilatum in insulas transuectum ibique a curioso monacho satis indocto transscriptum esse. idque haud incredibile in Eboracensi bibliotheca, ut exemplo utar, seruatum et inde per Alcuinum cum aliis codicibus classicis in Franciam uenisse, cuius discipuli antiquitatis amore inflammati certatim exempla illa scribebant, quorum pars seruata est.

Et archetypum et antiquum eius exemplar situ corrupta aliquamdiu in tenebris iacuisse lacunis maioribus uel minoribus quae in omnibus libris sunt conspicuae demonstratur. atque minores quidem non solum indicare sed etiam quomodocumque supplementis nostris sarcire fas esse duxi. neque

---

[1]) quod Birtius (*Berl. phil. Woch.* 1919, 719) de chartaceo prototypo dubitat, quia profana uolumina papyracea ex antiquitate uix usque ad septimum saeculum perdurarint, obseruatione dignum est. at de sacris litteris ipse hoc concessit, neque equidem negauerim Epicurea uolumina neglecta per saecula nonnulla in angulo bibliothecae cuiusdam delituisse.

[2]) ultimi antiquitatis christianae scriptores eum usurpauerunt Dracontius Afer et Isidorus Hispanus.

enim aliter poetae consilium, quale e contextu apparet, legentibus aperiri commode potest. sed ne recentia haec supplementa fraudi sint leuiter inspicienti, sedulo caui atque quaecumque uerba codicum uel testium antiquorum auctoritate carent, *litteris inclinibus* distinxi, singulas tamen litteras aut additas uerbis aut mutatas indicare nolui. de his quae subnotaui sufficient.

Ex apographis apparet etiam in archetypo primas cuiusque uersus litteras maiusculis paululum distantibus a ceteris distinctas fuisse. capitula minio exarata fuerunt itemque primi post capitula singula uersus initiales. haud raro factum est, ut uersus quoque toti ipsius Lucreti minio et maiusculis litteris in archetypo scriberentur, uelut in conclamato loco II 42. 43 (qui propter duplicem lectionem uersus a poeta, ut opinor, ipso profectam [41=43^{a}] iam editoribus antiquis adeo offensioni fuisse uidetur, ut alterum delerent) ex ratione codicum OG concludere licet. miram autem istam rem cum uel Lachmannus explicare se non posse fateatur[1]), breuiter causam indicabo. librarius cum archetypi uersus corruptos uideret, sperans melius sibi exemplum postea fore ad manum, uacuum iis spatium reliquit. tum superuenit rubricarum pictor, qui, quamuis aliud exemplar correctius non inuentum esset, uersus omissos ex archetypo suppleuit et quasi capitula hos quoque minio exarauit.

DE ANTIQVIS EDITIONIBVS.

Lucreti memoria antiqua, qualis ex archetypi saepe stupide corruptis, numquam tamen, si perpauca excipias,

---

[1]) cf. Comm. p. 78 (ad II 42.43), ubi omnes eius modi loci codd. OQ recensentur.

interpolatis lectionibus cognosci potest, eodem modo quo aequales Vergili Plautique codices plurima antiquitatis per saecula seruatae uestigia prae se fert. quod non potest factum esse, nisi philologorum auctoritate exemplaria ad normam artis recensita extitisse credas, quae uelut aeruginem nobilem uetustas formas religiose conseruarent. et constat scholio Parisino de notis (Gramm. l. VII 534, 14) Valerium Probum, quem Aristarchum Latinum dicunt, talem editionem publicasse notisque criticis distinxisse. sed quantumuis auctoritatis huic exemplari tribuas, fieri non poterat, quin nonnullis locis librariorum incuria uel lectorum arbitrio discrepantia lectionis in antiqua exempla se insinuaret, cuius exempla scriptorum grammaticorumque testimonia, quae in apparatu critico subscripsi, praebent. in archetypo quoque nonnullis locis uariae lectiones superscriptas uel adscriptas fuisse certum est, unde apographa haud raro in dubitationem atque adeo errorem ducta sunt. sed de his paulo post agam. etiam commentaria Lucretio antiqua non defuerunt, quale Hieronymus nouit[1]), neque indoctus fuit ille editor qui primis haud dubie saeculis p. Chr. capitula praefixit, unde Epicureae disciplinae notiones lectoribus etiamtum notas fuisse apparet[2]). at lector uel potius interpolator philosophus, cui Lachmannus uersus quosdam suspectos adscribebat, numquam extitit.

---

[1]) apol. c. Rufin. I 16 (XXIII 410 Migne).

[2]) capitula et indices parum curarunt editores, inseruit tamen etiam Merrillius in editione minore (Berkeley 1917). criticus sane eis carere non potest, etsi ratio argumentorum haud raro mira atque adeo absurda nobis uidetur.

DE CODICE OBLONGO (O).

CODEX MEMBRANEVS LEIDENSIS VOSSIANVS LATINVS FOL. 30 [1]) exeunte saeculo ·XV· Moguntiae fuit. f. 1[r] infra subscribitur: *Iste liber pertinet ad librariam Sancti Martini eclesie Maguntine ·LV· I· M. Sindicus subscripsit anno 1479.* Macarius igitur de Buseck, qui haec subscripsit, testatur tum temporis in celeberrima bibliotheca Moguntina codicem O extitisse; tum post uarios casus, quos ignoramus, ad Isaacum Vossium peruenit; unde post eius mortem in Leidensem uniuersitatis bibliothecam transiit. scriptus est nono saeculo 192 foliis; uiceni uersus paginam implent, litterae minusculae pulcherrimae, quales Carolingorum aetate in scholis Alcuini docebantur. atque in Fuldensi quidem schola codicem O scriptum esse, indeque Moguntiam translatum supra sum suspicatus. superuenit rubricator qui non solum capitula et initiales litteras minio expleuit, sed etiam uersus quosdam, quos recte legere librarius princeps non ausus erat uel de quibus dubitabat, minio suppleuit. atque idem iam in exemplari suo inuenisse eum apparet ex ceterorum apographorum Q, G-V, U condicione.

Correctores adfuerunt plures, insignes uero duo. prior est ille qui a scriptura anglosaxonica, quo utebatur, a Lachmanno Saxonicus (O^s) uocatus est, qui aut exemplari archetypo ipso aut apographo eius usus locos principi librario obscuros suppleuit uel falso lectos correxit. alter posterior, undecimi ut uidetur saeculi, (O^1) multa bene correxit accito partim exemplo alterius familiae [2]), partim ex ingenio. cuius

---

[1]) cf. Praefationes Lachmanni Comm. p. 5 et Aemilii Castellani (*Lucr. cod. Voss. obl. phototypice editus*, Lugd. Bat. 1908).

[2]) exempla proferam: V 743 *euhius aeuom*, pro *euhius euan-* Q alteram uocem scripserat *euā*, hinc O^1 correxit *aeuam*. V 533 O

generis nonnulla egregia sunt ut III 236 *multa moueri*, quod non poterat aut ex archetypo aut ex apographo petere. at idem nonnulla etiam absurde correxit et intellexit uelut I 411 *hoc tibi de ptano possum promittere*, ubi *plano* quod uerum est non inuenit, sed explicabat monstrum illud temere superscripto *proprium nomen!* difficile est in eodem homine tam diuersum ingenium agnoscere, neque omnino multi fuerunt ista aetate qui tale munus correctoris, quod non minus sedulitatis quam eruditionis flagitabat, praestare potuerint. quare non absonum uidetur quod Tangelius, carissimus collega nuper defunctus, mecum communicauerat. meminerat enim idem studium emendandi se inuenire in Otlone, monacho Emmeramensi, qui, dum a. 1062 usque 1066 Fuldae uersatur, in Bonifatii epistulis concinnandis simili modo grassatus est. nam et aliud exemplum ad corrigendum adhibebat Otloh et suo Marte liberrime emendauit uel potius interpolauit quidquid ei minus placebat[1]). iam uero idem uir doctus scripturam correctoris Lucreti, quem O^1 dico, plane concinere uidit cum Otlonis scriptis ipsius manu exaratis[2]), ut eundem codicem O, dum Fuldae etiamtum seruaretur, correxisse merito coniceret. ab antiquis correctoribus O^s et O^1 et si qui alii corrigebant illis temporibus secernendae sunt manus recentiorum uirorum doctorum, qui

---

pedetem scripserat omissa extrema syllaba *tim;* Q seruauit *pedetemti* omissa *m* littera, hoc uero truncatum restituebat siue ex Q siue gemello corrector O^1.

[1]) Tangl, *N. Archiv f. ält. deutsche Geschichtsk.* 40 (1916) 695 sqq.

[2]) de exemplis lucis ope descriptis, quae Otlonis manum monstrant, rettulit Tangl l. c. p. 706 n. 3. de uita Otlonis cf. Dümmler *Sitz.-Ber. d. Berl. Ak. 1895 p. 1071 sqq*

raro notas uel signa omissionis adsperserunt. has quidem notulas signo O^2 distinxi.

Codicem O, qui ex archetypo insulari etiamtum integro nec turbato descriptus est, principatum tenere inter omnes editores constat, postquam eius uirtutem diu latentem eodem fere tempore Iacobus Bernaysius et Carolus Lachmannus aperuerunt. contuli ipse imaginem codicis lucis ope confectam Leidensem.

DE CODICE QVADRATO (Q).

CODEX MEMBRANEVS LEIDENSIS VOSSIANVS QVADRATVS 94[1]) constat foliis 69. paginae bipartitae in utraque columna uersus habent uicenos octonos. possedit hunc olim monasterium S. Bertini Audomari (St. Omer). hanc originem testatur Lambinus, qui ex coenobio Bertini ad P. Gallandium Lutetiam missum esse hunc codicem in praefatione editionis narrat; deinde Adriano Turnebo eius copiam a Gallandio factam esse, unde discrepantiam lectionis se accepisse. mirum est antiquum catalogum Bertinianae bibliothecae s. XII. confectum[2]) Lucretium non recensere. at nomen Lucreti, nimirum propter metum monachorum, in titulo erasum est, neque extat DE RERVM NATVRA, sed DE PHISICA RERVM ORIGINE VEL EFFECTV. postea Gerardus Io. Vossius eum possedit, et ex hereditate filii Isaaci ad bibliothecam Leidensem uenit a. 1689. codex saeculo nono[3]) descriptus est non ex ipso insulari archetypo, sed ex apographo, unde etiam

---

[1]) cf. Lachmanni Comm. p. 7 et Castellani Praef. ad Leidensis codicis quadrati imaginem (Lugd. Bat. 1913).

[2]) ed. primus Berthod *Mém. de l'Ac. de Brux.* V (1788) 227.

[3]) sic Castellanus, decimo attribuerat Lachmannus.

schedae Haunienses et Vindobonenses originem ducunt. nam praeter uitiorum similitudinem laborant haec alterius familiae exempla lacunis, quae disiectis archetypi schedis ortae sunt. etenim postquam O ex archetypo etiamtum recte ordinato descriptus est, exciderant illae e compagine et in apographo communi post librum VI hoc ordine descriptae sunt:

archetypi fol. 39^{rv} II 757—782
783—806 + 2 capitula
fol. 115^{rv} V 928—953
954—979
fol. 16^{rv} I 734—759
760—785
fol. 29^{rv} II 253—278
279—304.

ergo archetypi quaternionis II folium ultimum, IV fol. quintum, V fol. septimum, XV fol. tertium errabunda in manus eius scribae inciderunt, qui commune exemplar apographorum trium Q, G-V, U condiderat. capitula et initiales rubricatori explenda reliquerat. qui tamen non apparuit. sic imperfectum mansit hoc exemplum.

Corrector saeculo XV. demum superuenit (Q^1), cuius merita haud facile quis recte aestimet. nam insunt plane egregie correcta. uelut transposuit ingeniose IV 323—347 et 299—322 quae sunt folia 76^r et ^{v} archetypi, quorum uersus cum 3 capitulis efficiunt bis 26 numerum. ergo iam in insulari archetypo qualis O codici praesto erat, inuersum erat hoc folium nec tamen ordine solutum. sed insunt in eodem etiam multa stupide correcta et, quod ualde memorabile est, conspirat Q^1 tam saepe cum Poggianis apographis, de quibus dicendum

erit, ut aut Poggius Bertinianum codicem in margine sui exempli excerpserit aut Q^1 alio modo cum Italis cohaereat[1]). ac uestigium huius necessitudinis, quam miror adhuc latuisse, inuenio in Politiani nota marginali ad II 716, quam Munro ad II 1110 adscripsit. hic enim cum OQ pro uera lectione *intus* habeant *inte*, Q^1 adnotat *l'* (i. e. *uel*) *inter*, quam ipsam lectionem in margine Politianus siglo P signauit. quod editor Britannus quaerit: „*is P Poggio?*“, confirmatur inde quod, etsi Niccolianum apographum Poggiani codicis exhibet *intra,* aliud apographum Italorum, codex Cantabrigiensis, consentit cum Q^1. aenigmatis huius solutio fors sit an inueniatur, simul atque Poggiani codicis fata cognita erunt. tum ad hanc rem redibimus. hoc autem iam ueri simile factum est non ipsius correctoris Q^1 esse uirtutem, si quid rectius quam in archetypo OQ ab eo profertur.

DE SCHEDIS.

In BIBLIOTHECA REGIA HAVNIENSI seruantur octo folia ex antiquo saeculi IX. codice (G) reliqua (Vet. coll. n. CCXI), quae R. I. F. Henrichsen[2]) descripsit et in uniuersum satis accurate contulit. schedae binis columnis ita exaratae, ut quadrageni fere septeni uersus utrimque extent. tituli capitum rubro, ut in ceteris codicibus, pinguntur. prima folia nitidius scripta, tum progrediente labore librarius magis magisque in neglegentiam labitur, omnia tamen mihi quidem ab eodem scriba exarata uidentur. hoc fragmentum, quod Lucreti uersus ab initio usque ad II 456 continet,

---

[1]) e. g. I 772, 824, 1105; II 54, 73, 615, 1145; IV 877, 1085; V 736; VI 962.

[2]) *de fragmento Gottorpiensi Lucretii*, Othiniae 1846.

iam XVII. saeculo, ubi G. I. Vossius contulit, solutum erat e compagine et sub Christiano septimo (1766—1808) Hauniensi bibliothecae accessit. correctum est et antiquis (G^1) et recentioribus (G^2) temporibus haud ita multis locis. nonnulla, postquam Vossius contulerat, a uiro quodam docto mutata sunt. nam I 158, ubi nunc legimus *perspiciemus*, ille inuenit *perspiciamus* et I 171 pro *nascitur*, ut nunc extat, legit *nascuntur*. textus forma simillima est Quadrati, ut ex eodem exemplari ductum eum esse appareat[1]). ut in describendo neglegentior aliquanto fuerit quam Q, tamen illo praestat seruatis capitulis miniatis et utilis est aliquot locis ad pristinam Q codicis formam a correctore adulteratam restituendam atque adeo ad archetypi imaginem, ubi Q lapsus erat, cum O recte instaurandam. contuli ipse ex schedis photographis, quas liberalissime bibliothecae Hauniensis praefectus mihi dono dedit.

SCHEDAE VINDOBONENSES, quibus signum 107 Phil. 128[2]), mihi notae sunt ex imaginibus, quas I. Schramm, photographus Vindobonensis uenia a bibliothecae praefecto accepta in meum usum confecit. Lucreti uersus implent codicis f. 9^r—18^r. quia partim falsa apud editores traduntur, appono indiculum paginarum:

		V				V	
f. 9^r	II	642— 732		f. 10^v	II	967—1058	
^{v}		733— 756. 807—872		11^r		1059—1150	
10^r		873— 966		^{v}		1151—1174. III 1—66	

[1]) quare ut ille omisit duas illas archetypi schedas I 734—785 et II 253—304, quae ad finem exemplaris delatae erant. praeterea singulos uersus hos omittit G: I 123, 890, 891, 1068—1075, 1094—1101, qui etiam in Q desiderantur; sed I 1023, II 310—312 in Q extant, quos omisit G.

[2]) Tabulae codd. mss. ed. Ac. Caes. Vindob. I 15 n. 107.

		V			U	
f. 12r	III	67— 160	f. 15r	VI	743— 848	
v		161— 251	v		849— 954	
13r		252— 344	16r		955—1064	
v		345— 434	v		1065—1172	
14r		435— 527	17r		1173—1282	
v		528— 621	v		1283—1286.	II 757—805.
						V 928—979
			18r	I	734— 785.	II 253—304.

Decem haec folia non ad eundem codicem olim pertinuisse, quod Lachmannus coniecerat, intellexerunt recte Eduardus et Antonius Goebel[1]), fratres doctissimi. immo quattuor illa folia 15—18 (U) relicta sunt ex codice eiusdem aetatis et persimilis scripturae, sed diuersae formae membranarum et diuersi numeri uersuum. priora enim illa sex folia 9—14 (V) in utraque columna paginae fere quinquagenos septenos exhibent, posteriora quattuor (U) autem quinquagenos quinos aut minus. eidem uero fratres bene intellexerunt, quod ex imaginibus clare elucet, priora folia Vindobonensia (V) partem esse eius codicis, unde schedae Gottorpienses siue Haunienses rescissae sunt. igitur nono saeculo medio[2]) duo exempla ex patre alterius familiae praeter Q descripta sunt G-V et U, quorum discrepantia primum nunc in hac editione accurate est notata. Castellanus[3]), qui necessitudinem harum schedarum non perspexit, quamquam Goebeliorum meminit, coniecit Gottorpiense exemplum olim Corbeiae, Vindobonense (dicendum

---

[1]) *Mus. Rhen.* 12 (1857) 449 sqq.

[2]) uulgo hi codices saeculo decimo attribuebantur.

[3]) Chatelain, *Pal. d. class. lat.* I 16 diuersitatem manuum, quae in Vind. Schedis extant, agnouit, tamen unius olim fuisse codicis eas perseuerauit. qui, cum prior manus sine dubio eadem sit quae Gottorpiensem codicem scripsit, necessario in errorem Lachmanni relabitur, quem uituperat.

erat alteram partem eius) in S. Columbani coenobio Bobiensi seruatum esse, idoneis tamen argumentis istam coniecturam ille non fulsit.

DE EXEMPLO POGGIANO.

POGGIVS BRACCIOLINI exeunte anno 1414 Constantiam uenit ut scriptor papae Ioannis XXIII atque, si quid otii concilium ibi congregatum ei permiserat, bibliothecas uicinas Heluetiae, Germaniae, Galliae peragrabat, ut codices classicorum scriptorum indagaret. Anni 1418 mense Maio Francisco Barbaro Venetiam litteras misit[1]), ubi, cum de aliis inuentis (Silio, Stati Siluis, Manilio, Ciceronis orationibus) dixisset, de hoc poeta: *Lucretius*, inquit, *mihi nondum redditus est, cum sit scriptus; locus est satis longinquus neque unde aliqui ueniant; itaque expectabo quoad aliqui accedant qui illum deferant; sin autem nulli uenient, non praeponam publica priuatis.* hinc apparet Poggium non ipsum codicem, sed exemplum inde descriptum se expectare ac paratum esse, si mitti hoc non possit, ipsum ad iter faciendum. praeterea sequitur non in uicinia fuisse illam bibliothecam, ergo non fuit Sangallensis, unde alios scriptores secum duxerat. atque ueri similiter Bloch[2]) coniecit coenobium Murbacense, ubi Lucreti exemplum olim extitit, Poggio codicis sui copiam fecisse.

Hoc exemplum, quod Poggius primum amico Niccolio Florentiam ad describendum misit, post longas moras circa annum 1434 ad eum rediit ac tum cum compluribus amicis

---

[1]) M. Lehnerdt, *Lucr. in der Renaissance* (in libro gratulatorio, qui ad celebrandum jubilaeum 600 annorum gymnasii Kneiphoefiani Regiomontani 1904 prodiit).

[2]) *Ein karolingischer Bibliothekskatalog aus Kloster Murbach Straßb. Festschrift zur 46. Philologenversammlung.* Straßb. 1901 p. 257. Manitius *Mus. Rhen.* Suppl. 47 (1892) 24.

communicatum esse uidetur, qui certatim describere atque emendare uerba corrupta studebant. ex hoc exemplo uel ex Niccoliano apographo multa tum in Italia orta sunt exempla, quae in Italiae bibliothecis et extra seruantur. maximi momenti sunt ipsius NICCOLII APOGRAPHON quod in Laurentiana bibliotheca extat (LAVR. 35,30, mihi L notatur), postea a. 1442 scriptus est COD. VATIC. 3276 in usum Ioannis Aurispae, tum CODEX LAVR. 35,31 (F) multis emendationibus notus, quae partim cum CANTABRIGIENSI consentiunt[1]). aliquamdiu etiam codex olim Victorianus nunc Monacensis (lat. 816[a]) magni aestimabatur, quem hodie praeter aliquot bonas emendationes quidquam proprii habere omnes negant. at omnes item inde a Lachmanno consentiunt Poggii exemplar iuxta priorem (O) et alteram familiam (QG-VU) tertium genus ex ipso archetypo ductum repraesentare mixtum ex eis, quae utriusque familiae propria sunt. hoc praefracte uerum esse nego. nam apographa Italorum mirum quantum inter se differunt, quod aliter uix explicari potest nisi ita, ut Poggii exemplum descriptum ex ignoto illo codice, sed conlatum credamus cum utriusque generis codicibus. nam saepenumero isti conspirant cum O atque adeo cum O^1, quod iam Lachmannus obseruarat, saepe autem etiam cum Q eiusque affinibus[2]). praeterea Poggius ipse istud apographum in margine suis coniecturis emendare studebat. haec partim iam Niccolio praesto erant, partim postea addita sunt et a Poggio et ab amicis. quare accidit ut posteriora apographa

---

[1]) hos duos codices non ex L, sed ex ipso Poggiano exemplo descriptos esse certum est.

[2]) fortasse etiam illud exemplar, quod Murbacense dubitanter uocamus, ut ceteri antiqui codices, ipsum alius generis codicem ad emendandum acciuerat.

Itala a Niccoliano L discreparent. acutissimus fuit iste uir doctus qui Laur. 35,31 (F) scripsit, quia non solum antiquos grammaticos consulebat[1]), sed etiam ex ingenio haud pauca feliciter restituebat. haud scio an marginalis ista Poggii adnotatio possit uno loco VI 965 apte illustrari, ubi uersus *denique cera lique fit in eius posta uapore* in L ita legitur, ut pro *eius* positum sit *nil*. monstrum hoc ex Monacensi Victoriano, ni fallor, lucem accipit. ibi enim legitur *ignis*. nimirum *eius*, quod apud Lucretium refertur ad *sol* (962), non intellexit glossator et temere in margine adscripsit *ignis*, sed angustiis spatii pressus scripserat *nif*^{ig}. quid L inde fecit? neglectis superioribus litteris *nil* (sic enim legerat) stupide uersui inseruit. quod Poggii textus *eius* recte tenuit, indicio est F aliorumque apographorum lectio. qui horum apographorum plenam nactus erit cognitionem, quam comparare nec poteram nec uolebam, fata mire perplexa huius generis melius explicabit. sed ego in eis, quae hucusque publici iuris sunt facta, nihil inueni, quod sui iuris esse hanc Poggianam stirpem demonstret. qui uero dubitat, num egregiae nonnullae emendationes, quas illinc in notis attuli, ex ingenio Italorum XV. saeculi nasci potuerint, reputet uelim, quantum fructum ex aequalium uirorum doctorum coniecturis Lucretius ceperit quorum nomina constant. Pontani, Politiani, Marulli symbolae profecto non minoris sunt aestimandae, quam Turnebi Lambini Lachmanni. ergo grato animo accipiamus, ex Italorum codicibus si quid boni ad poetae uerba emendanda capi possit. at caueamus, ne

[1]) cf. Hosius *Mus. Rhen.* 69 (1914) 120[1], qui necessitudinem Italicorum apographorum feliciter explanare coepit.

Poggianum illud exemplar aequo loco atque OQ (G-VU) ponamus uel nescio quo pacto ex ipso archetypo hausisse credamus. nec Lachmannus et qui eum secuti sunt editores sensu quodam recti ducti Italorum commenta umquam antiquis testibus praeferre ausi sunt, sed eis locis ubi hi errauerunt, i. e. ubi archetypus corruptus est, coniecturis uirorum doctorum, quales etiam Italorum codices referunt, mederi studuerunt.



DE ARCHETYPI VARIIS LECTIONIBVS.

Quicumque crisin Lucretianis uerbis recensendis adhibiturus est, non sine fructu attendat ad uarias lectiones. non loquor hoc loco de uariis formis uersuum atque dittographiis, quae ex indefesso poetae ipsius labore subnatae nec a Cicerone eiusque ministris deletae fuerunt[1]). affero IV 1047 = 1034, V 596 = 584, 1327 = 1328, 1359 = 1360. eodem pertinent etiam iteratae illae formae capitum

[1]) hae emendatoris Marci Tulli (nec enim Quintus in censum uenire potest) curae minimae fuerunt. neque Lucreti in Tullianis scriptis ullum uestigium apparet. itaque credibile eius operam maxime eam fuisse, ut Atticum amicum editorem nancisceretur.

quorundam, quibus poeta expertus esse uidetur, utrum melius quam antea idem eloqui posset. hac in re interdum eum neglegentiorem fuisse uno exemplo monstrabo. IV 219 inter alia effluuiorum exempla maris aestuantis meminit

aestus ab undis
220 *aequoris, exesor moerorum, litora circum.*

iam cum pergit

222 *denique in os salsi uenit umor saepe saporis,*
cum mare uersamur propter

in eodem uersamur simili. at interpolatus est

221 *nec uariae cessant uoces uolitare per auras,*

quod ad aliud genus pertinet. at ne interpolatorem quendam uel librarios incuses, ecce VI 927 cum ceteris huius capitis uersibus etiam 221 inter 220 et 222 iterum apparet.

Haec igitur ipsius poetae pericula emendandi uel uariandi recentiorum editorum exemplum secutus plerumque hoc signo ‖ utrimque cinxi.

Nunc uero dicendum est de uariis lectionibus archetypi, quae miro saepe modo errantes textum corruperunt. sic recte I 357 Oblongi corrector Saxonicus restituit

haud ulla fieri ratione uideres,

ubi pro *fieri* codices QG (ac sine dubio etiam O ante correctionem) interpolant *ualerent*, quod ad u. 356 *qua possent corpora quaeque* pertinere, cuius haec uaria olim forma esset *qua corpora quaeque ualerent* ex aliis Lucreti antiquis exemplis transuecta, acute perspexit Bernaysius. ergo in archetypo duplex fuit memoria, quo inspecto doctior ille corrector Saxonicus uerum restituit. insigne exemplum uagantis lectionis est I 305, ubi uarie antiquitus tradebatur aut *suspensae in litore uestis* aut *dispansae in litore uestis*· illud Lucretio uindico, quia III 986 *dispessus* non *dispansus*

dixit. at in archetypo deterior ista lectio in proximum uersum inculcata est, ubi codices nunc *dispansae in sole serescunt* habent; felici tamen casu Nonius idoneus testis ueram formam *candenti sole serescunt* seruauit. *dispansae* enim uestes tum demum recte dicerentur, antea si non suspensae in litore, sed complicatae fuissent, quod absurdum est.

Variarum lectionum copia cum latuerit adhuc plerosque editores, iuuat exempla nonnulla e multis hic afferre. I 410 uerum est *recesseris* (OQ^1), at in exemplari, unde QG descripti sunt, lectum est *reabscesseris*. scilicet in archetypo fuit: *re*abscesseris. eadem ratione II 12 ex codd. OQG consensu *plabore* concluditur in archetypo fuisse *l*abore. ergo antiquitus duplex lectio circumferebatur et *LABORE* et *PAVORE* (nam inter B et V nihil illis discriminis erat). haec uitia fortuito in exemplа antiqua uenisse uidentur, sunt tamen etiam quae grammaticorum manus experta sint. uelut II 1020 falso olim ex II 726 iteratus erat, ubi *plagas* uerum est. hic tamen contextu apparet nominatiuum desiderari. inde aliquis *plagae* correxit. iam uero archetypi librarius cum utrumque in suo exemplari adnotatum inuenisset notauit *plagas*. quid inde nostri librarii? portentum illud *plagaes* tradunt. I 404 siquis *ferarum* in codd. corruptum pro *ferai* miretur, explicatum habeat ex archetypi *ferai* pro insolito genitiuo uulgarem superscribentis.

Saepe factum est, ut uariae lectiones alio delatae uirorum doctorum coniecturas confirmarent. uelut VI 840 initio uersus inepte *quae* praefixum est. at idem ad finem insequentis uersus relatum Auancii emendationem *si quae* (pro librariorum *si qua*) confirmat. sic I 814 Lambini in-

uentum *multa modis* pro tradito *multimodis* comprobatur uaria lectione *multa*, quae in QG pro *mixta* (sic recte O) ex archetypi correctione male intellecta in proximum uersum delapsa est. itemque II 1169 emendatum illud *momen* pro *nomen* (OQV) aliquid fidei accepit, postquam in V lectionem *insaeculumque* inueni. archetypus enim cum pro uera lectione *caelumque* corrupte *saeclumque* dedisset, *in* superscripserat, quod tamen ad prioris uocabuli emendationem pertinet. nam in antiquo archetypi exemplo sine dubio erat ^{M}*NOMEN*. perpetui enim sunt in codicibus tales errores. uelut III 291 *inconcitat* scribunt OQ, ubi archetypus dederat sine dubio ^{in}*concitat*; IV 309 in archetypo primum fuit ^{a}*mult* (i. e. *multa*), quod O *mault*, Q *mauult* interpretatus est. extremo uersui III 358 *perditum expellitur aeuo* additur in OQ*V *quam*. qua correctione emendatum est olim in exemplari *perditum*. uerum enim Lachmannus restituit *perdit quom*. mira porro discrepantia quae est IV 433 *et condere lumen* (sic enim nunc uulgatur), codice Q *non* pro *et* atque O *contendere* pro *condere* exhibentibus, facillime explicatur archetypi gemina lectione ^{con}*ettendere*. similiter III 890 *torreresecere* (OQ) ex ^{sce}*torrere*. ac III 935 *si grata* Naugerii acumine inuentum, quod nunc spernere solent, confirmatur inde, quod *gratis* (OQ) deprauatum est ex archetypi ^{si}*grata*. eodem modo turbae III 1073 explicari possunt[1]). errores uagantium lectionum marginalium apparent etiam V 152, ubi *quodsi* refertur ad *quod sit* u. 151, atque V 1189,

[1]) eiusdem generis sunt uitia IV 624; V 23. 227. 881. 1003. 1267; VI 124. creberrima est transpositio litterarum *st*. quae aphaeresis cum librariis ignota esset, saepe omissa est copula atque a correctore supra uersum addita. hinc illae turbae.

ubi *sol* ex 1189 ad u. 1192 deiectum est. hanc consuetudinem qui norit, facillime etiam aenigma *A. A. Q. Q.* (VI 563) soluet, quod uel Lachmanni summi uiri acumen ludificatum erat. interpolatorum rara uestigia, quae uana commenta in margine adnotabant, inuenias in III 1090, ubi Q pro *condere* praebet *ducere,* et IV 43, ubi probe dictum *corpore* IV 43 ex u. 51 adulteratum est coniectura *cortice*.

DE TESTIMONIIS ANTIQVIS.

Auctorum ueterum testimoniis si quis recte uti uelit, duplex esse eorum genus memento. prius est hominum litteratorum quos poetarum uersus memoria tenaci fretos suis libris immiscere iuuat. cuius generis sunt Seneca, Arnobius, Lactantius, alii. quibus similiter, sed liberius usi sunt hoc poeta Vergilius, Horatius aliique qui uersus suos coloribus Lucretianis tinguere solebant[1]). quae hi afferunt uel imitantur aliqua cautione ad uerba Lucreti restituenda adhiberi consentaneum est, ne in errorem incidamus.

Alterum genus est grammaticorum qui poetarum chartas propter singula uerba quasi digito perlegunt. in quo est utilis maxime Nonius, quem quae ipse testatur in antiquo exemplo legisse mihi certum est. unde non statim ueritatem lectionis concludas, at acri haec omnia iudicio digna sunt, nisi quae codicum Nonianorum apertis sordibus inquinata sunt. eiusdem fere generis est Macrobi memoria, at sublestae sunt fidei quae Vergili interpretibus

[1]) cf. Merrill *Parallels and coincidences in Lucretius and Virgil* in Univ. California Public. class. philol. III 3 (1918) eiusdemque *Parallelisms and coincidences in Lucretius and Ennius* ibid. III 4 (1918) et *On the influence of Lucretius on Horace* ibid. I 4 (1905).

Seruio eiusque sociis debentur. horum enim auctores docti — nam ipsis parum eruditionis erat — ampla sed infideli memoria fisi Lucreti uersibus liberrime utebantur atque ubi uerba non iam genuina praesto erant suo Marte supplebant et interpolabant. hac ratione non satis perspecta uiri docti haud raro in errorem sunt inducti, uelut qui scholiasta Veronensi ad Vergili Georg. III 3 ad restituendum Lucreti I 50 sunt abusi uel qui Seruio ad Aen. VII 804 ad V 1442 supplendum uti non ausi sunt, quia deficiente memoria uersum suo Marte utcumque instaurare non dubitauit. quia uerbum florendi solum testimonio firmatum uolebat, cetera incuriose tractabat, dummodo sensus constaret.

Omnino grammaticorum memoria, quam Lachmanni splendidum exemplum secutus accurate collegi, pluris aestimanda est quam adhuc fieri solebat. scilicet nostris notis apparebit multa quae editores neglegentes uirorum recentiorum ingenio deberi censent ueterum testium auctoritate constare.

DE ORTHOGRAPHIA.

Lucretius eis temporibus uixit, quibus antiqua res publica domesticis turbis concussa magno labore ad nouam formam nitebatur. ut Catilina nouis tabulis promissis contra optimates institutorum ueterum patronos contendebat, sic aequalium poetarum ars ab Enniana arte ad politiorem formam peruenire summopere studebat. simul ipsa ratio scribendi incompta uarietate luxurians duce Caesare magis ad analogiae praecepta conformari coepta est. neque tamen omnes nouam disciplinam amplectebantur, sed fluctuabat adhuc consuetudo turbisque ciuilibus turbae litteraturae respondebant. hanc inconstantiam tituli eius aetatis prae

se ferunt incorruptam, poetarum autem et scriptorum aequalium monumenta posteriorum librariorum emendatrices ac nouatrices manus passa sunt. ita neque Catulli neque Ciceronis Caesarisue scripta ipsorum scriptorum rationem integram seruarunt, etsi multa antiquitatis uestigia relicta sunt. quid, quod in antiquo codice Reipublicae Tullianae librarii antiquam saepe memoriam ad nouiciam consuetudinem correctam uides. feliciter igitur factum est, ut Lucreti carmina paucis Caesarum aetate lecta minus fere detrimenti librariorum studio acceperint. nam etsi archetypi librarius antiqui sermonis tam fuit ignarus, ut genitiui in *ai* desinentis formam exceptis paucis exemplis deleret et multa alia in suam consuetudinem transponeret, tamen tantum priscae rationis seruatum est in omnibus libris aut in uno uel altero, ut Lucreti poema inter monumenta sincerissime tradita sit habendum[1]).

Ergo neque fas erit ad modum Italorum saeculi XV omnia ad nouiciam consuetudinem conformare neque antiquitatem commenticiam inuitis libris Lucretio obtrudemus, quod Wakefieldio placuit. immo unam hanc uiam quam Lachmannus olim fortiter praeiuit persequamur: quaecumque orthographiae antiquae uestigia in probis codicibus apparent, ea mordicus sunt tenenda. contemnimus delicatorum hominum fastidia, qui suavissimo poetae horridam uestem indui clament. nos unam sequimur ueritatem, qua antiquum poetam alienis plumis uestire uetamur. immo uerba poetae ipsa sine fuco proponi decet, ut etiam in minimis auctoris ipsius uel aequalium certe ratio appareat.

Itaque inconstantiam formarum quasi propriam eius aetatis sedulo conseruandam duco. neque miror, quod

[1]) uelut nullo loco medii aeui more *michi*, *nichil* traditum est.

semel I 107 poeta *finis* feminino genere dixit, quod uerbum alias saepe masculino exhibet. similiter *speculum* ut ceteri neutrum usurpat (III 974. IV 151), idem tamen IV 284 masculinum[1]). itemque *aeuos* et *aeuom* promiscua (II 561, III 605 masculino, ceteris locis neutro genere). neque curamus quod IV 1143 exaratum est *prendere*, at alibique *reprehendere*. omnino scriptio plena iuxta contractam et ad uulgarem modum pronuntiandi accommodatam promiscue adhibetur. sic *uehemens* tribus syllabis fere scribitur, etiamsi duobus pronuntiatur. *nihil*, *nihilum*, *nihilo* paene semper plene scribitur, quae uersu contrahi a poeta semper docemur; similis Ciceronis usus clausularum arte patefacta est, neque differunt plerique poetae excepto aequali Catullo. *prohibet* scribitur, etsi hexametrum claudit III 863, contra *probeat* contracte I 977, quemadmodum Cicero secundum clausulas locutus est. *Troiiugenas* (I 465) et *Troiianis* (I 476) uides ad Ciceronis morem exarata, contra *Troiae* simpliciter V 326, *reiicit* I 34 iuxta *reicere* II 714, similiterque uariat in aliis compositis. *tum* et *tunc* promiscue adhibentur, etsi Lachmanno displicuit, itemque *pos* IV 1252, saepius *post*. *haud* et *haut*, *quidquid* et *quicquid*, *quod* et *quot* eiusdem sunt iuris, ut apud Catullum (7,1; 28,2) et Ciceronem (de r. p. I 14,22; II 1,2; III 4,7). atque adeo contrahitur *quoad* in *quod* II 850; V 1033, contra V 1213.1433 *quoad* plene scribitur idem monosyllabum. late sparsa est confusio extremae consonae *t* cum *d* mixtae. *at* aduersatiue scribitur saepe *ad*[2]), et

---

[1]) uulgare *speculus* citatur ex Pseudocypriano de monte Sina 13 p. 117,2.

[2]) operae pretium esse uidetur Lachmannum audire ad V 945 in commentario p. 320 haec monentem: „*ad* (pro codicum *at*) apud

inuicem praepositio *at;* hinc etiam *adque* apparet, unde etymologiae admonearis. uariae sunt formae particulae *cum*, quae etiam *qum* et *quom* et *com* scribi uidetur. nonnulla etymologiae causa observatione digna sunt uelut *peranni* III 804, quam formam etiam glossaria agnoscunt (cf. Loewe *Prodrom.* p. 419), atque *aurire*, *austus*, *austrum* de qua re iam Lachmannus orthographiae Lucretianae diligentissimus scrutator monuit (ad V 516). sed haec non hic persequor[1]), sed eis qui has quaestiones tractant, materiam plenam suppedito. propterea leuiora ista scribendi discrimina ne criticum apparatum nimio onere grauarem, in Supplemento adnotationis composui.

Cum orthographia etiam ea quaestio coniuncta est, quae ad elisionem pertinet metro indicatam, sed in codicibus neglectam. constat Lucretium fere LXX locis *s* finalem elisisse uelut *manibu diuis* (III 52). sed libri legentibus hoc committunt, cum plerumque plenam scripturam *manibus diuis* praeferant. hanc autem consuetudinem cur deseramus cum Lambino et Lachmanno qui cum apostropho more minime antiquo *manibu' diuis* exarauerunt, nimirum ne stulti lectores labantur, nullam uideo causam. ergo ad antiquam rationem reuersus plenam scribo quam codices

---

Macrob. Sat. VI 1, quod qui aut librariorum peccatum esse dixerunt, ut Wakefieldus, aut cum Gerh. Ioh. Vossio infinitiuum cum AD praepositione coniunctum ferendum iudicarunt, orthographiae antiquae turpiter imperiti fuerunt.“ quo magis mirari licet, quod et hic et aliis locis antiquam orthographiam ipse spreuerit.

[1]) quaeritur e. g. utrum crebra nasalis oblitteratio I 774 *animas* (i e. *animans*), II 488 *transmutas;* II 853 *contractas;* III 1664 *instas;* VI 554 *uacillas;* (V 690?) ut antiquitatis uestigium sit conseruanda; cf. Corssen *Ausspr.* I ² 252. Plauti quidem sunt dubia et rara uestigia, at Accii 52 *arquitenes* recte seruauit Ribbeckius.

exhibent formam, et breuiorem, ubi illi breuiant. utrumque autem antiquitus sine certa norma in usu fuisse tituli docent. sed Romanorum pronuntiatio, ubicumque *s* finalis obmutuit ut in *magis* aduerbio, *magi* debilitata ui extremae uocalis efferebat *mage* itemque *pote*. hinc factum est ut *mentis* priscam nominatiui formam, quam Lucretius Enni exemplar secutus II 18 adhibuit, *mente* plane Italorum recentium more scriberet. hinc etiam intellegetur uersus ille

VI 971 *effluat ambrosias quasi uero et nectare tinctus*

ubi editores *ambrosiae — nectari'* aut *ambrosia — nectare* edere solent priscis poetae formis deletis[1]).

DE RATIONE HVIVS EDITIONIS.

Non dubito, quin futuri sint qui hanc Lucreti formam, quam religiose conseruaui, 'subrusticam' existiment, quemadmodum Ciceroni[2]) seni uisum est (nam idem iuuenis poetans aliter sentiebat). at ego hanc rusticitatem quam maxime congruam esse dico cum ceteris Lucreti moribus. antiqui enim uigoris et priscae simplicitatis fuit homo, antiquae uitae, ut Varro aequalis, amator, nouiciarum elegantiarum osor. huncine tu poetam uere Romanum sua ueste priuatum et ad Ovidi leuorem politum mauis? quod procul absit. immo spero cognitis istis rusticitatis et uulgaris sermonis indiciis etiam multa alia, quae aut male explicabantur aut temere mutabantur, melius iam iri intellectum. ergo cauendum est summo opere ne monumentum rei publicae Romanae pretiosissimum, quod Cicero editor et Probus antiquitatis optimus iudex religiose

---

[1]) quod Lachmannus quoque inter peccatores est, non mirandum. nam Leo demum in *Plautinis quaestionibus* hanc rem clare exposuit.

[2]) Orat. 161.

conseruarunt, nos sero nati grammatici illotis manibus attrectemus.

Hac ego ratione cum Lucretium edere institui, non me fugit difficilem profecto poetam me reddere nonnumquam difficiliorem, atque omnino interprete egere hoc opus et sermone et rebus non cuilibet statim apertum et perspicuum. hoc munus, quo non sine laude olim Gallus Lambinus, recentibus temporibus Anglus Munro, tunc eum secutus Italus Giussanius et in tertio libro Germanus Heinzeus functi sunt, fortasse nonnulli me executurum esse sperauerunt. at si dubium diu fuit, num uerba ipsa poetae possent umquam in lucem prodire[1]), temporum iniquitate nunc prorsus exclusum esse uidetur, quominus commentarii prolixitas typis describatur[2]). propterea interpretationem breuissimam ego editioni adieci i. e. uersionem germanicam, qua quomodo uerba tradita intellegenda esse credam lecturis aperiam.

Berolini, uere a. MCMXXII. HERMANNVS DIELS.

[1]) editio ut typis tradi possit, duorum amicorum auxilio factum est, qui ut sunt ipsi in sua quisque disciplina clarissimi, ita philologiae laboranti liberaliter subuenerunt.

[2]) complura explicata sunt commentationibus Actis Academiae Berolinensis insertis: 1918, 912 sqq. 1920, 2 sqq. 1921, 237 sqq. 1922, 46 sqq.

Lucretium HERMANNVS DIELS cum moreretur (d. IV. m. Iunii anni proximi) opera sua perfectum reliquit, typis usque ad finem fere libri IV. expressum. schedula quam filii inuenerunt editor defunctus mihi, quocum totam carminis edendi rationem cum plagulas corrigeremus assidue communicaverat, opus postumum ut ad umbilicum perducerem commendauit. cui mandato sane grauissimo qua decuit pietate ita obsecutus sum, ut editoris consilium accurate percipere ac tenere et Lucretium qualis in animo uiri uenerandi uigebat quam integerrimum proponere studerem, simul poetae, quem unice ille diligebat, et praeceptoris manibus grates persoluens.

Si quid parum recte administrauerim, ignoscent quicumque simile munus subierunt. mihi iucundissimum est officium gratias agendi iis omnibus qui in adornanda editione mihi adfuerunt, imprimis Ernesto Lommatzsch, nuper in hac litterarum uniuersitate collegae, semper amico. codicum imaginibus cum notarum criticarum et Supplementi adnotationis magna parte iterum collatis de hoc libro bene meritus est Gualtharius John.

Gryphiae, uere a. MCMXXIII. IOANNES MEWALDT.

DE VITA ET ARTE LVCRETI TESTIMONIA.

CICERO ad Quintum fr. II 9,3 (febr. 54 a. Chr.) Lucreti poëmata, ut scribis, ita sunt: multis luminibus ingeni, multae tamen artis; sed cum ueneris —. uirum te putabo, si Sallusti Empedoclea legeris, hominem non putabo.

CORNELIVS NEPOS Attic. 12,4 Idem L. Iulium Calidum, quem post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse aetatem uere uideor posse contendere, neque minus uirum bonum optimisque artibus eruditum, [quem] post proscriptionem equitum propter magnas eius Africanas possessiones in proscriptorum numerum a P. Volumnio, praefecto fabrum Antonii, absentem relatum expediuit.

VITRVV. IX Praef. 16 Itaque qui litterarum iucunditatibus intinctas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere sicuti deorum sic Ennii poetae simulacrum. Accii autem carminibus qui

---

2 ⟨non⟩ multis luminibus *Ernesti* : nullis lum. *Iac. Roos* 3 ⟨non⟩ multae tamen *Bergk* : incultae tamen *Weil* : multae etiam *Orelli* : *tradita explicabant* 1) *Polle (Philol. 25,502) : Quintum Marco haec scripsisse : Lucreti poemata prorsus ingeniosa non esse, etsi concedat multa inesse lumina ingenii, artem tamen omni modo laudandam esse.* 2) *Hendrickson Am. Journ. of philol. 22 (1901) 438 : Quintum quidem ingenium laudasse, artem compositionis desiderasse. illud consentire Marcum, hoc negare, dum artem Lucretio non demat.* 3) *Norden Kunstprosa 182*[1] *: Lucretium sane ingenii laude florere, eundem tamen etiam artis finibus se continere. similiter Kurfess Sokrates VIII (1920) Jahresber. 46 p. 79* 5 ⟨*nuper tractauit C. Cichorius, Röm. Studien (1922) 88 sqq.*⟩ 9 quem *om.* ed. Ven. 1470

studiose delectantur non modo uerborum uirtutes, sed etiam figuram eius uidentur secum habere praesentem [esse]. 17 item plures post nostram memoriam nascentes cum Lucretio uidebuntur uelut coram de rerum natura disputare, de arte uero rhetorica cum Cicerone, multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua latina . . .

OVIDIVS Amor. I 15, 22

carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
exitio terras cum dabit una dies.

Trist. II 423

utque suo Martem cecinit grauis Ennius ore
Ennius ingenio maximus, arte rudis;
explicat ut causas rapidi Lucretius ignis,
casurumque triplex uaticinatur opus:
sic sua lasciuo cantata est saepe Catullo
femina, cui falsum Lesbia nomen erat.

VELLEIVS II 36,2 Quis enim ignorat diremptos gradibus aetatis floruisse hoc tempore Ciceronem . . . auctoresque carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepti operis sui carmine minorem Catullum?

SENECA de tranq. animi 2, 14 aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur, ut ait Lucretius : *hoc se quisque modo semper fugit* (III 1068).

ep. ad Luc. 58,12 tamquam homo genus est. habet enim in se nationum species : Graecos, Romanos, Parthos; colorum : albos, nigros, flauos; habet singulos : Catonem, Ciceronem, Lucretium.

ib. 95,11 *'nam tibi — resoluat'* (I 54 sqq.), ut ait Lucretius.

---

3 esse *del. Iocundus* 21 carmine] stamine *frustra Wakefield.*

ib. 106,8 '*tangere — res*' (I 304), ut ait Lucretius.

ib. 110,6 talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio uisa est '*nam ueluti — timemus*' (II 55 sq.).

QVINTILIAN. I 4,4 tum neque citra musicen grammatice potest esse perfecta . . . nec ignara philosophiae cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima naturalium quaestionum subtilitate repetitos, tum uel propter Empedoclea in Graecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sapientiae uersibus tradiderunt.

id. X 1,87 nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiae, faciant, elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis.

id. XII 11,27 quin immo, si hanc cogitationem hominis habuissent, ut nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset arbitraretur, ii ipsi qui sunt optimi non fuissent nec post Lucretium ac Macrum Vergilius nec post Crassum et Hortensium Cicero, sed nec illi ⟨qui⟩ post eos uiguerunt [uicerunt MG : fuerunt A^2 : *corr. Halm*].

id. III 1,3 in ceteris enim admiscere temptauimus aliquid nitoris . . . ut hoc ipso adliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorum, quae necessaria studiis arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea quorum ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos et aures praesertim tam delicatas raderet uerebamur. qua ratione se Lucretius dicit praecepta philosophiae carmine esse complexum. namque hac, ut est notum, similitudine utitur '*ac ueluti — liquore*' et quae secuntur (IV 11 sqq. = I 936).

id. VIII 6,44 (allegoria) tale Lucreti '*auia — loca*' (IV 1).

PLIN. nat. hist. I ind. l. X ex auctoribus . . . T. Lucretio. (*pertinet ad X 69* coturnicibus ueneni semen gratissimus cibus *et 197* uenenis capreae et coturnices, ut diximus, pinguescunt, placidissima animalia, IV 640 sq.).

STATIVS silu. II 7,73

haec primo iuuenis canes sub aeuo
ante annos Culicis Maroniani.
cedet musa rudis ferocis Enni
et docti furor arduus Lucreti.

TACIT. dial. 23 sed uobis utique uersantur ante oculos isti qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt.

PLIN. ep. IV 18,1 accidit hoc *[i. e. epigrammata graeca Arrii a Plinio in deterius latine uersa esse]* primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia ac potius, ut Lucretius ait, 'egestate patrii sermonis' (I 832).

FRONTO ep. ad M. Caes. IV 3,2 (p. 62 Nab., 4 Haines) quam ob rem rari admodum ueterum scriptorum in eum laborem studiumque et periculum uerba industriosius quaerendi sese commisere. oratorum post homines natos unus omnium M. Porcius eiusque frequens sectator C. Sallustius; poetarum maxime Plautus, multo maxime Q. Ennius, eumque studiose aemulatus L. Coelius nec non Naeuius, Lucretius, Accius, etiam Caecilius, Laberius quoque.

ad Anton. II 1 p. 104 Nab., 300 Haines (Antoninus ad Frontonem) mitte mihi aliquid quod tibi disertissimum uidetur, quod legam, uel tuum aut Catonis aut Ciceronis aut Sallustii aut Gracchi aut poetae alicuius (*χρῄζω γὰρ ἀναπαύλης*) et maxime hoc genus,

quae me lectio extollat et diffundat *ἐκ τῶν κατειληφυιῶν φροντίδων;* etiam si qua Lucretii aut Ennii excerpta habes *εὔφωνα ⟨στίχι⟩α* et sicuti *ἤθους ἐμφάσεις.*

ad Verum I 1,2 (p. 113 Nab., II p. 48 Haines) In poetis autem quis ignorat ut gracilis sit Lucilius, Albucius aridus, sublimis Lucretius, mediocris Pacuuius, inaequalis Accius, Ennius multiformis?

de eloqu. 3,2 (p. 149 Nab., II 74 Haines) Ennium deinde et Accium et Lucretium ampliore iam mugitu personantes tamen tolerant. at ubi Catonis et Sallustii et Tullii tuba exaudita est, trepidant et pauent et fugam frustra meditantur.

de fer. Als. 3 p. 224 Nab., II 4 Haines (Fronto ad Antoninum Aug.) nec dubito quin te ad ferias in secessu maritimo fruendas ita compararis: in sole meridiano ut somno oboedires cubans, deinde Nigrum uocares, libros intro ferre iuberes, mox, ut te studium legendi incessisset, aut te Plauto expolires aut Accio expleres aut Lucretio delenires aut Ennio incenderes.

LACTANT. de opificio dei 6,1 non possum hoc loco teneri quominus Epicuri stultitiam rursum coarguam: illius enim sunt omnia quae delirat Lucretius.

AELIVS DONATVS in Vita Vergil. Bernensi § 6 [ed. Hagen Jahrb. f. cl. Phil. Suppl. IV (1867) 734] initia aetatis Cremonae egit (Vergilius) usque ad uirilem togam, quam

---

24 *nuper edd. Diehl 1911, Brummer 1912. cf. § 2 eiusdem Vitae* natus est Gn. Pompeio Magno M. Licinio Crasso primum coss. iduum Octobrium die [15. Oct. 70 a. Chr.]; *hinc apparet* ·XVII· *u. 1 falsum esse numerum; nam idem consules anno 55 a. Chr. fuerunt. at error antiquus. XVII + XXVII [96—70 inclusiue ut glossa Monac. computat] efficiunt Hieronymi XLIIII annos uitae. (cf. Marx Mus. Rhen. 43 [1888] 140). ergo frustra XV corrigebat Reifferscheid.*

XVII anno natali suo accepit isdem illis consulibus iterum duobus quibus erat natus; euenitque ut eo ipso die Lucretius poeta decederet.

DIOMED. Gr. l. I 482,20 exegeticon est uel enarratiuum, in quo poeta ipse loquitur sine ullius personae interlocutione, ut se habent tres Georgici et prima pars quarti, item Lucreti carmina et cetera his similia. (cf. Dosith. A. gr. VII 428,9).

482,31 exegetici vel enarratiui species sunt tres: angeltice, historice, didascalice . . . . didascalice est qua conprehenditur philosophia Empedoclis et Lucreti.

SERVIVS prooem ad Georg. (III 1,129 Thilo) hi libri didascalici sunt unde necesse est, ut ad aliquem scribantur; nam praeceptum et doctoris et discipuli personam requirit. unde ad Maecenatem scribit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium.

HIERONYMVS Chron. (Euseb. VII 1) ed. Helm p. 149 T. Lucretius poeta nascitur. qui postea amatorio poculo in furorem uersus cum aliquot libros per interualla insaniae conscripsisset, quos postea Cicero emendauit, propria se manu interfecit anno aetatis XLIIII.

GLOSSA MONACENS. (cod. lat. 14429 saec. IX ex., ex S. Emmerami coenobio Ratisbonensi, f. 225^{v}, quam ed. H. Usener Mus. Rhen. 22, 1867, 442) Titus lucretius poeta nascitur sub consulibus annñ XXVII ante uirgilium.

---

18 *ad MDCCCCXXI aerae Abrah. (= 96 a. Chr.) A(mandinus) et F (Leid.), ceteri ad MDCCCCXXIII (= 94 a. Chr.), ad Ol. CLXXI totam (96—92 a. Chr.) L(ucensis). neutrum concinit cum Donati memoria, quae secum ipsa dissonat; cf. supra.* 24 = *Kl. Schr. II 156; cf. 196. haec ducta esse ex Hieronymo (non Suetonio) demonstrauit Gundermann Mus. Rh. 46, 1891, 489; utebatur glossator codice A simili; hinc ex a. Abr. 1921 (96 a. Chr.) profectus ad Vergili*

SIDONIVS APOLLINARIS carm. IX 259

Non Gaetulicus hic tibi legatur,
non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,
non quod Sulpiciae iocus Thaliae
scripsit blandiloquum suo Caleno,
non Persi rigor aut lepor Properti,
sed nec centimeter Terentianus,
non Lucilius hic Lucretiusque est,
non Turnus, Memor, Ennius, Catullus. . . .

VITA BORGIANA. T. lucretius carus nascitur licinio crasso oratore et q. mutio sceuola pont. conss. quo anno q. hortensius orator in foro quom diceret non paruam eloquentiae gloriam est auspicatus. uixit annos IIII et XL et noxio tandem improbae feminae poculo in furias actus sibi necem consciuit reste gulam frangens uel, ut alii opinantur, gladio incubuit, matre natus diutius sterili. cum t. pomponio attico cicerone m. bruto et c. cassio coniunctissime uixit. ciceroni uero recentia ostendebat

---

natalem (a. Abr. 1947) annos XXVII recte computabat. 'sub consulibus' *additum est propter Donatum, Solinum, Ouidium antea nominatos, qui suis imperatoribus ascribuntur; addo in summo margine medio pag. 149 Hieronymum superscripsisse* 'consules'. 10 *Vitam ex editione Veneta 1492, quae fuit olim Hieronymi Borgii (Girolamo Borgia), nunc Musei Britannici, edidit I. Masson (Academy n. 1155, 1894, p. 519). Borgius anno 1502 eam uitam in foliis praefixis, ut uidetur, ex Pontani exemplo, cuius emendationes uersibus in margine adscripsit, transtulit. haec Suetoni partim memoriae deberi statuit repertor ac persuasit uel Leoni (Plaut. Forsch.* [2] *p. 40* [3]*), nugantis Itali, fortasse Pontani, compilationem esse docuit Woltjerus Mnemos. 23 (1895) 222 sqq.* 10 sqq. *cf. Cic. Brut. 64, 229* 13 *cf. Hieron.* 16 matre natus sterili] *cf. Lucr. IV 1251; Serenus Sammon. 603 sqq. (ubi 606 ed. princeps habet* 'hoc poterit magni partus [*pro* quartus (*scil.* liber)] monstrare Lucreti') 17 c. cassio] *cf. Cic. ad Att. VII 24.25 ubi Q. Lucretius significatur*

carmina eius limam secutus, a quo inter legendum aliquando admonitus, ut in translationibus seruaret uerecundiam, ex quibus duo potissimum loci referuntur 'neptuni lacunas' et 'coeli cauernas'.

c. memmio epicureo dicauit opus. romani autem epicurei hi memorantur praecipui : c. memmius, c. cassius, fabius gallus, c. amafinius, m. catius, l. calphurnius piso frugi, qui polidemum audiuit, c. uelleius gallus senator, uirgilius maro scyronis auditor, pollius parthenopeus, l. torquatus, l. papirius paetus, caius triarius in primis grauis et doctus adolescens ut inquit Ci° de fi., t. pomponius atticus et hic ti. lucretius carus . . . .

sunt qui putent unum et uiginti libros composuisse et poematis principium hoc esse : 'aetheris et terrae genitabile quaerere tempus' et usque ad eum locum 'concelebras' quindecim carmina intercidisse, quorum ego opinionem nequaquam probauerim.

---

2 uerecundiam] *cf. Cic. ad fam. XVI 17,1* 3 neptuni lacunas] *non Lucreti, sed cf. auct. ad Her. IV 10,15* 4 coeli cauernas] *Lucr. IV 171; VI 252; cf. Cic. de orat. III 40, 162* 6 c. memmius] *ad Att. V 11,6* c. cassius] *ad fam. XV 19* 7 fabius] *cf. dett. libr. ad fam. IX 25,2* c. amafinius] *Ac. I 2,5 sq. al.* m. catius] *ad fam. XV 16,1* calphurnius piso] *in Pis. 28,69* 8 polidemum] *sic libri de fin. II 35,119 Philodemum dicunt* uelleius] *de nat. d. I 6,15 al.* gallus] *unde?* 9 uirgilius] *Don. uita Verg. p. 27, 23 Diehl* scyronis] *cf. Haupt Opp. III 334* pollius parthenopeus] *cf. Stat. silu. II 2,112; cf. II 2,84; III 1,93* 10 l. torquatus] *de fin. I 5,13* l. papirius] *ad fam. IX 15 sqq.* c. triarius] *de fin. I 5,13* 11 t. pomponius atticus] *de fin. I 5,16 al.* 14 *cf. Varro l. l. V 17* a qua bipertita diuisione lucretius [Lucilius *corr. Scaliger*] suorum unius et uiginti librorum initium fecit hoc: 'aetheris et terrae genitabile quaerere tempus' = Lucil. 1 ed. Marx.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

I 111ª *not.*: *leg. posuit*
359 *leg.* nihilo (*sic* OQG), *ut 157.205, ac similiter saepius; cf. Suppl. adnot. ad u. 156. 159. 180. 266. 673. 680.*
473 amore (OQG) *fort. priscus genitiuus*
717 *test.*: *leg. litore Trinacrio*
931 *not.* magnis Q^1 : magis OQ*G
1074 *post* uocamus *comma ponas*
II 24 *leg.* iuuenum
40 *not.* forte tuas QG : for&uas O
107 *not.* aera rarum OQ : aerarum G
164 *sic leg.* : *extrema . . . . lac. stat. Pontanus*
194 corpore
244 ne OGQ^1 : nec Q*
388 *test. Miconis (ad u. 398) huc pertinet*
631 *not.* : *scribas VI 1203*
1119 ue///nas O
III 38 humanam
412 *not.* : *leg. uituperatore*
475 corpu sinapi
531 *not.* : *leg. Hidén* .
545 *test. Noni huc, non ad 544 pertinet*
806 *not.* : *leg. philosopho*
IV 216—255 *pro* VI 216—255 *in p. 191 marg. superiore*
219 *leg. Kannengießer; recte III 315 . V 210*
270 remmota *defend. Fr. Marx, Molossische und bakcheische Wortformen in d. Verskunst d. Griech. u. Röm. (Abhdl. Sächs. Ges. d. Wiss. 37 [1922] I p. 43)*
V 223 *not.* indigus O^1
743 *not.* aeuam O^1
VI 242 commoliri atque abolere *Aemil. Orth, Philol. Wochenschr. 1921, 669—70*
359 florentia

CONSPECTVS SIGLORVM.

O = Oblongus
O* = Oblongi scriptura nondum correcta
O¹ = Oblongi scriptura correcta siue a librario siue ab aequalibus correctoribus
O^{s} = Obl. scriptura correcta a librario 'Saxonico'
O² = Obl. correctores recentissimi s. XVI. sqq.
Q = Quadratus
Q* = Quadratus nondum correctus
Q¹ = Quadratus correctus s. XV.
Q² = ut supra O²
G = Gottorpienses schedae
G* = Gottorpienses schedae nondum correctae
G¹ = Gottorp. correctus ab ipso librario uel correctore aequali
G² = Gottorp. correctus a correctore posteriore
V = schedae Vindobonenses priores, f. 9—14
V*V¹ = ut supra G*G¹
U = schedae Vindobonenses posteriores, f. 15—18
U*U¹ = ut supra GV
L = Laurent. 35, 30
F = Laurent. 35, 31
} sec. Munronem citantur
It. = codd. uel editt. s. XV. Italorum
ss. = superscripsit

T. LVCRETI CARI

DE RERVM NATVRA

LIBER PRIMVS

Aeneadum genetrix, hominum diuomque uoluptas,
alma Venus, caeli subter labentia signa
quae mare nauigerum, quae terras frugiferentis
concelebras, per te quoniam genus omne animantum
concipitur uisitque exortum lumina solis
(te, dea, te fugiunt uenti, te nubila caeli
aduentumque tuum, tibi suauis daedala tellus
summittit flores, tibi rident aequora ponti
placatumque nitet diffuso lumine caelum;
nam simul ac species patefactast uerna diei

TESTIMONIA. 1 *Priscian. Inst. VII 9 (I 292,18 Hertz)* 4 concelebras] *Non. p. 274,31* 7 daedala tellus] *Macrob. Sat. VI 4,20; Paul. ex Festo p. 59,26 Lindsay* 10 spp. *Serv. ad Georg. II 329* ET VENEREM CERTIS REPETVNT ARMENTA DIEBVS: *statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione dispositis, ut tractat Lucretius, qui dicit rationem hanc ex aetherio calore descendere; cf. Apul. d. mundo 22 p. 159,4 Thomas*

CODICES. *Titulum* DE RERVM NATVRA *exhibet Probus de ultima syll. (Gramm. lat. ed. Keil IV 225,29) et subscriptiones librorum* O: *om. hoc loco* OG: *T* ///////// DE PHISICA RERVM ORIGINE VEL EFFECTV LIBER PRIMVS INCIPIT ·F· Q 1 Aneduu G 5 lumina L: lumine OQG 7 dedela Q

et reserata uiget genitabilis aura fauoni,
aëriae primum uolucris te, diua, tuumque
significant initum perculsae corda tua ui;
inde ferae pecudes persultant pabula laeta
et rapidos tranant amnis: ita capta lepore
te sequitur cupide quo quamque inducere pergis;
denique per maria ac montis fluuiosque rapacis
frondiferasque domos auium camposque uirentis
omnibus incutiens blandum per pectora amorem
efficis ut cupide generatim saecla propagent),
quae quoniam rerum naturam sola gubernas,
nec sine te quicquam dias in luminis oras
exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam,
te sociam studeo scribendis uersibus esse,
quos ego de rerum natura pangere conor
Memmiadae nostro, quem tu, dea, tempore in omni
omnibus ornatum uoluisti excellere rebus.
quo magis aeternum da dictis, diua, leporem,
effice ut interea fera moenera militiai
per maria ac terras omnis sopita quiescant;
nam tu sola potes tranquilla pace iuuare

---

12 *Schol. Bern. ad Verg. Georg. I 375 (ed. Hagen Jahrb. f. cl. Phil. IV 849 sqq.) Lucretius ait* aeriae — uolucres, *quod alte uolent* 18 — auium *Serv. Georg. II 372* 27 *Prisc. VIII 96 (I 444, 24 H.), X 36 (I 527,7)* 29 *Prisc. VII 3 (I 285,8 H.)* 31—34 *Lactant. Plac. in Stat. Theb. III 296*

---

14 *post 15 transp.* L 16 *om.* G pergis O^1: tergis O*QG 18 frondiferosque Q* G 24 studio O 27 ornatum *Prisc.*, $O^1Q^1G^1$: oralatum O*Q*G* 29 moenera *Prisc.* OQG: munera Q^1G^1 militiai *Prisc.*, GO^1Q^1: militia *ut paene semper* O*Q* 30 sospita O*

mortalis, quoniam belli fera moenera Mauors
armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se
reiicit aeterno deuictus uolnere amoris,
atque ita suspiciens, teriti ceruice reposta,
pascit amore auidos, inhians in te, dea, uisus,
eque tuo pendet resupini spiritus ore.
hunc tu, diua, tuo recubantem corpore sancto
circum fusa super, suauis ex ore loquellas
funde petens placidam Romanis, incluta, pacem;
nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo
possumus aequo animo nec Memmi clara propago
talibus in rebus communi desse saluti.

[*ΤΟ ΜΑΚΑΡΙΟΝ ΚΑΙ ΑΦΘΑΡΤΟΝ*

omnis enim per se diuum natura necessest
immortali aeuo summa cum pace fruatur
semota ab nostris rebus seiunctaque longe;
nam privata dolore omni, privata periclis,
ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
nec bene promeritis capitur nec tangitur ira.]

---

49 *Non. p. 252,39 Lucr. lib. I (sic A^a E: lib. II L B^a); idem 408,23 (libro non citato)*

---

32 fera moenera *Lambin*: feramonera OQG: fera moenia *Lact. Plac.* 33 regit *Lact. Plac.*: regium OQG qui *Lact. Plac.*, O^1: que (*compendio*) O*QG 34 reiicit *Lact. Plac.* (L P^b): reficit O: reicit *Lact. Plac.* (M P^a), QG deuinctus *Lact. Plac.* 35 suscipiens G 35 tereti L 36 te Q: *om.* O* (*add.* O^s) 43 desse L: idesse O*QG: deesse O^1 43a TOMA KAPION CAEAPITRATON O *et* (TOM *euanida*) G: *om. unius versus spatio relicto* Q 44—49 = II 646—651; *ex antiqui interpretis commentario interposita ut contradictio poetae argueretur, deleuit Marullus, tuetur Bignone Riv. di filol. 47 (1919) 423 coniciens intercidisse post v. 43 explicationem poetae: Venerem esse allegorice intellegendam, contra deorum in humana vim secundum ueram rationem (51) esse nullam* 46 semota Q: semotaque O (*periit* G)

Quod super est, *Gai*, uacuas auris *animumque*
semotum a curis adhibe ueram ad rationem;
ne mea dona tibi studio disposta fideli,
intellecta prius quam sint, contempta relinquas.
nam tibi de summa caeli ratione deumque
disserere incipiam, et rerum primordia pandam,
unde omnis natura creet res, auctet, alatque,
quoue eadem rursum natura perempta resolvat;
quae nos materiem et genitalia corpora rebus
reddunda in ratione uocare et semina rerum
appellare suëmus et haec eadem usurpare
corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis.

LAVS INVENTORIS

Humana ante oculos foede cum uita iaceret
in terris oppressa graui sub religione,
quae caput a caeli regionibus ostendebat
horribili super aspectu mortalibus instans,

54—57 *Senec. ep. 95,11* 62. 63 *Non. 314,30; 379,12. idem usque ad* in terris *327,2* 64 *Lactant. Instit. III 27,10* quae *sese* a caeli regionibus *ostentabat* 65 *cf. Serv. Aen. VIII 187*

---

50 Gai *temptaui* (*cf. Berl. Sitz. Ber. 1918, 912sqq.*.): ut O*QG: *del.* O¹: et tu *Plasberg*: Memmi *Sauppe* animumque *suppl. Sauppe*: *om.* OQG; *cf.* Schol. Veron. cit. *ad IV 912; fuerunt multi qui nomen Memmi aut ante u. 50 aut post intercidisse crederent uelut nuper u. 50 ex scholio Veron. sec. Bernaysium supplens* animumque sagacem *continuauit post 50 Birt* (*B. phil. Wochenschr. 1919, 717*): *nunc quoniam conor tibi carmen condere, Memmi* semotum *etc.* 57 quoque *Seneca* 61ª OG: *om. spatio rel.* Q 62 Huma Q*

primum Graius homo mortalis tendere contra
est oculos ausus primusque obsistere contra;
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem
inritat animi uirtutem, effringere ut arta
naturae primus portarum claustra cupiret.
ergo uiuida uis animi peruicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi
atque omne immensum peragrauit mente animoque
unde refert nobis uictor quid possit oriri,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
qua nam sit ratione atque alte terminus haerens.
quare religio pedibus subiecta uicissim
opteritur, nos exaequat uictoria caelo.
Illud in his rebus uereor, ne forte rearis
inpia te rationis inire elementa uiamque
indugredi sceleris. quod contra saepius illa
religio peperit scelerosa atque impia facta.

66.67 — ausus] *Non. 411,2 s.v.* tendere; *cf. Verg. Aen. II 405* 70 effringere . . . cupiret] *Non. 506,36; Prisc. X 6 (I 499,8 H.)* 75.76 — nequeat] *Non. 381,29* 82 *[Prob.] de ult. syll. (Gr. l. IV 262,34); Ecl. Sang. p. 10* 83 *Lact. Inst. I 21,14 (post 101 continuans* ‘*quae* peperit *saepe* sc. a. i. f.)

---

66 tendere *Non.*: tollere OQG 68 fama OQG: fana *otiose Bentley* flumina G 70 effringere *Prisc.*: perfringere *Non.*: confringere O*Q: confirigere G*: frangere O¹ 71 terrarum *Prisc.* cupiret *Non.*, *Prisc.*, O¹: cuperet O*QG: *superscr.* ał uideret O (*uel aequalis manus*) 74 omne O¹: omnem O*QG mente OQ¹: menteque Q*G 75—77 = *594—596* 76.77 = *V 89.90; VI 65.66* 77 quanam O¹ (*cf. 595*): quantum O*QG alte terminus O: aliter minus QG 83 ac QG

EXEMPLVM RELIGIONIS

Aulide quo pacto Triuiai uirginis aram
Iphianassai turparunt sanguine foede
ductores Danaum delecti, prima uirorum.
cui simul infula uirgineos circum data comptus
ex utraque pari malarum parte profusast,
et mestum simul ante aras adstare parentem
sensit, et hunc propter ferrum celare ministros,
aspectuque suo lacrimas effundere ciuis,
muta metu terram genibus summissa petebat.
nec miserae prodesse in tali tempore quibat
quod patrio princeps donarat nomine regem;
nam sublata uirum manibus tremibundaque ad aras
deductast, non ut sollemni more sacrorum
perfecto posset claro comitari Hymenaeo,
sed casta inceste, nubendi tempore in ipso,
hostia concideret mactatu maesta parentis,
exitus ut classi felix faustusque daretur.
tantum religio potuit suadere malorum.

Tutemet a nobis iam quouis tempore uatum
terriloquis uictus dictis desciscere quaeres.

84.85 Prisc. *VII 3 (285,10 H.);* 84 *Consent. Gr. l. V 389,35* Triuiai u. a. 92 *Schol. Veron. Aen. XII 718* (*Serv. III 2,450 ed. Thil.*) 101 *Lact. Inst. I 21,14* (*cf. ad 83*) 102 *Seru. Aen. IV 606; Prisc. XII 23* (*I 591,11 H.*)

83ª O: *sp. rel. om.* Q: EXTEMPLVM RELIGIONIS G 84 triuiai *Prisc., Consent.*: triuiat Q*G: triuiae (?) Q¹: triuiçat O*: triuiai ad O¹ 85 Iphianassai *Prisc., O¹*: Iphianassa O*QG: Iphianasseo L F 86 dilecti QG 92 petiuit *Schol. Ver.* 95 aram QG 99 mactatum O* 100 classi QG¹O¹: classe G*: classis O* 102 quouis *Seru., Prisc.*, O¹: quoduis O*QG

quippe etenim quam multa tibi iam fingere possunt
somnia, quae uitae rationes uertere possint
fortunasque tuas omnis turbare timore.

FINIS DOLORIS

et merito: nam si certam finem esse uiderent
aerumnarum homines, aliqua ratione ualerent
religionibus atque minis obsistere uatum;
nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas,
aeternas quoniam poenas in morte timendum.

DE ANIMA

Ignoratur enim quae sit natura animai,
nata sit, an contra nascentibus insinuetur,
et simul intereat nobiscum morte dirempta,
an tenebras Orci uisat uastasque lacunas,
an pecudes alias diuinitus insinuet se,
Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno
detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
per gentis Italas hominum quae clara clueret;
etsi praeterea tamen esse Acherusia templa
Ennius aeternis exponit uersibus edens,
quo neque permaneant animae neque corpora nostra

---

107 *Non. 205,8* 111 *Seru. Aen. XI 230.* 119 *Ecl. Sang. p. 10*

---

104 iam O: me QG possunt *Marullus*: possum OQG 106a OG: *sp. rel. om.* Q 111 timendum Seru., OQ: timendo G: timendumst *Orelli* (*at cf. I 111. 131. 525 al.*) 111a *hic cap. possuit* G: *post 112* O: *sp. rel. post 111 om.* Q 114 perempta *Creech* 117 noster O: primus QG primus O: noster QG 120 praeterea O*: praetereat QGO1 121 edens OQG: eidem *male Lachmann* 122 permaneant OQG: permanent *Politianus* (*cf. I 348 al.*)

sed quaedam simulacra modis pallentia miris;
unde sibi exortam semper florentis Homeri
commemorat speciem lacrimas effundere salsas
coepisse et rerum naturam expandere dictis.

Qua propter bene cum superis de rebus habenda
nobis est ratio, solis lunaeque meatus
qua fiant ratione, et qua ui quaeque gerantur
in terris, tum cum primis ratione sagaci
unde anima atque animi constet natura uidendum
et quae res nobis uigilantibus obuia mentes;
terrificet morbo adfectis somnoque sepultis,
cernere uti uideamur eos audireque coram,
morte obita quorum tellus amplectitur ossa.

Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta
difficile inlustrare Latinis uersibus esse,
multa nouis uerbis praesertim cum sit agendum
propter egestatem linguae et rerum nouitatem;
sed tua me uirtus tamen et sperata uoluptas
suauis amicitiae quemuis efferre laborem

---

123 *Macr. Sat. VI 1,49*; *Schol. Bern. ad Verg. Georg. 1 477* pallentia *ut Lucretius ait pallidum Homerum ad Ennium uenisse et loquutum illi hexametris antea latina lingua inauditis* 124 semper fl. Hom.] *Donat. Andr. 175 (I 86,19 Wessn.)* 134—135 *Macr. l. c. § 48* 141 *cf. Caton. dist. III 6,2 quemuis sufferre laborem*

---

123 *om.* QG. 124 saeper G* 126 coepisse et Q¹: coepisset OQ*G 130 tum L: tunc OQG 131 ~ *IV 121* 132 *sq.* ~ *IV 33 sq.* 135 quorum *Macr.*, OQ; *cf. IV 734*: corum G 138 uerbis QO¹G¹: uersibus O*: om. G* 139 egestarum Q* 141 quamuis Q*G efferre OQG (*cf. Friedrich ad Catull. p. 302*): sufferre *Itali* (*cf. Cat. dist.*)

suadet et inducit noctes uigilare serenas,
quaerentem dictis quibus et quo carmine demum
clara tuae possim praepandere lumina menti,
res quibus occultas penitus conuisere possis.

Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessest
non radii solis neque lucida tela diei
discutiant, sed naturae species ratioque,
principium cuius hinc nobis exordia sumet:

NIHIL DE NIHIL GIGNI

Nullam rem e nihilo gigni diuinitus umquam.
quippe ita formido mortalis continet omnis,
quod multa in terris fieri caeloque tuentur,
quorum operum causas nulla ratione uidere
possunt ac fieri diuino numine rentur.
quas ob res ubi uiderimus nihil posse creari
de nihilo, tum quod sequimur iam rectius inde
perspiciemus, et unde queat res quaeque creari
et quo quaeque modo fiant opera sine diuom.
nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
omne genus nasci posset, nil semine egeret.

---

147 *Maxim. Victor. Gr. l. VI 221,10* 150—156 *Ermenrici ep. ad Grimold. p. 20 Dümmler* (*Hall. 1873*) 156 *Ecl. Sangall. p. 6* 159.160 *Lact. de ira 10,16. 13*

146—148 = *II 59—61; III 91—93; VI 39—41* 147 radii *Max. Vict.*, O: radiis QG (*cf. ll. cc.*) 149ª OG: *sp. rel. om.* Q 150 diuitiis *Ermenr.* 152 ~ *VI 50* fieri *om.* G* 153 . 154 = *VI 56 . 57; 90 . 91* 156 nihil OQ*G; *cf. Suppl. adnot*: nil *Ermenr.*, *Ecl. Sang.*, Q¹ 158 perspitiamus G* (*corr.* G²) et *Marullus*: ut OQG 155 *sic collocant Erm.*, OQG: *corr. ordinem Marullus.* 160 nil *It.*: nihil *Lact.*, O: ni nil Q: ninihil G; *in archet. fuerat* nihil (nil)

e mare primum homines, e terra posset oriri
squamigerum genus et uolucres erumpere caelo;
armenta atque aliae pecudes, genus omne ferarum,
incerto partu culta ac deserta tenerent;
nec fructus idem arboribus constare solerent,
sed mutarentur, ferre omnes omnia possent.
quippe, ubi non essent genitalia corpora cuique,
qui posset mater rebus consistere certa?
ad nunc seminibus quia certis quaeque creantur,
inde enascitur adque oras in luminis exit,
materies ubi inest cuiusque et corpora prima;
adque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni,
quod certis in rebus inest secreta facultas.
praeterea cur uere rosam, frumenta calore,
uites autumno fundi suadente uidemus,
si non, certa suo quia tempore semina rerum
cum confluxerunt, pate fit quod cumque creatur,
dum tempestates adsunt et uiuida tellus
tuto res teneras effert in luminis oras?
quod si de nilo fierent, subito exorerentur
incerto spatio atque alienis partibus anni;
quippe ubi nulla forent primordia, quae genitali
concilio possent arceri tempore iniquo.

---

161 Et mare Q et terra GQ¹ possit O 162 caelum G* 165 isdem *Woltjer* 166 omnes *om.* G* 168 consistere certa O¹Q¹: consistere derta O*: consisteret erta Q*: constiteret erta G 169 Ad G: At OQ; *cf. Suppl. adnot.* 170 enascitur O: nascitur QG²: nascuntur G* 172 haec G 174 Praeterea O: Propterea Q*G: Prepterea Q¹ 175 Vites OQG: uuas *Pontanus* 176 quia L: qui OQ*G: que *(superscriptum iterum q 3)* Q¹ 177 creatur O¹: orcatu O*: oracantu QG 179 offert G*

nec porro augendis rebus spatio foret usus
seminis ad coitum, si e nilo crescere possent:
nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis,
e terraque exorta repente arbusta salirent;
(quorum nihil fieri manifestum est, omnia quando
paulatim crescunt, ut par est semine certo)
crescentesque genus seruant; ut noscere possis
quicque sua de materie grandescere alique.
huc accedit uti sine certis imbribus anni
laetificos nequeat fetus submittere tellus,
nec porro secreta cibo natura animantum
propagare genus possit uitamque tueri;
ut potius multis communia corpora rebus
multa putes esse, ut uerbis elementa uidemus,
quam sine principiis ullam rem existere posse.
denique cur homines tantos natura parare
non potuit, pedibus qui pontum per uada possent
transire et magnos manibus diuellere montis

---

186 *Ecl. Sang p. 10* ex infantibus paruis] *Mar. Plot. Sacerd., Gr. l. VI 448,10; Mar. Victorin., Gr. l. VI 216,9 quasi dixerit subtracta s littera:* infantibu paruis; *cf. Diomed., Gr. l. I 430,2; [Prob.] d. ult. syll., Gr. l. IV 263,13; Donat., Gr. l. IV 392,14; Pompeius, Gr. l. V 109,18* 191 *Non. 115,7*

---

185 nilo O*QG: l *(i. e. uel)* nihilo O¹ 186 uiuentes *Ecl. Sang.* parui *Ecl. Sang.* 188 = *II 707* 190 crescentesque OQG: crescendoque *Marullus:* crescere, resque *Lachm, frustra uterque ut Munro, ariolatus ille*: ut par est ⟨*tempore certo, Res quoniam crescunt omnes de*⟩ semine certo *etc.* 191 quicque O*QG: quidque *Non.*: quaeque O¹ sua de OQG: surdae *Non.* materie *Non.* G*: materiae QG¹: materia O aliqua *Non.* 198 principibus Q

multaque uiuendo uitalia uincere saecla,
si non, materies quia rebus reddita certast
gignundis, e qua constat quid possit oriri?
nihil igitur fieri de nihilo posse fatendumst,
semine quando opus est rebus, quo quaeque creatae
aëris in teneras possint proferrier auras.
postremo quoniam incultis praestare uidemus
culta loca et manibus melioris reddere fetus,
esse uidelicet in terris primordia rerum,
quae nos fecundas uertentes uomere glebas
terraique solum subigentes cimus ad ortus;
quod si nulla forent, nostro sine quaeque labore
sponte sua multo fieri meliora uideres.

NIHIL AD NIHILVM INTERIRE

Huc accedit, uti quicque in sua corpora rursum
dissoluat natura neque ad nihilum interemat res.
nam siquid mortale *e* cunctis partibus esset,
ex oculis res quaeque repente erepta periret:
nulla ui foret usus enim, quae partibus eius
discidium parere et nexus exsoluere posset.
quod nunc, aeterno quia constant semine quaeque,
donec uis obiit, quae res diuerberet ictu

205—207 *Lact. d. ira 10,16* 210 *Ecl. Sang. p. 10*

---

203 quia O: qua Q*G: que Q¹ 205 putandum est *Lact.* 207 possint *Lact.*: possent OQG 211.212 = *V 210.211* 212 terraque O: terrique QG subigentem scimus G* oratus G 214ª OG: *sp. rel. om.* Q 215 quicque *Lambin*: quicquid O: quidquid QG 217 e L: *om.* OQG patribus G 222 diruere tactu Q¹

aut intus penetret per inania dissoluatque
nullius exitium patitur natura uideri.
praeterea quae cumque uetustate amouet aetas,
si penitus peremit consumens materiem omnem,
unde animale genus generatim in lumina uitae
redducit Venus, aut redductum daedala tellus
unde alit atque auget generatim pabula praebens?
unde mare ingenuei fontes externaque longe
flumina suppeditant? unde aether sidera pascit?
omnia enim debet, mortali corpore quae sunt,
infinita aetas consumpse ante acta diesque.
quod si in eo spatio atque ante acta aetate fuere
e quibus haec rerum consistit summa refecta,
inmortali sunt natura praedita certe,
haut igitur possunt ad nihilum quaeque reuerti.
denique res omnis eadem uis causaque uolgo
conficeret, nisi materies aeterna teneret,
inter se nexu minus aut magis indupedita:
tactus enim leti satis esset causa profecto;
quippe, ubi nulla forent aeterno corpore, quorum
contextum uis deberet dissoluere quaeque.
at nunc, inter se quia nexus principiorum
dissimiles constant aeternaque materies est,
incolumi remanent res corpore, dum satis acris

---

227 — genus] *Charis. Gr. l. I 62,13 117,19*

---

230 ingenuei QGO*(?): ingenui, i *in ras. 2 litt.* O^1 extentaque *Lachm.* large *Bernays cf. I 1031* 233 anteacta O: antfacta Q*G: aut fata Q^1 236 redita QG 240 nexus OQ*G: nexu *ueri similiter* Q^1 242 aeterna corpore Q*: aeterna corpora Q^1 243 dissolueret Q*G 245 constat Q^1 246 sacris Q*

uis obeat pro textura cuiusque reperta.
haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes
discidio redeunt in corpora materiai.
postremo pereunt imbres, ubi eos pater aether
in gremium matris terrai praecipitauit;
at nitidae surgunt fruges, ramique uirescunt
arboribus, crescunt ipsae fetuque grauantur.
hinc alitur porro nostrum genus atque ferarum,
hinc laetas urbes pueris florere uidemus,
frondiferasque nouis auibus canere undique siluas,
hinc fessae pecudes pingui per pabula laeta
corpora deponunt, et candens lacteus umor
uberibus manat distentis; hinc noua proles
artubus infirmis teneras lasciua per herbas
ludit lacte mero mentes perculsa nouellas.
haud igitur penitus pereunt quae cumque uidentur,
quando alit ex alio reficit natura, nec ullam
rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena.

Nunc age, res quoniam docui non posse creari
de nilo neque item genitas ad nihil reuocari,
ne qua forte tamen coeptes diffidere dictis,
quod nequeunt oculis rerum primordia cerni,

---

257 hinc—pingui] *Iun. Philargyr. in Georg. III 124 (Serv. III1, 287,9 Thilo)* 259—261 hinc — nouellas] *Terent. Scaur. Gr. l. VII 25,4* 265 sqq. *cf. Lact. d. ira 10,4*

---

257 hic *Philargyrius* pingui *Philargyrius:* pinguis OQG^1: *om.* G* 259 maneant G*: maneat G^1 263 alit O*Q*G: alid *It.*: ali O^1: alia Q^1 ex alio Q^1: ex allo O*: alo Q*G: ex alto O^1 264 adiuta O^{1}Q^1: adluta O*Q*: adulta G 265.266 ~ *544.545* 267 qua OG: que Q

268 a CORPORA QVAE NON VIDEANTVR

accipe praeterea quae corpora tute necessest
confiteare esse in rebus nec posse uideri.
Principio uenti uis uerberat incita pontum
ingentisque ruit nauis et nubila differt,
inter dum rapido percurrens turbine campos
arboribus magnis sternit montisque supremos
siluifragis uexat flabris: ita perfurit acri
cum fremitu saeuitque minaci murmure cortus.

276 a DE VENTO

sunt igitur uenti, ni mirum, corpora caeca,
quae mare, quae terras, quae denique nubila caeli
uerrunt ac subito uexantia turbine raptant,
nec ratione fluunt alia stragemque propagant,
et cum mollis aquae fertur natura repente
flumine abundanti, quom largis imbribus urget
montibus ex altis magnus decursus aquai,
fragmina coniciens siluarum arbustaque tota,
nec ualidi possunt pontes uenientis aquai

---

269 *Prisc. XII 23 (I 591,5 H.)* 271 sqq. *cf. Seru. Aen. VI 239; Georg. IV 219 (III 1,337,9 Th.)*

---

268 a OG: *sp. rel. om.* Q 269 quae *Prisc.*, O*: *om.* Q*G: quod O¹: cur *suppl.* Q¹ tute *Prisc.*, O: tuta QG nec *om.* Q*G 271 pontum *Marullus (cf. 276):* cortus O*Q*G: tortus O¹: corpus Q¹: portus F: cautes *Lachm.* 276 cortus *scripsi (quod errore in v. 271 praeceptum correctum est antiquitus in* pontum, *deinde errore nouo in v. 276 delatum et accommodatum;* cortus *cf. cum V 342* coperuisse): pontus OQG: uentus *Markland* 276 a OG: *sp. rel. om.* Q 281 et O*Q*: e G: *ss.* al. ac O¹: l et cum ollis Q¹ 282 quom *Woltjer:* quem OQG: quam *Lachm.*: quod *It.* urget O¹: auget O*Q¹: uuget Q*G

uim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri
molibus incurrit, ualidis cum uiribus, amnis,
dat sonitu magno stragem, uoluitque sub undis
grandia saxa, ruit qua quidquid fluctibus obstat.
sic igitur debent uenti quoque flamina ferri,
quae uel uti ualidum cum flumen procubuere
quam libet in partem, trudunt res ante ruuntque
impetibus crebris; inter dum uertice torto
corripiunt rapidique rotanti turbine portant.
quare etiam atque etiam sunt uenti corpora caeca
quando quidem factis et moribus aemula magnis
amnibus inueniuntur aperto corpore qui sunt.

DE ODORE, CALORE, FRIGORE, VOCE

Tum porro uarios rerum sentimus odores,
nec tamen ad naris uenientis cernimus umquam,
nec calidos aestus tuimur, nec frigora quimus
usurpare oculis, nec uoces cernere suemus;
quae tamen omnia corporea constare necessest
natura, quoniam sensus inpellere possunt:
tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.

292.293 crebris] *Lact. Plac. Stat. VII 585; cf. Seru. Georg. IV 219* 304 *Senec. ep. 106,8; Gell. V 15,4 explicans τὸ ἤτοι ποιοῦν ἢ πάσχον; Non. 408,25*

---

286 turbidus O^1: turbibus O*: turbio QG 289 ruit qua O^1QG: ruit O*: ruitque ita *male Lachm.* 293 torto O: toto QG 294 rapidique OQ^2G: rapidisque (s *erasa?*) Q*: rapideque *Lachm.* 296 et moribus *iterat* O* (molibus *hoc iteratum in* Q* *corr.* Q^1) 297ª OG: *sp. rel. om.* Q 304 et *Non.*, OQ (& G): aut *Gell.*

VESTES VVESCI ET ARESCI

Denique fluctifrago suspensae in litore uestis
uuescunt, eaedem candenti sole serescunt.
at neque quo pacto persederit umor aquai
uisumst, nec rursum quo pacto fugerit aestu.
in paruas igitur partis dispergitur umor,
quas oculi nulla possunt ratione uidere.

DE ANVLO IN DIGITO ET CETERIS

Quin etiam multis solis redeuntibus annis
anulus in digito subter tenuatur habendo,
stilicidi casus lapidem cauat, uncus aratri
ferreus occulte decrescit uomer in aruis,
strataque iam uolgi pedibus detrita uiarum
saxea conspicimus; tum, portas propter, aëna
signa manus dextras ostendunt adtenuari
saepe salutantum tactu praeterque meantum.
haec igitur minui, cum sint detrita, uidemus:
sed quae corpora decedant in tempore quoque,

305.306 *Non. 175,5* 305 *Ecl. Sang. p. 10; cf. Lact. de ira 10,20* 306 *Ecl. Sang. p. 10* 313 — cauat] *Senec. N. quaest. IV b 3,4* 313.314 uncus—aruis] *Isid. Etym. XX 14,1 [Raban. de uniu. XXII 14, Migne P. L. 111,610 D]* 314 occulte—aruo] *Seru. Georg. I 46* decrescit—aruis *Gramm. de dub. nom. (Gr. l. V 593,9)* 315 *Isid. Et. XV 16,6*

---

304 a OG: *sp. rei. om.* Q ARTESCI G 306 umescunt edem *Ecl. Sang.* candenti *Non. (cf. V 720; VI 1197)*: dispansae in *Ecl. Sang.*, OQG *(var. lect. ad* suspensae *305)* 310 a OG: *sp. rel. om.* Q 314 occulte OQ^1G: occulto *Seru., Isid.*, Q* uomer] mouer G* aruo *Seru.* 316 saxa O 320 decedant O^*Q^1: deceant Q^*O^1G

inuida praeclusit aciem natura uidendi.
postremo quae cumque dies naturaque rebus
paulatim tribuit, moderatim crescere cogens,
nulla potest oculorum acies contenta tueri,
nec porro quae cumque aeuo macieque senescunt;
nec, mare quae inpendent, uesco sale saxa peresa
quid quoque amittant in tempore cernere possis,
corporibus caecis igitur natura gerit res.
Nec tamen undique corporea stipata tenentur
omnia natura: namque est in rebus inane.
quod tibi cognosse in multis erit utile rebus,
nec sinet errantem dubitare et quaerere semper
de summa rerum et nostris diffidere dictis.

DE INANI

Qua propter locus est, intactus, inane, uacansque.
quod si non esset, nulla ratione moueri
res possent; namque officium quod corporis exstat,
officere atque obstare, id in omni tempore adesset
omnibus; haud igitur quicquam procedere posset,
principium quoniam cedendi nulla daret res.

---

326 *Paul. ex Fest. p. 506,11 Linds.; cf. Gell. XVI 5,7 Lucr.* vescum salem *dicit ex edendi intentione* vesco—peresa] *Philarg. Georg III 174 (Seru. III 1, 292,4 Th.); Donat. Ter. Phorm. 180 (397,1 Wessn.)*

---

321 aciem *scripsi*: speciem OQG: spatium *Lachm.*: sperem *M. Hertz* uidendi OQG: uidenti *Goebel:* uidendo *Bentley* 326 uesco O: *om.* QG 328 caesis QG natur (*omissis* a gerit res) Q 332 dubitaret quaerere G 333ª OG: *sp. rel. om.* Q 334 *in ras. scripsit* O (*non* O¹ *neque* O ª): *delent inde a Bentleio . at est sententia principalis, translata ex Epic. ep. I 40 τόπος . . . ὃν κενὸν καὶ χώραν καὶ ἀναφῆ φύσιν (intactus cf. I 454) ὀνομάζομεν. cf. I 399*

at nunc per maria ac terras sublimaque caeli
multa modis multis uaria ratione moueri
cernimus ante oculos; quae, si non esset inane,
non tam sollicito motu priuata carerent
quam genita omnino nulla ratione fuissent,
undique materies quoniam stipata quiesset.
praeterea quamuis solidae res esse putentur,
hinc tamen esse licet raro cum corpore cernas:
in saxis ac speluncis permanat aquarum
liquidus umor et uberibus flent omnia guttis.
dissipat in corpus sese cibus omne animantum,
crescunt arbusta et fetus in tempore fundunt,
quod cibus in totas usque ab radicibus imis
per truncos ac per ramos diffunditur omnis.
inter saepta meant uoces et clausa domorum
transuolitant, rigidum permanat frigus ad ossa.
quod nisi inania sint, qua possent corpora quaeque
transire, haud ulla fieri ratione uideres.
denique cur alias aliis praestare uidemus
pondere res rebus nilo maiore figura?
nam si tantundemst in lanae glomere quantum
corporis in plumbo est, tantundem pendere par est;
corporis officiumst quoniam premere omnia deorsum,
contra autem natura manet sine pondere inanis.

---

347 licet L: liceret OQG 349 flent L: fient OQG 350 sese OQ: esse G 352 radicimus O*Q*G 356 possent OQ: posset G: possint *Munro* possent corpora quaeque] *olim varia lectio* corpora quaeque ualerent *ferebatur, quae in v. 357 detrusa est (Bernays)* 357 fieri O^{s}: ualerent QG(O*) 360 lanae in glomeramine *Quicherat* 361 pondere G par est, *sicut extrema uersuum 362—364, non extat propter membranae detrimentum in* G

ergo quod magnumst aeque leuiusque uidetur,
ni mirum, plus esse sibi declarat inanis;
at contra grauius plus in se corporis esse
dedicat et multo uacuum minus intus habere.
est igitur, ni mirum, id quod ratione sagaci
quaerimus, admixtum rebus, quod inane uocamus.

DE PISCIBVS IN AQVA

Illud in his rebus ne te deducere uero
possit, quod quidam fingunt, praecurrere cogor.
cedere squamigeris latices nitentibus aiunt
et liquidas aperire uias, quia post loca piscis
linquant, quo possint cedentes confluere undae:
sic alias quoque res inter se posse moueri
et mutare locum, quamuis sint omnia plena.
scilicet, id falsa totum ratione receptumst.
nam quo squamigeri poterunt procedere tandem,
ni spatium dederint latices? concedere porro
quo poterunt undae, cum pisces ire nequibunt?
aut igitur motu priuandumst corpora quaeque,
aut esse admixtum dicundumst rebus inane,
unde initum primum capiat res quaeque mouendi.
postremo duo de concursu corpora lata

---

366 At LF: Aut OQG 367 uacuum O: uacuim QG *(ergo* uacuum *archetypus)*: uacui *Pontanus* 364—368 *desunt lacuna 3 versiculorum relicta* O* *(f. 10r)*: *suppl.* O^{s} 369^{a} OG: *sp. rel. om.* Q 371 figunt G 372 aiunt O^{1}Q^{1}: alunt O*Q*G: aluei *ut alteram lect.* O (^{1}?) 373 piscis *(nom.)* G*: pisces OQG^{1} 374 liquant quo poscint G* 375 quo G* iter G 376 mutate G quemuis G* 377 rationem G 383 initum O^{1}: initium O*Q^{1}G: intium Q* 384 concursu G^{1} *(cf. VI1 61.172)*: concurso O*QG*: *corr. in* concusso, *tum rursus in* concurso O^{1}

si cita dissiliant, nempe aër omne necessest,
inter corpora quod fiat, possidat inane;
is porro quamuis circum celerantibus auris
confluat, haud poterit tamen uno tempore totum
compleri spatium; nam primum quemque necessest
occupet ille locum, deinde omnia possidantur.
quod si forte aliquis, cum corpora dissiluere,
tum putat id fieri quia se condenseat aër,
errat; nam uacuum tum fit quod non fuit ante,
et repletur item uacuum quod constitit ante,
nec tali ratione potest denserier aër,
nec, si iam posset, sine inani posset, opinor,
ipse in se trahere et partis conducere in unum.
Qua propter, quamuis causando multa moreris,
esse in rebus inane tamen fateare necessest.
multaque praeterea tibi possum commemorando
argumenta fidem dictis conradere nostris.
uerum animo satis haec uestigia parua sagaci
sunt, per quae possis cognoscere cetera tute.
namque canes ut montiuagae persaepe ferai
naribus inueniunt intectas fronde quietes,
cum semel institerunt uestigia certa uiai,
sic alid ex alio per te tute ipse uidere
talibus in rebus poteris caecasque latebras

---

396 *Ecl. Sang. p. 10; Mico 267 (Poet. lat. aeui Car. III 289)*

---

385 si ita G 386 fiat *It.*: flat OQG (f *in ras.* O) 389 quemque *Pontanus*: quisque OQG 390 possidantur *Havercamp (cf. 386)*: possideantur OQG 393 quo[d] O 395 denserier O¹: condenserier OQG 396 Nec *Mico*, OQG: Nam *Ecl. Sang. p. 10* 403 cognoscera Q*G 404 ferai Q¹: ferare O*Q*G: ferarum O¹ 406 institerint O¹

insinuare omnis et uerum protrahere inde.
quod si pigraris paulumue recesseris ab re,
hoc tibi de plano possum promittere, Memmi:
usque adeo largos haustus e fontibus magnis
lingua meo suauis diti de pectore fundet,
ut uerear ne tarda prius per membra senectus
serpat et in nobis uitai claustra resoluat,
quam tibi de quauis una re uersibus omnis
argumentorum sit copia missa per auris.

CORPVS ET INANE ESSE NATVRAM RERVM

Sed nunc ut repetam coeptum pertexere dictis:
omnis ut est igitur per se natura duabus
constitit in rebus; nam corpora sunt et inane,
haec in quo sita sunt et qua diuersa mouentur.
corpus enim per se communis dedicat esse
sensus; cui nisi prima fides fundata ualebit,
haut erit occultis de rebus quo referentes
confirmare animi quicquam ratione queamus.
tum porro locus ac spatium, quod inane uocamus,
si nullum foret, haut usquam sita corpora possent
esse neque omnino quoquam diuersa meare;
id quod iam supera tibi paulo ostendimus ante.

---

410 recesseris OQ^1: reabscesseris Q^*: reabcesseris G 411 plano F: ptano OQG 412 e] a G^* magnis *It.*: magnes O^*: amnes QG: amnis O^1 413 meo suauis O: meos aiauis QG 414 uerear O^1Q^1: urear O^*Q^*G 417ª OG *(post v. 418)*: *sine spatio om.* Q ET *om.* G^*; *suppl.* G^1 424 quo se ferentes Q 425 animi G^1; anni G^* 426 tunc QG 427 haut usquam Q: haud usquam O^1: haustusquam O^*: hauctusquam G 429 supera tibi OQ *IV 672*: superat ibi O^*G: superat . ibi Q^*: superat tibi O^1Q^1: supra tibi OQG *I 531*

429a TERTIAM NATVRAM NVLLAM ESSE RERVM

Praeterea nihil est quod possis dicere ab omni
corpore seiunctum secretumque esse ab inani,
quod quasi tertia sit numero natura reperta.
nam quod cumque erit, esse aliquit debebit id ipsum,
cui si tactus erit quamuis leuis exiguusque,
augmine uel grandi uel paruo denique (dum sit)
corporis augebit numerum summamque sequetur:
sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
rem prohibere queat per se transeire meantem,
scilicet, hoc id erit, uacuum quod inane uocamus.
praeterea per se quod cumque erit, aut faciet quid
aut aliis fungi debebit agentibus ipsum,
aut erit ut possint in eo res esse gerique;
at facere et fungi sine corpore nulla potest res,
nec praebere locum porro nisi inane uacansque.
ergo praeter inane et corpora tertia per se
nulla potest rerum in numero natura relinqui,
nec quae sub sensus cadat ullo tempore nostros,
nec ratione animi quam quisquam possit apisci.
Nam quae cumque cluent, aut his coniuncta duabus
rebus ea inuenies aut horum euenta uidebis.

---

448 . 449 *Ecl. Sang.* p. 10 449 . 450 *Non. 203,33*

429a OG: *sp. rel. om.* Q 430 poscis G 433 aliquo *Bockemüller non transpositis vv. 434.435* 435.434 *transposuit cod. Laur. 35,32* 437 ullam] ulla G 442 possint F: possunt OQG 446 relinqui *It.*: reliqui OQG 448 Nec OGQ: Nam *Ecl. Sang.* 449 cluent *Non.*, O^1: ciuent *Ecl.Sang.*, O*QG: *ss.* i.e. inherent Q^1 coniuncta duabus *Non.* O^1Q^1 (*ss.* i. e. inseparabilia Q^1): coniuncto duobus O*Q*G: conuincit (*om.* duabus) *Ecl. Sang.* 450 harum *Bernays* euenta] *ss.* accidentia Q^1: *ss.* fortuita (*corr. in* fortuitu) uenientia ex his O^1

coniunctum est id quod nusquam sine permitiali
discidio potis est seiungi seque gregari;
pondus uti saxis, calor ignist, liquor aquai,
tactus corporibus cunctis, intactus inani;
seruitium contra, paupertas, diuitiaeque,
libertas, bellum, concordia, cetera quorum
aduentu manet incolumis natura abituque,
haec soliti sumus, ut par est, euenta uocare.
tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis
consequitur sensus, transactum quid sit in aeuo,
tum quae res instet, quid porro deinde sequatur;
nec per se quemquam tempus sentire fatendumst
semotum ab rerum motu placidaque quiete.
denique Tyndaridem raptam belloque subactas
Troiiugenas gentis cum dicunt esse, uidendumst
ne forte haec per se cogant nos esse fateri,
quando ea saecla hominum, quorum haec euenta fuerunt
inreuocabilis abstulerit iam praeterita aetas.

---

459 *cf. Seru. Aen. III 587 per se tempus non intellegitur nisi per actus humanos; VII 37 tempora nisi ex rebus colligantur per se nulla sunt*

---

452 discido G greagari O*Q*G 453 saxis OQG: saxi *It.*: saxist *Wakefield* color Q* ignist *Bockemüller*: ignis OQG aquai O¹QG: aquae O*: *datiuus* aquai *perdubius* cf. *Garrod Cl. Review 28,264*: *an supplendum est post* aquae, *uocabulum ⟨sic⟩?* 454 *delet Lachm. propter* intactus *barbaram uocem; at extant* incestus *vulgo*, incultus *(Liv. 42,12)*, indigestus *(Schol. Iuv. 4,67) nec abhorret a* nouis uerbis *(I 138) poeta; alia eiusmodi uolgaria coll. Wölfflin Archiv f. l. Lex. IV 400: Morgan Proc. of the Am. Acad. of Arts & Sciences 41 n. 23 (1906) 471* 454 cunctis G¹: coniunctis G* 455 diuitiaeque O¹: diuiaeque O*Q*: diuia aeque G 458 euento O*Q*G 459 per se] personae G sed] de O* 460 quod G 467 fuerunt O¹G: fuerit O*Q*: fuerint Q¹: fuere LF

namque aliud terrast, aliud regionibus ipsis
euentum dici poterit quod cumque erit actum.
denique materies si rerum nulla fuisset,
nec locus ac spatium, res in quo quaeque geruntur,
numquam Tyndaridis forma conflatus amoris
ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens
clara accendisset saeui certamina belli,
nec clam durateus Troiianis Pergama partu
inflammasset equos nocturno Graiiugenarum;
perspicere ut possis res gestas funditus omnis
non ita uti corpus per se constare neque esse,
nec ratione cluere eadem qua constet inane,
sed magis ut merito possis euenta uocare
corporis atque loci, res in quo quaeque gerantur.

Corpora sunt porro partim primordia rerum
partim concilio quae constant principiorum.
sed quae sunt rerum primordia, nulla potest uis
stinguere; nam solido uincunt ea corpore demum.
etsi difficile esse uidetur credere quicquam

---

470 *Non. 204,3*

---

469 terrast *temptaui:* terris OQG: rebus *Lambin*: saeclis *Bernays*: Teucris *Munro*: per sest *Lachm.* alid G* regionibus OQG: legionibus (*seruato* terris) *Wakefield:* aliudque colentibus *Merrill* 473 forma O*QG: formae O¹ amoris *Wakefield*: amore OQG 474 sub OQ: suo G 475 certamine O* 477 equos O*Q*G: equus O¹: equo Q¹ 479 ita uti O*: ita ueluti O¹: *om.* QG 480 cluere Q¹: fluere O: luere QG constet O: constat QG 482 geruntur *I 505* 484 quae Q¹: qua OQ*G (*glossam add.* ubi O¹) 486 corpore O: corpora QG 487 uidentur Q*G

in rebus solido reperiri corpore posse.
transit enim fulmen caeli per saepta domorum,
clamor ut ac uoces, ferrum candescit in igni,
dissiliuntque fero feruenti saxa uapore;
cum labefactatus rigor auri soluitur aestu,
tum glacies aeris flamma deuicta liquescit;
permanat calor argentum penetraleque frigus,
quando utrumque manu retinentis pocula rite
sensimus infuso lympharum rore superne.
usque adeo in rebus solidi nihil esse uidetur.

497a SOLIDVM ESSE

Sed quia uera tamen ratio naturaque rerum
cogit, ades, paucis dum uersibus expediamus
esse ea quae solido atque aeterno corpore constent,
semina quae rerum primordiaque esse docemus,
unde omnis rerum nunc constet summa creata.
Principio quoniam duplex natura duarum
dissimilis rerum longe constare repertast,
corporis atque loci, res in quo quaeque geruntur,
esse utramque sibi per se puramque necessest.
nam qua cumque uacat spatium, quod inane uocamus,
corpus ea non est; qua porro cumque tenet se
corpus, ea uacuum nequaquam constat inane.

489.490 ~ *VI 228.229* 489 fulmen O^1Q^1: flumen O^*Q^*G caeli OQ: cali G: caelum *Lachm.* 490 ut OQG *utroque loco:* it O^1, *probante Lachm.* ac OQ *VI 229:* ad OQG *hoc loco* 491 fere *fortasse recte Wakefield* feruentia *Marullus* 492 cum OQG: tum *It.* 495 trumque G* 497a OG: *sp. rel. om.* Q 500 constent Q^1: constet OQ^*G 504 longe rerum *Bentley* 505 gerantur *supra 482* 506 purumque QG

sunt igitur solida ac sine inani corpora prima.
praeterea quoniam genitis in rebus inanest,
materiem circum solidam constare necessest;
nec res ulla potest uera ratione probari
corpore inane suo celare atque intus habere,
si non, quod cohibet, solidum constare relinquas.
id porro nihil esse potest nisi materiai
concilium, quod inane queat rerum cohibere.
materies igitur, solido quae corpore constat,
esse aeterna potest, cum cetera dissoluantur.
tum porro si nihil esset quod inane uocaret,
omne foret solidum; nisi contra corpora certa
essent, quae loca complerent quae cumque tenerent
omne quod est spatium, uacuum constaret inane.
alternis igitur ni mirum corpus inani
distinctum, quoniam nec plenum nauiter extat
nec porro uacuum; sunt ergo corpora certa,
quae spatium pleno possint distinguere inane.
haec neque dissolui plagis extrinsecus icta
possunt, nec porro penitus penetrata retexi
nec ratione queunt alia temptata labare;
id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.

---

525 *Charis. Gr. l. I 207,3 citat* nauiter *ex Lucr. de rebus nat. libro III (sic); cf. Lact. de ira 10,5; de inst. III 17, 22*

---

510 ~ *538* 517 inane queat rerum OQG *recte; opponuntur materia rerum plena et* inane rerum *i. e. uacuum rerum*: inane in rebu' queat coh. *Lachm.* 520 nil esset (t *in* d) *correcta*) O^1: nihil est O*QG uocaret QG: ucaret O*: uacaret *more uulgari* O^1 522 complent QG *post* 522 *inserit* 564ª G 525 distinctumst *Lambin, at cf. ad I 111* 527 pleno *Marullus*: poena O*QG: poenitus O^1 inane *Marullus*: inani OQG 528 ita G* 531 = *429; IV 672*

nam neque conlidi sine inani posse uidetur
quicquam nec frangi nec findi in bina secando,
nec capere umorem neque item manabile frigus
nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur.
et quo quaeque magis cohibet res intus inane,
tam magis his rebus penitus temptata labascit.
ergo si solida ac sine inani corpora prima
sunt ita uti docui, sint haec aeterna necessest.
    praeterea nisi materies aeterna fuisset,
ante hac ad nihilum penitus res quaeque redissent,
de nihiloque renata forent quae cumque uidemus.
at quoniam supra docui nihil posse creari
de nihilo neque quod genitum est ad nihil reuocari,
esse inmortali primordia corpore debent,
dissolui quo quaeque supremo tempore possint,
materies ut subpeditet rebus reparandis.
sunt igitur solida primordia simplicitate,
nec ratione queunt alia seruata per aeuom
ex infinito iam tempore res reparare.

CONTRA *EIΣ AΠΕΙΡΟΝ ΤΗΝ ΤΟΜΗΝ*

Denique si nullam finem natura parasset
frangendis rebus, iam corpora materiai
usque redacta forent aeuo frangente priore,

533 findi F: fundi OQG seca G 535 petralem G 538 ~ *510*
539 docui sint QGO²: docuissent O* 542 renata *Lambin*: ranta O*Q*G: creata Q¹: quae erant aforent, *superscripto* id est deerant O¹
544.545 ~ *265.266* 548 = *I 609;* ~ *II 157.I 574.612*
549.550 *uno v. vacuo rel. om.* O*: suppl. O³ 550 reparari O¹
551 OG: *sp. rel. om.* Q ISAPIRONTENTOMEN OG 553 forent Q¹: fouent OQ*G

ut nihil ex illis a certo tempore posset
conceptum *ad* summum aetatis peruadere finem.
nam quiduis citius dissolui posse uidemus
quam rursus refici; qua propter longa diei,
infinita aetas ante acti temporis omnis
quod fregisset adhuc disturbans dissoluensque
numquam relicuo reparari tempore posset.
at nunc ni mirum frangendi reddita finis
certa manet, quoniam refici rem quamque uidemus
et finita simul generatim tempora rebus
stare, quibus possint aeui contingere florem.

564 a DE MOLLI NATVRA, AQVA, AERE ET CETERIS

Huc accedit uti, solidissima materiai
corpora cum constant, possint tamen omnia reddi
mollia quae fiunt, aër, aqua, terra, uapores,
atmixtum quoniam semel est in rebus inane;
at contra si mollia sint primordia rerum,
unde queant ualidi silices ferrumque creari,
quo pacto fiant et qua ui quaeque gerantur,
non poterit ratio reddi; nam funditus omnis
principio fundamenti natura carebit.

---

571 *Non. 225,21* validi silices] *Donat. ars gr. III 2 (Gr. l. IV 393,31; Pompei. Gr. l. V 291,15; cf. Seru. Aen. VIII 233*

---

555 ad *add. Keller*: *om.* OQG summum OQG *(cf. II 1116)*: summam *Keller*: summae (*coni. cum* finis) *Brieger* finem Q^1: fine Q*G: finis O: florem *Lambin* 562 refici rem O^1Q^1: reficerem O*Q*G uidemus Q^1: demus OQ*G 564 a O: *hic quasi verba poetae atramento inserit Q; post 522 rubro titulo* G 569 Admixtum G^1: Atmixtumque QG*: Admixtumque O 568 *post* 571 *posuit Bockemüller*: *post 585 Lachm.*: *del. Bentley*

sunt igitur solida pollentia simplicitate,
quorum condenso magis omnia conciliatu
artari possunt ualidasque ostendere uiris.
Porro si nullast frangendis reddita finis
corporibus, tamen ex aeterno tempore quaedam
nunc etiam superare necessest corpora rebus,
quae non dum clueant ullo temptata periclo;
at quoniam fragili natura praedita constant,
discrepat aeternum tempus potuisse manere
innumerabilibus plagis uexata per aeuom.
denique iam quoniam generatim reddita finis
crescendi rebus constat uitamque tenendi,
et quid quaeque queant per foedera naturai,
quid porro nequeant, sancitum quando quidem extat,
nec commutatur quicquam; quin omnia constant
usque adeo, uariae uolucres ut in ordine cunctae
ostendant maculas generalis corpore inesse,
inmutabilis materiae quoque corpus habere
debent, ni mirum: nam si primordia rerum
commutari aliqua possent ratione reuicta,

---

580 *Ecl. Sang. p. 10* 587 *Prisc. X 53 (I 542,19 H.)* sancitum — extat] *Diomed. Gr. l. I 371,20*

---

574 *cf. ad 548* 578 quaedam *Lambin*: quaeque OQG *(cf. 568)* 580 clueant *Marullus*: ciueant O*QG: ciuent *Ecl. Sang. p. 10*: *ss.* ·|· coeant O¹: queant LF 584 generatim *It.*: generat in OQ*G: generatis Q¹ 585 crescendi Q¹: crescendis OQ*G 586 *in mrg. adscr.*: uel Et quid natura queant per foedera qu⟨aeque⟩ *(ultima abscisa)* Q¹ 587 quod porro nequeas *Prisc.* 588 comutatur Q¹: committatur O*G: comitatur O¹Q* constant O*QG: constat (?) O¹: constent *male Lachm.* 591 inmutabiles OQG: *corr. Lachm. (cf. Leo Pl. Forsch.² 304⁴)*

incertum quoque iam constet quid possit oriri,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
qua nam sit ratione atque alte terminus haerens,
nec totiens possent generatim saecla referre
naturam mores uictum motusque parentum.

Tum porro quoniam est extremum quodque cacumen
corporis illius, quod nostri cernere sensus
iam nequeunt, id ni mirum sine partibus extat
et minima constat natura; nec fuit umquam
per se secretum neque post hac esse ualebit,
alterius quoniamst ipsum pars, primaque et una
inde aliae atque aliae similes ex ordine partes
agmine condenso naturam corporis explent;
quae quoniam per se nequeunt constare necessest
haerere unde queant nulla ratione reuelli.
sunt igitur solida primordia simplicitate,
quae minimis stipata cohaerent partibus arte,
non ex illorum conuentu conciliata,
sed magis aeterna pollentia simplicitate,
unde neque auelli quicquam neque deminui iam
concedit natura reseruans semina rebus.
praeterea nisi erit minimum, paruissima quaeque
corpora constabunt ex partibus infinitis;
quippe ubi dimidiae partis pars semper habebit

594—596 = *I 75—77; ~ V 89.90; VI 65.66* 599 quianam est *perperam Lachm.* 600 ullius *male Lachm.* 606 explent QO¹: explet O*G 608 nulla F: ulla OQG; ut nequeant ulla *praefert Merrill* 609 *cf. ad 548* 610 minimi (?) O* 611 illorum *(i. e. minimarum partium cf. I 450)* OQG: illarum *Preiger*: ullorum *haud recte Marullus* 613 iam O¹: tam O*QG

dimidiam partem, nec res praefiniet ulla.
ergo rerum inter summam minimamque quid escit?
nihil erit ut distet. nam quamuis funditus omnis
summa sit infinita, tamen, paruissima quae sunt,
ex infinitis constabunt partibus aeque.
quod quoniam ratio reclamat uera negatque
credere posse animum, uictus fateare necessest
esse ea quae nullis iam praedita partibus extent
et minima constent natura. quae quoniam sunt,
illa quoque esse tibi solida atque aeterna fatendum.
denique si minimas in partis cuncta resolui
cogere consuesset rerum natura creatrix,
iam nihil ex illis eadem reparare ualeret
propterea quia, quae nullis sunt partibus aucta,
non possunt ea quae debet genitalis habere
materies, uarios conexus, pondera, plagas,
concursus, motus, per quae res quaeque geruntur.

634ª CONTRA HERACLITVM

635 Qua propter qui materiem rerum esse putarunt
ignem atque ex igni summam consistere solo,
magno opere a uera lapsi ratione uidentur.

---

619 *an* minimum? quid *Marullus*: quod OQG escit Q*G: essit O*: esset O¹Q¹ 621 infini Q*G 624 poss& O 626 constent *Marullus*: constant OQ: constat G 627 solida atque OQ¹: solidantque Q*G 628 ni *falso Lambin* 631 nullis OQ¹: nulli Q*G: multis *male Lambin* 634 quae *Marullus*: quas O^{s} QG: quos *cod. Brit.(Wakefield)* quas r. q. geruntur *om.* O*: *suppl.* O^{s} gerunt G 634ª OG: *sp. rel. om.* Q 635 . 636 = 705 . 706 636 solo] posse *706* 637 = *II 176; ~ I 711*

Heraclitus init quorum dux proelia primus,
clarus ob obscuram linguam magis inter inanis
quamde grauis inter Graios, qui uera requirunt;
omnia enim stolidi magis admirantur amantque,
inuersis quae sub uerbis latitantia cernunt,
ueraque constituunt quae belle tangere possunt
auris et lepido quae sunt fucata sonore.
Nam cur tam uariae res possent esse, requiro,
ex uno si sunt igni puroque creatae?
nihil prodesset enim calidum denserier ignem
nec rare fieri, si partes ignis eandem
naturam quam totus habet super ignis haberent.
acrior ardor enim conductis partibus esset,
languidior porro disiectis disque supatis;
amplius hoc fieri nihil est quod posse rearis
talibus in causis, ne dum uariantia rerum
tanta queat densis rarisque ex ignibus esse.
id quoque: si faciant admixtum rebus inane,
denseri poterunt ignes rarique relinqui;
sed quia multa sibi cernunt contraria Musae
et fugitant in rebus inane relinquere purum,

639.640 *Fest. p. 314,3 Linds.* 653 *Non. p. 148,4*

---

639 ob *Fest.*, Q^1: *om.* OQ*G 640 quamde *Fest.*, O*Q: quando G: quam O^1 qui] que G 641 amanque QG 646 uno Q^1: uro OQ*G: uero O^1 648 eadem G 649 haberent L: haberet O: habere QG 651 disiectisque supatis O*Q*G : dis *suppl.* O^1 : de Q^1 657 sibi contraria] *cf. Thes. l. l. IV 771,15* Musae *scripsi (sc. Ἰάδες, quas dicit Plato Soph. 242 D; unde etiam titulus Μοῦσαι Heraclitei libri Diog. IX 12)*: musę O (*ss.* pro poetis O^1): mu QG; *ariolantur*: inesse L: mussant F: multi *Marullus*: adesse *Lachm.*: amussim *Bernays*: nasci *Munro*

ardua dum metuunt, amittunt uera uiai,
nec rursum cernunt exempto rebus inane
omnia denseri fierique ex omnibus unum
corpus, nihil ab se quod possit mittere raptim:
aestifer ignis uti lumen iacit atque uaporem,
ut uideas non e stipatis partibus esse.
quod si forte alia credunt ratione potesse
ignis in coetu stingui mutareque corpus
(scilicet ex ulla facere id si parte reparcent),
occidet ad nihilum ni mirum funditus ardor
omnis, et *e* nihilo fient quae cumque creantur:
nam quod cumque suis mutatum finibus exit,
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.
proinde aliquit superare necesse est incolume ollis,
ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes
de nihiloque renata uigescat copia rerum.

nunc igitur quoniam certissima corpora quaedam
sunt, quae conseruant naturam semper eandem,
quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant
naturam res et conuertunt corpora sese,

---

671 *Seru. Georg. IV 226*

---

659 uera uiai O^1Q^1: ueraula O*Q*G 660 inane OQG: inani *Marullus ut 742* 662 raptim *Pontanus:* raptis OQG 665 alia *Lachm.*: mia O*QG: minus O^1: ulla *Marullus an* credent? 666 coetu *Pontanus*: coetus OQG mutareque *Marullus*: musareque OQG 667 ulla Q^1 *(cf. 843)*: nulla OQG reparcent OQG: ł receptant Q^1 668 funditus Q^1: funditur OQ*G ardor O^1Q^1: arbor Q*G: amor O* 669 e *Lachm.*: *om.* OQG 670.671 = *I 792.793; II 753.754; III 519.520* 670 mutatum *793*: mutuatum *hic* OQG 672 ~ *I 790* 673 = *I 797; II 756.864;* ~ *I 791* 673.674 ~ *II 756; I 757* 671 uigescat *757*: uiuescat OQG: uirescat L

scire licet non esse haec ignea corpora rerum.
nil referret enim quaedam decedere, abire,
atque alia attribui, mutarique ordine quaedam,
si tamen ardoris naturam cuncta tenerent;
ignis enim foret omnimodis quod cumque crearet.
uerum, ut opinor, itast: sunt quaedam corpora, quorum
concursus motus ordo positura figurae
efficiunt ignis, mutatoque ordine mutant
naturam, neque sunt igni simulata neque ulli
praeterea rei quae corpora mittere possit
sensibus et nostros adiectu tangere tactus.

Dicere porro ignem res omnis esse, neque ullam
rem ueram in numero rerum constare nisi ignem,
quod facit hic idem, perdelirum esse uidetur.
nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat,
et labefactat eos, unde omnia credita pendent,
unde hic cognitus est ipsi quem nominat ignem;
credit enim sensus ignem cognoscere uere,
cetera non credit, quae nihilo clara minus sunt.
quod mihi cum uanum tum delirum esse uidetur;
quo referemus enim? quid nobis certius ipsis
sensibus esse potest, qui uera ac falsa notemus?
praeterea quare quisquam magis omnia tollat
et uelit ardoris naturam linquere solam,

---

680 decedere *Lambin*: descendere O*QG: discedere O¹ abire OQG *(cf. 787)*: ab igne *Bockemüller* 681 alia *Marullus*: alio OQG 682 ardoris OQ¹: arboris Q*G 683 crearet OQG *(cf. 690)*: crearent *Lambin* 685 = *II 1021* 690 ignem Q¹: iq:nem O: iquenem Q*G 694 laebefactat O*QG 695 est O: et QG 699 enim QG: *om.* O

quam neget esse ignis, *quiduis* tamen esse relinquat?
aequa uidetur enim dementia dicere utrumque.

704a NEQVE IGNEM NEQVE AERA NEQVE VMOREM PRINCIPIA ESSE

Qua propter qui materiem rerum esse putarunt
ignem atque ex igni summam consistere posse,
et qui principium gignundis aëra rebus
constituere, aut umorem qui cumque putarunt
fingere res ipsum per se, terramue creare
omnia et in rerum naturas uertier omnis,
magno opere a uero longe derrasse uidentur.
adde etiam qui conduplicant primordia rerum,
aëra iungentes igni, terramque liquori,
et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur
ex igni terra atque anima procrescere et imbri.

715a CONTRA EMPEDOCLEN

quorum Acragantinus cum primis Empedocles est,
insula quem triquetris terrarum gessit in oris,
quam fluitans circum magnis anfractibus aequor

---

715 *Seru. Aen. I 123; Boeth. Inst. arith. II 1 p. 77, 13 ed. Friedl.* 717 *Lib. gloss. V 251,13 G. (cf. VII 368) Triquetram L. appellat quam Vergilius ‚litore Trina' rio' nominat (I 196) i. e. tria promunturia*

---

703 quiduis *suppl. Lachm.*: *om.* O*Q*G: aliam Q¹: ignem O¹: summam LF 704a *quasi poetae verba atramento scr.* OQG, *at add.* CAPITULUM *in mrg.* O 705.706 = *I 635.636* 706 posse] solo *636* 708 putarunt Q¹: putant O*: putantur Q*GO¹ 709 terramque O* 710 uertier Q¹: uerti OQ*G 711 ~ *I 637; II 176* longe *cod. Vatic. 3275*: longi OQG errasse O* 715 procrescere] gignuntur *Boeth.*, nascuntur *Seru. libere citantes* 715a OG: *sp. rel. om.* Q 718 anfractibus aequor O: ac fractibaequor Q*G: amfractibat aequor *mrg.* Q¹

Ionium glaucis aspargit uirus ab undis,
angustoque fretu rapidum mare diuidit undans
Italiae terrarum oras a finibus eius.
hic est uasta Charybdis, et hic Aetnaea minantur
murmura flammarum rursum se colligere iras,
faucibus eruptos iterum uis ut uomat ignis
ad caelumque ferat flammai fulgura rursum.
quae cum magna modis multis miranda uidetur
gentibus humanis regio uisendaque fertur,
rebus opima bonis, multa munita uirum ui,
nil tamen hoc habuisse uiro praeclarius in se
nec sanctum magis et mirum carumque uidetur;
carmina quin etiam diuini pectoris eius
uociferantur et exponunt praeclara reperta,
ut uix humana uideatur stirpe creatus.

Hic tamen et supra quos diximus inferiores
partibus egregie multis multoque minores,
quamquam multa bene ac diuinitus inuenientes
ex adyto tam quam cordis responsa dedere
sanctius et multo certa ratione magis quam
Pythia quae tripode a Phoebi lauroque profatur,

---

720 *Prisc. I 35 (I 27,2 H.)*

---

719 aspargens Q^1 720 undans *Lachm.:* undis *Prisc.*, OQG 721 Italiae L: Haeliae OQG: Haeoliae O^1 723 se O: *om.* OG 724 uomat *Lambin*: omniat OQG 725 flammai O^1: flammae O*Q*G: flammarum Q^1 726 uidentur O 728 minuta Q* 729.730 *post* 731.732 *coll.* G 733 creatur G 734—785 *implebant f. 16 exemplaris, quod suo loco invenit* O, *verum postea euulsum hic non descripserunt* QG, *at in calce suppleuerunt* Q (f. 69r) *et* U (f. 18r) 734 quo U 738.739 = *V 111.112* 739 tripode *V 112* OQ: tripodi OQU^1: triphodi U* a *om.* U laurosque U^1 profatur *hic* UO^1 *et* OQ *V 112*: prosatur O*Q

principiis tamen in rerum fecere ruinas
et grauiter magni magno cecidere ibi casu:
primum quod motus exempto rebus inani
constituunt et res mollis rarasque relincunt,
aëra, rorem, ignem, terras, animalia, frugis,
nec tamen admiscent in eorum corpus inane;
deinde quod omnino finem non esse secandis
corporibus facient, neque pausam stare fragori,
nec prorsum in rebus minimum consistere qui*re*;
cum uideamus id extremum cuiusque cacumen
esse quod ad sensus nostros minimum esse uidetur,
conicere ut possis ex hoc, quae cernere non quis
extremum quod habent, minimum consistere *in illis*.
huc accedit item, quoniam primordia rerum
mollia constituunt, quae nos natiua uidemus
esse et mortali cum corpore, funditus ut qui
debeat ad nihilum iam rerum summa reuerti
de nihiloque renata uigescere copia rerum;
quorum utrumque quid a uero iam distet habebis.
deinde inimica modis multis sunt adque ueneno
ipsa sibi inter se; quare aut congressa peribunt,

---

741 casu, s *ex* u *correcta* O¹: causa QU 743 constituut U re U* 744 rorem *Christ (cf. 771.777)*: solem OQU animalias U 747 facient OQU: faciunt F fragori OQ: fragore U 748 quire F: qui OQU: quicquam *Marullus* 749 uideam U 752 in illis *Munro: om.* OQU: rebus L: rerum *van d. Valk*: uere *Winckelmann*: prorsum *Lachm.*: posse *Merrill* 753 item] utei *Lachm.* 754 quae] ut (?) U* (ut *del.* U¹) 755 ut qui OQU *(cf. III 738)*: usque *Lachm.* 756.757 ~ *I 673.674* 756 debeant U* 758 habebis O¹: habes O*QU 759 multi U ueneno *Wakefield*: ueneni QU: uene O*: uenena O¹: uenenum *Merrill* 760 aut] ut U

aut ita diffugient, ut tempestate coacta
fulmina diffugere atque imbris uentosque uidemus.
denique quattuor ex rebus si cuncta creantur
atque in eas rursus res omnia dissoluontur,
qui magis illa queunt rerum primordia dici
quam contra res illorum retroque putari?
alternis gignuntur enim mutantque colorem
et totam inter se naturam tempore ab omni.
[fulmina diffugere atque imbris uentosque uidemus]
sin ita forte putas ignis terraeque coire
corpus et aërias auras roremque liquoris,
nihil in concilio naturam ut mutet eorum,
nulla tibi ex illis poterit res esse creata,
non animans, non exanimo cum corpore, ut arbos.
quippe suam quicque in coetu uariantis acerui
naturam ostendet, mixtusque uidebitur aër
cum terra simul atque ardor cum rore manere.
at primordia gignundis in rebus oportet
naturam clandestinam caecamque adhibere;
emineat nequid, quod contra pugnet et obstet

763 *sqq. cf. Lact. de ira 10,4* 771 *Raban. Maur. de uniuers. IX 26 (CXI 282 D Migne) agitatus aer auram facit, unde et L. dicit* aerias auras 779 *Ecl. Sang. p. 11*

762 = *I 769* 763 ex] & U 764 rursus O* : rursum QUO¹ dissoluontur U : dissoluuntur OQ 767 alternis O¹: aternis O*QU 769 (= *762*) *del.* O¹ 770 puta U 771 liquores U 772 ut Q¹: et OQ*U 774 animans *Pontanus:* animas OQU *(cf. Praef.)* 775 quicque *Marullus*: quisque OQU suam *iterat post* quisque U*: *del.* U¹ coetu U: coetum OQ 776 ostendet F: ostendit OQU 777 atque ardor *Lambin*: et quodam OQU: atque uapor *Merrill* manere O¹: manare O*QU 778 oportet OQU: necessest *violenter Lachm.* 780 emineat *Naugerius*: Demineat OQU

quo minus esse queat proprie quod cumque creatur.
Quin etiam repetunt a caelo atque ignibus eius,
et primum faciunt ignem se uertere in auras
aëris, hinc imbrem gigni, terramque creari
ex imbri, retroque a terra cuncta reuerti,
umorem primum, post aëra, deinde calorem,
nec cessare haec inter se mutare, meare
a caelo ad terram, de terra ad sidera mundi.
quod facere haud ullo debent primordia pacto.
immutabile enim quiddam superare necessest,
ne res ad nihilum redigantur funditus omnes;
nam quod cumque suis mutatum finibus exit,
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.
qua propter quoniam quae paulo diximus ante
in commutatum ueniunt, constare necessest
ex aliis ea, quae nequeant conuertier usquam,
ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnis.
quin potius tali natura praedita quaedam
corpora constituas, ignem si forte crearint,
posse eadem, demptis paucis paucisque tributis,
ordine mutato et motu, facere aëris auras,
sic alias aliis rebus mutarier omnis?
'At manifesta palam res indicat' inquis 'in auras

---

781 creatur UO^{s}: creatas O*Q 783 se uertere] reuertere U* 784.785 *rest.* ***Marullus***: ignem gigni terramque creari ex (ea Q) igni retroque in terram OQU *hic deficit* U, *incipit* 786 *rursus* G 789—793 = *II 750—754* 789 pacto OQ *II 750*: facto *hic* OQG 791 ~ *I 673. 797; II 756. 864* 792—793 *cf. ad I 670·71* 797 = *I 673. II 756. 864; ~ I 791* resedeant QG 800 paucis paucisque OG*Q^{1}: faucis faucisque Q*: faucisque aucisque G^{1} 801 motum Q 803 inquis] ignis Q^{1}

aëris e terra res omnis crescere alique:
et nisi tempestas indulget tempore fausto
imbribus, ut tabe nimborum arbusta uacillent,
solque sua pro parte fouet tribuitque calorem,
crescere non possint fruges arbusta animantis.'
scilicet, et nisi nos cibus aridus et tener umor
adiuuet, amisso iam corpore uita quoque omnis
omnibus e neruis atque ossibus exsoluatur.
adiutamur enim dubio procul atque alimur nos
certis ab rebus, certis aliae atque aliae res.
ni mirum, quia multa modis communia multis
multarum rerum in rebus primordia mixta
sunt, ideo uariis uariae res rebus aluntur.
atque eadem magni refert primordia saepe
cum quibus et quali positura contineantur
et quos inter se dent motus accipiantque.
namque eadem caelum mare terras flumina solem
constituunt, eadem fruges arbusta animantis,
uerum aliis alioque modo commixta mouentur.
Quin etiam passim nostris in uersibus ipsis

---

806 *Prisc. VII 72 (I 349,22 H.); Regulae prosodiacae ed. K. Barth Adn. lib 37,13 p. 1691 (Francof. 1624) uacillat breue est apud Lucretiam (sic) 'arbusta uacillant'* 820 *cf. Lact. de ira 10,9*

---

804 e O: et QG 806 ut *Prisc.*: et OQG 807 *post* 805 *colloc Lachm.* ambusta *frustra Lachm.* uacillent OQG *Prisc.*: uacillant *Reg. pros.* 812 atque procul *transp.* QG 814 multa modis *Lambin*: multimodis OQG *(cf. 815)* 815 mixta O: multa QG *(lect. emendata v. 814)* 817 ~ *I 908. II 760. 1007* 818 continuentur O[1] 818·819 = *I 909·910; II 761·762; 1008·1009* 820 = *II 1015* terras & fl. QG 821 ~ *II 1016* 823—825 = *II 688—690*; *823* ~ *II 1013*

multa elementa uides multis communia uerbis,
cum tamen inter se uersus ac uerba necessest
confiteare et re et sonitu distare sonanti.
tantum elementa queunt permutato ordine solo;
at rerum quae sunt primordia, plura adhibere
possunt unde queant uariae res quaeque creari.

CONTRA ANAXAGORAN

Nunc et Anaxagorae scrutemur homoeomerian,
quam Grai memorant nec nostra dicere lingua
concedit nobis patrii sermonis egestas;
sed tamen ipsam rem facilest exponere uerbis.
principio, rerum quam dicit homoeomerian,
ossa, uidelicet, e pauxillis atque minutis
ossibus hic et de pauxillis atque minutis
uisceribus uiscus gigni sanguenque creari
sanguinis inter se multis coëuntibus guttis
ex aurique putat micis consistere posse
aurum et de terris terram concrescere paruis,
ignibus ex ignis, umorem umoribus esse,
cetera consimili fingit ratione putatque.

---

830 *Seru. Aen. IV 625* 837 *Non. 184, 12; 224,12; Charis. Gr. l. I 90,19; Seru. Georg. I 139; Aen. I 211* sanguen] *Prob. Gr. l. IV 9,21 posuit L. hoc* sanguen *nouo more; cf. Mar. Plot. Sacerd. Gr. l. VI 474,21*

824·825 = *II 689·690* 824 uerbis Q^1: bellis OQ^*G 827 que uni O^* 828 at]et Q 829 quaeque OQ^1: quae Q^*G 829ª OG: *sp. rel. om.* Q 830 et] ad *Seru.* anaxagorancrutemur Q^* (*corr.* Q^1): anaxagorae veniamus *Seru.* homofomerian O^* 834 quam OQG: quom *Lachm.* 835 e O^1Q^1: de O^*Q^*G 836.837 *om.* O^*: *suppl.* O^3 837 sanguenque *grammatici* : sanguemque (sanguēque QG) OQG

nec tamen esse ulla de parte in rebus inane
concedit, neque corporibus finem esse secandis,
quare in utraque mihi pariter ratione uidetur
errare atque illi, supra quos diximus ante.
adde quod inbecilla nimis primordia fingit;
si primordia sunt, simili quae praedita constant
natura atque ipsae res sunt, aequeque laborant
et pereunt, neque ab exitio res ulla refrenat.
nam quid in oppressu ualido durabit eorum,
ut mortem effugiat, Leti sub dentibus ipsis?
ignis, an umor, an aura? quid horum? sanguen an ossa?
nihil, ut opinor, ubi ex aequo res funditus omnis
tam mortalis erit quam quae manifesta uidemus
ex oculis nostris aliqua ui uicta perire.
at neque reccidere ad nihilum res posse neque autem
crescere de nihilo testor res ante probatas.
praeterea quoniam cibus auget corpus alitque,
scire licet nobis uenas et sanguen et ossa
et nervos alienigenis e partibus esse,
siue cibos omnis commixto corpore dicent
esse et habere in se neruorum corpora parua
ossaque et omnino uenas partisque cruoris,

---

843 de *scripsi coll. II 235*: iden OQG: idem (*post* parte) L: idem ⟨*ex*⟩ *Lachm.*; ex ulla parte idem rebus inane *Bergk* 846 illi supra quos *cod. Laur. 32 mrg.*: illis uira quod (quo QG) OQG 847 inbecilla F: inbecilia OQG 852 effugiat Q^1: efficiat OGQ* 853 ignis OQ^1: ignibus Q*G sanguen an ossa *cod. Laur. 32 mrg. (cf. 835)*: sanguis an os OQ*: sagnis an os G: sanguis ad nos Q^1: sanguen? os, aurum? *Lachm.* 854 aequo res QG: aequore O 860 sanguin OQG: *corr. It.* 860ª *suppl. Lambin*: om. OQG 861 siue F: sine OQG corpore L: core OQG 862 esse et L: esset OQG

fiet uti cibus omnis, et aridus et liquor, ipse
ex alienigenis rebus constare putetur,
ossibus et neruis sanieque et sanguine mixto.
praeterea quae cumque e terra corpora crescunt
si sunt in terris, terram constare necessest,
ex alienigenis, quae terris exoriuntur.
transfer item, totidem uerbis utare licebit:
in lignis si flamma latet fumusque cinisque,
ex alienigenis consistant ligna necessest,
ex alienigenis, quae lignis exoriuntur.
praeterea tellus quae corpora cumque alit, auget,
ex alienigenis iterum haec constare necessest,
ex alienigenisque alienigena exoriuntur

Linquitur hic quaedam latitandi copia tenuis,
id quod Anaxagoras sibi sumit, ut omnibus omnis
res putet inmixtas rebus latitare, sed illud
apparere unum, cuius sint plurima mixta
et magis in promptu primaque in fronte locata.
quod tamen a uera longe ratione repulsumst;
conueniebat enim fruges quoque saepe, minaci
robore cum [in] saxi franguntur, mittere signum
sanguinis aut aliquid, nostro quae corpore aluntur;

---

866 sanieque OQG *(cf. Enn. Thyest. 363)*: uenis *male Avancius* mixto *Lambin (cf. VI 378)*: mixta OQG: mixtim *Politianus* 873 *transposui* post 874: 873 *delebat Lambin*: 873.874 *del. Marullus*: *lac. post 873 stat. Munro* 873 = 867 *iniuria Susemihl* 874 *de anadiplosi cf. II 159; III 12 rel.* quae lignis OQG: quae alienigenis *Lachm., qui uitium metricum frustra tuetur I 1091* exoriuntur F: oriuntur OQG 873ab *addidi* 877 inmixtis O* (*corr.* O¹) 880 ~ *II 645. V 406. 767. 853* 882 in *del. It., cf. 884*

consimili ratione herbis quoque saepe decebat
cum lapidi [in] lapidem terimus, manare cruorem;
et latices dulcis guttas similique sapore
mittere, lanigerae quali sunt ubere lactis;
scilicet, et glebis terrarum saepe friatis
herbarum genera et fruges frondesque uideri
dispertita inter terram latitare minute,
postremo in lignis cinerem fumumque uideri,
cum praefracta forent, ignisque latere minutos.
quorum nihil fieri quoniam manifesta docet res,
scire licet non esse in rebus res ita mixtas,
uerum semina multimodis inmixta latere
multarum rerum in rebus communia debent.

'At saepe in magnis fit montibus' inquis 'ut altis
arboribus uicina cacumina summa terantur
inter se, ualidis facere id cogentibus austris,
donec flammai fulserunt flore coorto.'

scilicet, et non est lignis tamen insitus ignis,
verum semina sunt ardoris multa, terendo
quae cum confluxere, creant incendia siluis;
quod si facta foret siluis abscondita flamma,
non possent ullum tempus celarier ignes:
conficerent uolgo siluas, arbusta cremarent.

885.884 *transp. N. P. Howard* 885 herbas *Marullus* 884 lapide *Ernout, at cf. I 885, II 520, VI 66* in *del. Marullus* terimus L: tenemus OQG manere G 886 latices OQG: laticis F: salices *Bruno* similique O: simileque Q*G: similesque Q¹ 887 lanigeriae O*Q*G quali QG: qualis O*: quales O¹ 890.891 *om.* QG inter *Lachm.*: in O 892 praefacta O* 893 ~ *II 565* res Q¹: *om.* OQ*G 906 conficerent Q¹: conficeret OQ*G

iamne uides igitur, paulo quod diximus ante,
permagni referre eadem primordia saepe
cum quibus et quali positura contineantur
et quos inter se dent motus accipiantque,
atque eadem paulo inter se mutata creare
ignes et lignum? quo pacto uerba quoque ipsa
inter se paulo mutatis sunt elementis,
cum ligna atque ignes distincta uoce notemus.
denique iam quae cumque in rebus cernis apertis
si fieri non posse putas, quin materiai
corpora consimili natura praedita fingas,
hac ratione tibi pereunt primordia rerum:
fiet uti risu tremulo concussa cachinnent
et lacrimis salsis umectent ora genasque.

Nunc age, quod super est cognosce et clarius audi.
nec me animi fallit quam sint obscura; sed acri
percussit thyrso laudis spes magna meum cor
et simul incussit suauem mi in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus mente uigenti
auia Pieridum peragro loca nullius ante

922—927—solo] *Macrob. Sat. VI 2,3 Lucretius in primo; cf. Verg. Georg. III 289 sqq* 926.927 nullius — solo] *Fronto de eloqu. 2 p. 148 Nab., II 70 Haines* 926 *[Censorin.] de metr. Gr. l. VI 612,1*; *cf. Nemesian. Cyn. 8*

907.910 ~ *II 883.885* 908 ~ *I 817; II 760.1007* 909.910 = *I 818.819; II 761.762; 1008.1009* contineantur *I 818*: contingantur *hic* OQG 912 et Q^1: e OQ^*G 914 *extrema* ce notemus *add.* O^s 916 non QG: *om.* O 918 Hac Q^1: Haec OQ^*G 919.920 ~ *II 976.977* 919 tremulo L: taemulo OQG 920 lacrimisalsis O^* 921—950 *postea a poeta inserti; cf. ad IV 1*

trita solo. iuuat integros accedere fontis
atque haurire, iuuatque nouos decerpere flores
insignemque meo capiti petere inde coronam,
unde prius nulli uelarint tempora Musae;
primum quod magnis doceo de rebus et artis
religionum animum nodis exsoluere pergo,
deinde quod obscura de re tam lucida pango
carmina musaeo contingens cuncta lepore.
id quoque enim non ab nulla ratione uidetur;
sed uel uti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras, pocula circum,
contingunt mellis dulci flauoque liquore,
ut puerorum aetas inprouida ludificetur
labrorum tenus, interea perpotet amarum
absinthi laticem, deceptaque non capiatur,
sed potius tali pacto recreata ualescat,
sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque uidetur
tristior esse quibus non est tractata, retroque
uolgus abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti
carmine Pierio rationem exponere nostram

---

932 *Lact. Inst. I 16,3; cf. IV 28,13* 936—938 *cf. ad IV 11* 941 *Mar. Plot. Sacerd. Gr. l. VI 504, 28; cf. Donat. Ter. Eun. 515 (I 383,19 Wessn.)*

---

931 magnis O^1 (*ut IV 6* OQ): magis *hic* O*QG 932 animos *Lact.* pergo *IV 6* OQ: porgo *hic* OQG 933 pando *IV 6* OQ 935 adulla G 936 *variat poeta IV 11* ac *uel* nam *continuans* pueri G* 938 fauoque O* *ut Quint. III 1,4 (cod. B)* 940 liberum G* teni Q* 941 capiantur G*: capiant *Sacerd. codd.* 942 pacto *Heinsius*: facto OQG 943 uidetur *IV 18* OQ *et hic* O^sQ^1: uidet *hic* O*Q*: uidit G 944 tracta O* 946 piero QG

et quasi musaeo dulci contingere melle;
si tibi forte animum tali ratione tenere
uersibus in nostris possem, dum perspicis omnem
naturam rerum, qua constet compta figura. ‖

950ª *ΤΟ ΠΑΝ ΑΠΕΙΡΟΝ· ΤΟ ΓΑΡ ΠΕΠΕΡΑΣΜΕΝΟΝ ΑΚΡΟΝ ΕΧΕΙ*

Sed quoniam docui solidissima materiai
corpora perpetuo uolitare inuicta per aeuom,
nunc age, summai quaedam sit finis eorum,
nec*ne* sit, euoluamus; item quod inane repertumst
seu locus ac spatium, res in quo quaeque gerantur,
peruideamus utrum finitum funditus omne
constet, an immensum pateat uasteque profundum.

Omne quod est igitur nulla regione uiarum
finitumst; namque extremum debebat habere,
extremum porro nullius posse uidetur
esse, nisi ultra sit quod finiat; ut uideatur
quo non longius haec sensus natura sequatur.
nunc extra summam quoniam nihil esse fatendum,
non habet extremum, caret ergo fine modoque.
nec refert quibus adsistas regionibus eius;

---

949 percipis *IV 24* 950 nat. rer. ac persentis utilitatem *uariat poēta IV 25, cuius similem formulam tum cum retractauit poema (IV 26—44) adhibuerat IV 27; cf. III 259* 950ª OG: *sp. 2 uers rel. om.* Q APIRONTOGAR PEPIRACMENON OG *ἄπειρον ἔχει Epic. ep. I 41*: ACROE O: AGRON *(dimidia littera N abscisa margine)* G; *archetypus uidetur habuisse in extremo uersu* AKPO$\overset{x}{\text{E}}$ 951 docui] *I 486, accuratius II 332* 954 necne *Pontanus*: nec OQG 954 repertum sit QG* 955 geruantur G (*i. e.* ger$\overset{a}{\text{u}}$ntur) 959 namquā Q* 961 fineat QG

usque adeo, quem quisque locum possedit, in omneis
tantundem partis infinitum omne relinquit.
praeterea si iam finitum constituatur
omne quod est spatium, si quis procurrat ad oras
ultimus extremas iaciatque uolatile telum,
id ualidis utrum contortum uiribus ire
quo fuerit missum mauis longeque uolare,
an prohibere aliquid censes obstareque posse?
alterutrum fatearis enim sumasque necessest.
quorum utrumque tibi effugium praecludit et omne
cogit ut exempta concedas fine patere.
nam siue est aliquit quod probeat efficiatque
quo minus quo missum est ueniat finique locet se,
siue foras fertur, non est a fine profectum.
hoc pacto sequar atque, oras ubi cumque locaris
extremas, quaeram quid telo denique fiat:
fiet uti nusquam possit consistere finis,
effugiumque fugae prolatet copia semper.

Praeterea spatium summai totius omne
undique si inclusum certis consisteret oris
finitumque foret, iam copia materiai
undique ponderibus solidis confluxet ad imum,
nec res ulla geri sub caeli tegmine posset,
nec foret omnino caelum neque lumina solis;

---

966 quis Q omneis *Wakefield*: omnus OQG (cf. *V 286.1011*)
post 967 *hunc ordinem versuum proposuit Brieger*: 1008—1013.
998—1001.968—997.1002—1007 968 sic Q 971 id *Lambin*: in OQG
974 fateris Q 977 probeat QG: prębeat O officiatque *Lambin*
978 fineque QG locat Q* 981 fiat L *(cf. 982 Q)*: fiet OQG
982 fiat Q 984 spatium O¹: scatium O*G: catium Q 985 inclusum L: inclusus OQG 987 confluxet F: confluxit OG: confluẍ Q

quippe ubi materies omnis cumulata iaceret
ex infinito iam tempore subsidendo.
at nunc, ni mirum, requies data principiorum
corporibus nullast, quia nihil est funditus imum,
quo quasi confluere et sedes ubi ponere possint.
semper in adsiduo motu res quaeque geruntur
partibus *e* cunctis, infernaque suppeditantur
ex infinito cita corpora materiai.

Postremo ante oculos res rem finire uidetur:
aër dissaepit collis atque aëra montes,
terra mare et contra mare terras terminat omnis;
omne quidem uero nihil est quod finiat extra.
est igitur natura loci spatiumque profundi,
quod neque clara suo percurrere fulmina cursu
perpetuo possint aeui labentia tractu
nec prorsum facere ut restet minus ire meando;
usque adeo passim patet ingens copia rebus,
finibus exemptis, in cunctas undique partis.

Ipsa modum porro sibi rerum summa parare
ne possit, natura tenet, quae corpus inane,
et quod inane autem est finiri corpore cogit,
ut sic alternis infinita omnia reddat.
aut etiam alterutrum, si terminet alterum, eorum
simplice natura pateat tamen inmoderatum.

---

993 nullast *Politianus*: nullas OQ*G: nulla Q¹ 994 possint *It.*: possit OQG 995 absiduo QG 996 e *cod. Victorianus*: om. OQG: in *Marullus* infernaque OQG: aeternaque *Marullus* 998—1001 *post 983 transp. Munro, post 1007 Goebel* 999 aer OQ¹: aere Q*: aero G 1003 flumina Q 1004 = *V 1216* 1008 ipsa Q¹G*: ipso OQ*G¹ 1009 inane OQG *(cf. I 660)*: inani *Marullus* 1012 si *Goebel*: nisi OQG

nam si finitum vacuum constaret inane,
innumera haut caperet cita corpora materiai;
sin finita essent immenso corpora inani,
nec mare nec tellus neque caeli lucida templa
nec mortale genus nec diuum corpora sancta
exiguum possent horai sistere tempus;
nam dispulsa suo de coetu materiai
copia ferretur magnum per inane soluta,
siue adeo potius numquam concreta creasset
ullam rem, quoniam cogi disiecta nequisset.
Nam certe neque consilio primordia rerum
ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt
nec quos quaeque *darent motus pepigere profecto*,
sed quia multa modis multis mutata per omne
ex infinito uexantur percita plagis,
omne genus motus et coetus experiundo
tandem deueniunt in talis disposituras,
qualibus haec rerum consistit summa creata,
et multos etiam magnos seruata per annos
ut semel in motus coniectast conuenientis,
efficit ut largis auidum mare fluminis undis
integrent amnes et solis terra uapore
fota nouet fetus summissaque gens animantum

1013 *lacunam agnovit Marullus;* 1013^{abc} *suppleui sec. Epicuri ep. I 42* 1017 coetu Q^1 : coetum OQ*G 1019 creasset O^1Q^1 : oreasset O*Q*G 1021—1023 = *V 419—421* 1022.1023 *om. sp. rel.* O* : *suppl.* O^s 1023 *darent—profecto suppl. ex V 421 Marullus* : sagaci mente locarunt O^sQG^1 : nec—locarunt *om.* G* 1024 ~ *V 187; 422* 1025 = *V 188;* ~ *V 423* 1025 infinita Q 1026 = *V 428, qui* coetus et motus *collocat* 1028 rerum *ex V 194 Faber* : rebus OQG 1033 Fota O : Forta Q*G : Festa Q^1 summissaque *Pontanus* : summaque OQG

floreat et uiuant labentis aetheris ignes;
quod nullo facerent pacto, nisi materiai
ex infinito suboriri copia posset,
unde amissa solent reparare in tempore quaeque.
nam uel uti priuata cibo natura animantum
diffluit amittens corpus, sic omnia debent
dissolui simul ac defecit suppeditare
materies aliqua ratione auersa uiai.
nec plagae possunt extrinsecus undique summam
conseruare omnem, quae cumque est conciliata.
cudere enim crebro possunt partemque morari,
dum ueniant aliae ac suppleri summa queatur;
inter dum resilire tamen coguntur et una
principiis rerum spatium tempusque fugai
largiri, ut possint a coetu libera ferri.
quare etiam atque etiam suboriri multa necessest,
et tamen ut plagae quoque possint suppetere ipsae,
infinita opus est uis undique materiai.

1051a *ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΣΟΝ ΙΙ ΦΟΡΑ*

Illud in his rebus longe fuge credere, Memmi,
in medium summae quod dicunt omnia niti,

1034 Floreat Q^1F : Floreant OQ*G aetheres Q : aethereis G 1035 Quae Q 1036 infinito Q^*G : infinitu O* : infinita O^1Q^1 1040 Dissolui Q^1 : Dissoluit OQ*G 1041 viai Q^1 : via OQG : viaque *Lachm.* 1044 morari O^1Q^1G : morare O*Q* 1045 ueniat Q* 1047 principiis *Marullus* : Principium OQG tempusque *ante* spatium *ponit* G que *om.* Q fugai L : fugata G : fuga O : fugataque Q* : *deleta littera* t *uocis* fugat *ss. super* aq. *glossam* l at *(uolebatne* atque *an* at *corruptum est ex* ai, *ut legatur* fugai?) Q^1 1050 ipsae O : & ipsae G, *in ras* Q 1051 Infinitae QG est O : *om.* QG 1051a Is to meson Ephora OG *om. sp. rel.* Q

atque ideo mundi naturam stare sine ullis
ictibus externis neque quoquam posse resolui,
summa atque ima quod in medium sint omnia nixa
ipsum si quicquam posse in se sistere credis,
et quae pondera sunt sub terris omnia sursum
nitier in terraque retro requiescere posta,
ut per aquas quae nunc rerum simulacra uidemus;
et simili ratione animalia suppa uagari
contendunt, neque posse e terris in loca caeli
reccidere inferiora magis quam corpora nostra
sponte sua possint in caeli templa uolare;
illi cum uideant solem, nos sidera noctis
cernere, et alternis nobiscum tempora caeli
diuidere et noctes parilis agitare diebus.
sed uanus stolidis haec *omnia procreat error,*
amplexi quod habent peru*ersa rem ratione;*
nam medium nil esse potest, *ubi summa profundist*
infinita. neque omnino, si iam *medium sit,*
possit ibi quicquam consistere *malle putari*

1063 *Mar. Plot. Sacerd. Gr. l. VI 450,20* inferiora [interiora B] magis *pro inferiora*

1057 se om. Q*G 1058 Et O : At QG sint *Brieger* 1059 Nitier in O : Ni fierint QG 1061 Et simili OQG : adsimili *Lachm.* suppa O*QG : supra O^{s} 1064 templa *om.* Q *post* 1066 *continuat* 1093 G : *idem signis flagitabat* Q 1068—1075 *priora dimidia, quorum extrema abscissa membrana exemplaris f. 23 perierant, seruauit* O : *om.* QG, *numero perditorum versuum in mrg. notato (in* Q*) et superaddita cruce lacunam significante* (VIII) 1068 *omnia procreat error suppleui; omnia parturit error praeiuerat Marullus* 1069 amplexi quod habent peru O : *suppl. Munro* 1070 *suppl. sec. VI 485 Lachm.* 1071 Infinita denique omnino si iam O : *corr. et suppl. Marullus* 1072 *suppl. Lachm.*

quam quauis alio longe ratione *uagari;*
omnis enim locus ac spatium, quod in*ane uocamus;*
per medium, per non medium, concedere *debet*
aeque ponderibus, motus qua cumque feruntur.
nec quisquam locus est, quo corpora com uenerunt,
ponderis amissa ui possint stare *in* inani:
nec quod inane autem est ulli subsistere debet,
quin, sua quod natura petit, concedere pergat.
haud igitur possunt tali ratione teneri
res in concilium medii cuppedine uictae.
Praeterea quoniam non omnia corpora fingunt
in medium niti, sed terrarum atque liquoris,
umorem ponti magnasque e montibus undas,
et quasi terreno quae corpore contineantur,
at contra tenuis exponunt aëris auras
et calidos simul a medio differrier ignis,

1073 Quam quauis alia longe ratione O : alio *corr. Lachm.* uagari *suppleui* 1074 *extr.* quod in O : *suppl. Marullus* 1075 *debet suppl. Wakefield* 1076 *'hic uersus reponetur ad hoc signum ω & deest' mrg.* Q²*; extat autem signum ω post 1091; pertinere hoc uidetur ad correctoris errorem, qui cruces appositas 1067 et 1093 non omissos, sed transponendos versus significare opinabatur* aeque *Marullus* : aequis OQG feruntur QG : ferunt O *ante 1077 praefigit* b Q¹, *ut hunc uersum versui 1067 continuaret quem* a *signat;* 1068—1075 *enim om. et 1076 post 1091 ponendum errore censet* Q 1077 nec O : ne QG com uenerunt *Lachm.* : comueneri *(sed* i *erasa)* O* : comuenirt G : cōuenirī Q 1078 in *Marullus* : *om.* OQG 1079 *cf. II 236* ullis Q¹ *ss.* l obsistere Q¹ 1080 = *II 237* 1081 rationi QG 1081 teneri] *conicio* uenire *cf. II 563* 1082 concilio *Marullus* uinctae *Bentley* : uectae *Lachm.* 1085 *post* 1086 *coll. Marullus* : *del. Bentley* : ante 1085 *lacunam statuit Ussing expletam a Munrone* : *et quae de supero in terram mittuntur ut imbres*

atque ideo totum circum tremere aethera signis
et solis flammam per caeli caerula pasci,
quod calor a medio fugiens se ibi conligat omnis,
nec prorsum arboribus summos frondescere ramos
posse, nisi a terris paulatim cuique cibatum

1094—1101 *perierunt in archetypo*

ne uolucri ritu flammarum moenia mundi
diffugiant subito magnum per inane soluta,
et ne cetera consimili ratione sequantur,
neue ruant caeli tonitralia templa superne
terraque se pedibus raptim subducat et omnis
inter permixtas rerum caelique ruinas
corpora soluentes abeat per inane profundum,
temporis ut puncto nihil extet reliquiarum,
desertum praeter spatium et primordia caeca.
nam qua cumque prius de parti corpora desse
constitues, haec rebus erit pars ianua Leti;
hac se turba foras dabit omnis materiai.

1090 flamma G 1091 se ibi *Wakefield*: sibi OQG post 1091 *inserebat* 1076 Q^1 1093 *inter 1066 et 1067 transposuit* G, *quod etiam* Q *flagitat* 1094—1101 *spatio sex versuum relicto om.* O : *om. cruce addita ut* 1076, *quam male interpretabantur,* QG; *lacunam ortam esse parte membranae f. 23 (cf. 1068—1075) ex archetypo rescissa uidit Lachm.* 1105 Neuertant Q tonitralia *Lambin*: *tonetralia* OQG : p *priori* t *ss.* Q^1; *nimirum correctum uolebat* penetralia, *quod scripsit* L 1106 omnis QGO^1: omnes O*: omnia *Lachm.* 1107 mixtas QG 1108 abeat *(sc. terra omnis) Marullus*: abeant G: aueant OQ 1111 adesse Q^1

Haec sic pernosces parua perductus opella;
namque alid ex alio clarescet, nec tibi caeca
nox iter eripiet, quin ultima naturai
peruideas: ita res accendent lumina rebus.

TITI LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER ·I· EXPLICIT

1114 sic OQG : sei LF : scio *Lachm.* perdoctus *Lachm.* post 1114 *ut* sei *receptum ab Italis tueretur, commentus est hunc uersum Munro* : *cetera iam poteris per te tute ipse uidere (cf. I 403.407)* 1115 clarescit QG *subscribunt* : TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA LIBER I EXPLICIT INCIPIT LIBER SECVNDVS O : *item praeter* LVCRETI et *in fine* LIBER ·II· *et omissum* CARI G : *decem versuum spatio relicto om.* Q* : Lucretii liber II *suppl.* Q²

INCIPIT LIBER SECVNDVS

Suaue mari magno turbantibus aequora uentis
e terra magnum alterius spectare laborem,
non quia uexari quemquamst iucunda uoluptas,
sed quibus ipse malis careas quia cernere suaue est;
suaue etiam belli certamina magna tueri
per campos instructa, tua sine parte pericli;
sed nihil dulcius est, bene quam munita tenere
edita doctrina sapientum templa serena,
despicere unde queas alios passimque uidere
errare atque uiam palantis quaerere uitae,
certare ingenio, contendere nobilitate,
noctes atque dies niti praestante labore
ad summas emergere opes rerumque potiri.

ΣΑΡΚΟΣ ΕΥΣΤΑΘΕΣ ΚΑΤΑΣΤΗΜΑ

O miseras hominum mentes, o pectora caeca;

---

1 — magno] *Seru. Aen. 628* 1.2 *Horat. Comment. Cruqu. (Antv. 1578) p. 551ª, ubi Ep. I 11,10 comparatur* 2 *Non. p. 402,13; Mar. Vict. Gr. l. VI 31,28* 14—16 — quodcumque est] *Lactant. Inst. I 21,48*

---

1 Quaue G motantibus *Comm. Cruqu.* e] et *Non.* 5.6 *transp. Avancius* 7 nihil O: nihilo QG: nil *It.* 8 editum Q 12.13 = *III 62.63* 12 labore L^1: plabore OQG.; *in archetypo fuit* L PABORE *i. e.* pauore *correctum in* labore; *cf. III 62* 13ª OG: *sp. rel. om.* Q SARCOS EVSSTATEC CATASTEMA OG *(cf. Epic fr. 68 p. 121,34 Usener)* 14 miseras *Lact.* [*BRH*], OQG: stultas *Lact.* [*SPGH*]

qualibus in tenebris uitae quantisque periclis
degitur hoc aeui quod cumquest. nonne uideres*t*
nihil aliud sibi naturam latrare, nisi ut, cui
corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur
iucundo sensu cura semota metuque?
ergo corpoream ad naturam pauca uidemus
esse opus omnino, quae demant cumque dolorem,
delicias quoque uti multas substernere possint.
gratius inter dum neque natura ipsa requirit,
si non aurea sunt inuenum simulacra per aedes
lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,
nec domus argento fulget auroque renidet,
nec citharae reboant laqueata aurataque templa,

16 — quodcumque est] Non. 278,16 24—33 *Macrob. Sat. VI 2, 5 (a)* 25 *Maximus Victorin. Gr. l. VI 220,11; Raban. Maur. Excerpt. d. arte Prisc., Migne P. L. CXI 644 c* 28 *Macr. VI 4,21 (b) cf. Paul. Fest. 505,1 Linds. Templum—tignum quod in aedificio transuersum ponitur*

15 uictae Q* periclis *Lact.*, Q¹: perictis OQG 16 degitur Lact., OQG.: degimus *Non.* nonne uidere *est It.*: nonne uidere OQG: nonne uidetis *Marullus*: *non uīdere E. Reichart*: *tu cfr. Wölfflinum Arch. f. lat. Lex. II 135 sq.* 17 cui *Avancius*: qui OQG: quoi *Gifanius* 18 mente OQG *(mente = mẹnti(s) nominatiuus est cf. III 240 et Leo Plaut. Forsch.² 304)*: menti' *(genit.) Lachm.* : mensque *Marullus* 19 semota OQ: remota G: semotu' *Lambin* 23 nequae Q*: nec quae *corr. et* ipsa *del.* Q¹ 24 sunt OG: *om.* Q 27 fulget OQG *(cf. I 321. V 1049)* : fulgens *Macr. (coniectura temeraria antiqui grammatici)* : fulgenti *coniectura eiusdem fili Lachm.* renidet QG: renitet O: renitens *Macr.* 28 citharae OQG: citharam *Macr.(a)*: cithara *Macr.(b)* reboant laqueata Macr. *(a b)* Q¹: reboantia queata Q*: reboantia queat OG aurataque *Macr. (a b)*, OGQ¹: auroataque Q*: arquataque *Bernays*: ornataque *Lachm.* templa OQG: tempe *Macr.(a) propter Verg. Georg. II 469 ante citatum*: tecta *Macr. (b)*

cum tamen inter se prostrati in gramine molli
propter aquae riuum sub ramis arboris altae
non magnis opibus iucunde corpora curant,
praesertim cum tempestas adridet et anni
tempora conspergunt uiridantis floribus herbas,
nec calidae citius decedunt corpore febres,
textilibus si in picturis ostroque rubenti
iacteris, quam si in plebeia ueste cubandum est.

Qua propter quoniam nihil nostro in corpore gazae
proficiunt neque nobilitas nec gloria regni,
quod super est, animo quoque nihil prodesse putandum;
si non forte tuas legiones per loca campi
‖ feruere cum uideas belli simulacra cientis ‖
subsidiis magnis et ecum ui com stabilitas,
ornatas armis statuas pariterque animatas,

30 *Donat. Ter. Ad. IV 2,37 (II 119,14 Wessn.)*

29 gramina Q* 34 Nec OQ¹: Haec Q*G 36 Iacteris QGO¹: Ianiteris O* 39 est Q ¹: es OQ*G 40 tuas OG: uas Q 41 *dittographiam (quam poeta delere oblitus est) versus* 43ª *(cf. II 324) deleui*: Feruere F: Fruere OGQ¹: Eruere Q* uideas OG: uideres Q*: uideris Q¹ 42—43 *correctori in 2 uersuum spatio vacuo reliquerunt explendos* OQG. *et* OG *quidem uncialibus litteris rubris (ut titulos) supplebant,* Q *tamen, qui uel 3 versus uacuos reliquerat, nec ipse suppleuit nec corrector uel rubricator; immo* Q¹ *adnotans 'non est opus sectione' (i. e. interuallo sententiarum) inseruit futtili litterarum genere iteratum v. 44*: His tibi tum rebus timefacte religiones 42 et ecum ui *Munro (cf. IV 420)*: EPICVRI OG: equitum ui *Reid*: equitatus *Bouterwek* com stabilitas *scripsi (cf. Lachm. ad I 1077)*: CONSTABILITAS OG 43 statuas *It.*: ITASTATVAS O: ITASTVAS G; *archetypus habuisse uidetur* ISTVAS *i. e. statuas uulgari more I prothetica pronuntiatum* pariterque *Lachm.*: TARITERQVE OG

feruere cum uideas classem lateque uagari,
his tibi tum rebus timefactae religiones
effugiunt animo pauidae, mortisque timores
tum uacuum *pectus* lincunt curaque solutum.

Quod si ridicula haec ludibriaque esse uidemus,
re ueraque metus hominum curaeque sequaces
nec metuunt sonitus armorum nec fera tela,
audacterque inter reges rerumque potentis
uersantur, neque fulgorem reuerentur ab auro
nec clarum uestis splendorem purpureai,
quid dubitas quin omnis sit haec rationis potestas,
omnis cum in tenebris praesertim uita laboret?
nam uel uti pueri trepidant atque omnia caecis
in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
interdum, nihilo quae sunt metuenda magis quam
quae pueri in tenebris pauitant finguntque futura.

Hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessest
non radii solis neque lucida tela diei
discutiant, sed naturae species ratioque.

DE MOTV PRINCIPIORVM ET INFINITA ESSE

Nunc age, quo motu genitalia materiai

43ª *Non. 503,28 (Lucr. lib. II)* 55.56 *Seneca ep. 110,6*

43ª *Non.* : *om.* OQG 44 cum Q^1 45 pauide Q 46 pectus *Lambin* : tempus OQG 49 amorum Q* 51 fulgore Q 52 purpureai L: purpurai Q^1 : purpuram G*: purpura OQ*G^1 54 laboret Q^1: raboret O*Q*G: roboret O^1 55—61 = *III 87—93; VI 35—41* 56 sic OQG: ita *Seneca* 59—61 = *I 146—148: III 91—93; VI 39—41* 60 nec *VI 40* 61ª OG: *om. nullo spatio relicto, initialem tamen litteram v. 62* Nunc *rubricatori indicans* Q 62 gitalia Q*

corpora res uarias gignant genitasque resoluant,
et qua ui facere id cogantur, quaeque sit ollis
reddita mobilitas magnum per inane meandi,
expediam, tu te dictis praebere memento.
nam certe non inter se stipata cohaeret
materies, quoniam minui rem quamque uidemus,
et quasi longinquo fluere omnia cernimus aeuo
ex oculisque uetustatem subducere nostris,
cum tamen incolumis uideatur summa manere,
propterea quia, quae decedunt corpora cuique,
unde abeunt minuunt, quo uenere augmine donant,
illa senescere, ad haec contra florescere cogunt,
nec remorantur ibi . sic rerum summa nouatur
semper, et inter se mortales mutua uiuunt;
augescunt aliae gentes, aliae minuuntur,
inque breui spatio mutantur saecla animantum
et quasi cursores uitai lampada tradunt.
Si cessare putas rerum primordia posse
cessandoque nouos rerum progignere motus,
auius a uera longe ratione uagaris.
nam quoniam per inane uagantur, cuncta necessest
aut grauitate sua ferri primordia rerum,
aut ictu forte alterius . nam *cum* cita saepe

---

68 quamque uidemus Q^1 : quamquidemus OQ*G flueri OG 73 augmine Q^1 : agmine OQG 75 nouantur Q 78 animantium QG 79 *extrema* res uita lampada tradunt *suppl.* O^s 82 = *II 229* 82 uacaris O* (*rest.* O^s) 84 ferri Q^1 : terri OQ*G 85 cum cita *Lachm.* : cita (*om.* cum) OQG : *omissionem signo* ⌒ *notabat* O^2 *(recens uir doctus)* : concita L, *Cod. Cantabr.* : quom cita *Wakefield*

obuia conflixere, fit ut diuersa repente
dissiliant; neque enim mirum, durissima quae sint
ponderibus solidis neque quicquam a tergibus obstet.

88a IMVM NIHIL ESSE

Et quo iactari magis omnia materiai
90 corpora peruideas, reminiscere totius imum
nihil esse in summa, neque habere ubi corpora prima
consistant; quoniam spatium sine fine modoque
inmensumque patere in cunctas undique partis
pluribus ostendi et certa ratione probatumst.

95 Quod quoniam constat, ni mirum, nulla quies est
reddita corporibus primis per inane profundum,
sed magis adsiduo uarioque exercita motu
partim interuallis magnis confulta resultant,
pars etiam breuibus spatiis uexantur ab ictu.
100 et quae cumque magis condenso conciliatu
exiguis interuallis conuecta resultant,
indupedita suis perplexis ipsa figuris,

---

86 conflixere *'ex mss. quibusdam' Lambin* : conflexere OQG fit ut *Avancius* : fit uti OQG : ita uti F 87 Dissiliante G* sunt G* 88 tergibus OQG : tergo ibus *Is. Vossius* : extra quibus *Goebel; cf. Eskuche Mus. Rhen. 45,400* 88a OG : *nullo sp. rel. om., sed initialem pinxit 89* Q 89 iatari G* 91 ubi OQ¹ : in Q*G 92 modoque *M. Bonnet (1869), Bockemüller (1873)* : modoquest OQG 94 ostendi Q¹ : ostendit OQ*G cetera G 95 nulla L : multa OQG 98 magis G* confulta OQ : colfulta G : contusa *Lambin* : conpulsa (*poterat* conpulta) *Heinsius* 99 pas G breuibus L : breuius OQG spartiis G ab ictu *It.* : auictu OQG 100 conciliato G* 101 conuecta O : conuectu G : conuec Q* : l conexa Q¹

haec ualidas saxi radices et fera ferri
corpora constituunt, et cetera *de* genere horum.
paucula quae porro magnum per inane uagantur
cetera dissiliunt longe, longeque recursant
in magnis interuallis; haec aëra rarum
sufficiunt nobis et splendida lumina solis,
multaque praeterea magnum per inane uagantur,
conciliis rerum quae sunt reiecta nec usquam
consociare etiam motus potuere recepta.

QVAE IN SOLIS RADIIS APPAREANT

Cuius, uti memoro, rei simulacra et imago
ante oculos semper nobis uersatur et instat.
contemplator enim, cum solis lumina cumque
inserti fundunt radii per opaca domorum:
multa minuta modis multis per inane uidebis
corpora misceri, radiorum lumine in ipso,
et uel ut aeterno certamine proelia pugnas
edere turmatim certantia nec dare pausam,
conciliis et discidiis exercita crebris;

---

105 *cf. Dracont. VIII 455 (p. 168 Vollm.)* 114 *Lact. de ira 10,9; Seru. Ecl. VI 31 unde et atomi dictae sunt quae Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis quae in infusis per fenestram radiis solis uidemus; dicit enim illas nec uisum posse recipere* 120 *Non. 6,5*

---

103 ualidas Q : uallidas G : ualida O 104 constuunt G* : t *ss.* G¹ de F : *om.* OQG 105 ~ *II 109* paucuia OQG (u *priorem corr. ex* a (?) G¹) 106 cetera OQG : corpora *Hörschelmann* : *an* extra *(cf. 155)?* 107 aera rarum *It.* : aerarum OQG 110 neque G 111ª OG : *sp. rel. om.* Q 112 Cuius OG : *initialem ut solet rubr. rel.* Q : Huius Q¹ memoro *It.* : memoror OQG simulacrum *It.* 118 certanae Q*

conicere ut possis ex hoc, primordia rerum
quale sit in magno iactari semper inani.
dum taxat, rerum magnarum parua potest res
exemplare dare et uestigia notitiai.
Hoc etiam magis haec animum te aduertere par est
corpora quae in solis radiis turbare uidentur,
quod tales turbae motus quoque materiai
significant clandestinos caecosque subesse.
multa uidebis enim plagis ibi percita caecis
commutare uiam retroque repulsa reuerti,
nunc huc nunc illuc, in cunctas undique partis.
scilicet, hic a principiis est omnibus error.
prima mouentur enim per se primordia rerum;
inde ea quae paruo sunt corpora conciliatu
et quasi proxima sunt ad uiris principiorum,
ictibus illorum caecis inpulsa cientur,
ipsaque *pro*porro paulo maiora lacessunt.
sic a principiis ascendit motus et exit
paulatim nostros ad sensus, ut moueantur
illa quoque, in solis quae lumine cernere quimus
nec quibus id faciant plagis apparet aperte.

---

124 *Schol. Lucan. IX 563 (370,9 ed. Endt)* : *Lucretius* exemplare
128 *Ecl. Sang. p. 11; Mico 63 (P. Lat. aeu. Car. III 282)*

---

122 lactari G 123 paruo O 127 motis G* 130 comminutare G
131 huc] hunc G nunc illuc OGQ¹ : non illud Q* 132 hic OQ¹G¹ : hinc G* : *om.* Q*G* 134 ea quae OQ¹ : aeque Q*G conciliatu L : conciliata OQG 136 itibus G cientur O¹Q¹ : gientur O*Q*G
137 proporro *Turnebus* : porro OQG 139 ad sensus OQ¹ : ad sensos Q*G* : adscensus (?) G¹

DE CELERITATE MOTVS

Nunc quae mobilitas sit reddita materiai
corporibus, paucis licet hinc cognoscere, Memmi:
primum aurora nouo cum spargit lumine terras,
et uariae uolucres nemora auia peruolitantes
aëra per tenerum liquidis loca uocibus opplent,
quam subito soleat sol ortus tempore tali
conuestire sua perfundens omnia luce,
omnibus in promptu manifestumque esse uidemus.
at uapor is quem sol mittit lumenque serenum,
non per inane meat uacuum; quo tardius ire
cogitur, aërias quasi dum diuerberat undas;
nec singillatim corpuscula quaeque uaporis
sed complexa meant inter se conque globata;
qua propter simul inter se retrahuntur et extra
officiuntur, uti cogantur tardius ire.
ad quae sunt solida primordia simplicitate,
cum per inane meant uacuum, nec res remoratur

---

144 *Macrob. VI 1,25* (*ad. Verg. Aen. IX 459* ET IAM PRIMA NOVO SPARGEBAT LVMINE TERRAS . . . AURORA) *Lucr. in secundo* 'cum primum aurora respergit lumina terras'. 152 *Isid. XIII 20,3 L.* 'aerias undas' 155 *Prisc. VIII 34* (*I 401.12 H.*)

141ª OG : *sp. rel. om.* Q 144 nouo $O^1Q^1G^1$: nouor $O^*Q^*G^*$: r *littera restatne ex uaria l.* nouo respargit, *quam testatur Macr.?* 145 nemoria Q^* auia QG : aula O 147 soleat O^1Q^1 : solea O^*Q^*G 149 ~ *II 246* 152 quasi *Pontanus* : quosi OQG diuerberat Q^1 : diuerruerat OQ^*G : diuerberet *Lambin* 153 uapores O 154 complexat G 155 retrahuntur *Prisc.* : trahuntur OQG : *omissionem not.* O^2 157 ~ *I 548.574.609* 158 nec res remoratur *Pontanus* : ne crescere morauit (*hoc. uoc. add.* O^1) O : nec res semoraũ Q : nec res semer autem G

ulla foris, atque ipsa suis e partibus unum,
unum, in quem coepere locum conixa feruntur,
debent, ni mirum, praecellere mobilitate,
et multo citius ferri quam lumina solis,
multiplexque loci spatium transcurrere eodem
tempore quo solis peruolgant fulgura caelum.

* * *

nec persectari primordia singula quaeque,
ut uideant qua quicque geratur cum ratione.
Ad quidam contra haec, ignari materiai,
naturam non posse deum sine numine reddunt
tanto opere humanis rationibus atmoderate
tempora mutare annorum, frugesque creare,
et iam cetera, mortalis quae suadet adire
ipsaque deducit dux uitae dia uoluptas
et res per Veneris blanditur saecla propagent,
ne genus occidat humanum . quorum omnia causa
constituisse deos cum fingunt, omnibus rebus
magno opere a uera lapsi ratione uidentur.
nam quamuis rerum ignorem primordia quae sint,

---

159 aque G* 160 connixa *It.* : conexa OQG 161 precicere G* 163 multiplesque OQG transcurre O 163.164 ~ *IV 207.208* 164 fulgura] lumina *IV 208* *post 164 hiat carmen*; *hausta sunt antiquitus, quibus explicatum erat,* 'quo motu genitalia materiai corpora res uarias gignant genitasque resoluant' (*cf. II 62*); *huius capitis extrema seruantur uu. 165.166*; *contra disputat 167 sqq. lac. stat.* : *Pontanus* 166 uideant L : deant OQG cum ratione OG cōparatione Q : com ratione *Lachm. ad I 1077* 168 numi G* reddunt *Brieger cf. 179* : reddi OQG : rentur *Marullus* : credunt *Pontanus* 169 humanist G 171 Etiaq. cetera Q suade G 172 deducet G 176 = *I 637*; ~ *I 711* opre G 177 ~ *V 195*

hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim
confirmare aliisque ex rebus reddere multis,
nequaquam nobis diuinitus esse creatam
naturam mundi, quae quam *stat* praedita culpa.
quae tibi posterius, Memmi, faciemus aperta:
nunc id quod super est de motibus expediemus.

183ª NIHIL SVRSVM FERRI CORPVSCVLORVM SED PRESSA A RADICIBVS EXVRGERE CORPORA

Nunc locus est, ut opinor, in his illud quoque rebus
confirmare tibi, nullam rem posse sua ui
corpoream sursum ferri sursumque meare;
ne tibi dent in eo flammarum corpora frudem.
sursus enim uersus gignuntur et augmina sumunt
et sursum nitidae fruges arbustaque crescunt,
pondera, quantum in se est, cum deorsum cuncta ferantur.
nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum
et celeri flamma degustant tigna trabesque,
sponte sua facere id sine ui subiecta putandum est.

178.179 = *V 196.197* 180.181 ~ *V 198.199* 180 resse G 181 quae quam *scripsi* : quamquam OQG : quan quam O^1 : tanta *sec V 199 Lachm.* : quae tanta *Pontanus* : quae qua *Roos* : quanta *Postgate* : quae *magnast Merrill* *stat ex V 199 Lachm.* : *om.* OQG : *est Pontanus* : *non Roos* 182 quae tibi] que & ibi Q* 183 est *om. in lac.* G 183ª O (*duobus uersiculis*), G *uno* : *sp. 2 uu. rel.* Q 184 illud quoque *It.*, Q^2 : quoque illud OQ*G : illud *delebat* Q^1 186 feri G meari O 187 dent QO^1 : denit O*G in eo *om.* G 188 sursum G* enim *om.* G* agmina G 189 nitidine G (in eo *ad 187 suppletum huc deuenit*) 191 subsiliunt QO^1G^1 : subiliunt O* : siliunt G* 192 tigna O^1 : signa O*Q*G : ligna Q^1 193 subiecta OQG : *sc.* flammarum corpora (*187*); *Verg. G. IV 385 confert Postgate* : subigente '*ex ms. aliquo*' *Lambin* : subeunte *Bernays*

quod genus e nostro com missus corpore sanguis
emicat exultans alte spargitque cruorem.
nonne uides etiam quanta ui tigna trabesque
respuat umor aquae? nam quo magis ursimus altum
derecta et magna ui multi pressimus aegre,
tam cupide sursum reuomit magis atque remittit,
plus ut parte foras emergant exiliantque.
nec tamen haec, quantum est in se, dubitamus,
opinor,
quin uacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
sic igitur debent flammae quoque posse per auras
aëris expressae sursum succedere, quamquam
pondera, quantum in sest, deorsum deducere pugnent.
nocturnasque faces caeli, sublime uolantis,
nonne uides longos flammarum ducere tractus,
in quas cumque dedit partis natura meatum?

---

201 *Ecl. Sang. p. 10* 203 sqq. *cf. Seru. Aen. V 527* (*Isid. III 71,3*) 207 *Macrob. VI 1,26*

---

194 e OQG : est *male Lachm.* (*cf. II 431*) nostro] stro G* com O : cum QG 196 etiem G* 197 ursimus O*QG : urgimus O¹ altum *It.* (*cf.* rectum *II 217*, procline *455*) : alte F (*i. e. ex alto ut IV 301*; *VI 1178*) : altu OQG 198 derecta Q : directa O : detrecta G : deiecta *perperam Lachm.* preximus G *post* pressimus *add.* altu O* (*deleuit* O¹); *cf.* 197 aegre O : agere QG 199 reuomit *Pontanus* : remouet OQG 200 exiliantque O¹ : exillantque O*QG 203 quoque debent flamme OQ*G : *transp. Marullus cf. I 290* : flamme quoque debent Q¹ 205 pondere Q quantum in sest *scripsi* : quantum in se est F, *Marullus* (*cf. 190*) : quantum in est OQG : quantum est in se *Lachm.* ⟨*sua*⟩ deorsum ducere *Winckelmann* deducere *Marullus* : ducere OQG 206 nolantes Q : uoluntas G 207 ducere] ducese G

non cadere in terram stellas et sidera cernis?
sol etiam *caeli* de uertice dissipat omnis
ardorem in partis et lumine conserit arua;
in terras igitur quoque solis uergitur ardor.
transuersosque uolare per imbris fulmina cernis,
nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes
concursant; cadit in terras uis flammea uolgo.

DE CLINATIONE MOTVS

Illud in his quoque te rebus cognoscere auemus,
corpora cum deorsum rectum per inane feruntur
ponderibus propriis, incerto tempore, ferme
incertisque locis spatio depellere paulum,
tantum quod momen mutatum dicere possis.
quod nisi declinare solerent, omnia deorsum,
imbris uti guttae, caderent per inane profundum,
nec foret offensus natus nec plaga creata
principiis: ita nihil umquam natura creasset.

---

214 *Macr. VI 1,27*

---

209 cadere O^1Q^1 : caderem O^*Q^*G terram L : terra OQG 210 *caeli* *Bernays (ex Cic. Arat. 297)* : *om.* OQG : *in mrg. suppl.* nonne Q^1 : summo *It.* 211 aruem G^* : aruom (?) G^1 213 flumina Q^* 214 abrupti nubibus OQG^1 : abruptis nubibus *Macr. (cf. Verg. Aen. III 199 FMP)* : abruptinibus G^* 215ª *post 220* OG : *om. spatio rel.* Q : *transposui* CLINATIONE] DECLINATIONE *Ernout, at cf. II 292* 216 auemus Q^1 : abemus O^* : habemus Q^*GO^1 217 per O *(cf. 226)* : cum QG 218 propriis ⟨*se*⟩ *Munro* ferme F : firme OGQ^1 : firmo (?) Q^* 219 locis spatio OQG : loci spatiis *haud recte Lachm.* depellere OQG *(intransitiui usus nullum aliud exemplum)* : se pellere *Avancius* : decellere *(sine exemplo) Lachm.* : decedere *Marullus* 222 imbris *Marullus* : Imbres OQG

Quod si forte aliquis credit grauiora potesse
corpora, quo citius rectum per inane feruntur,
incidere ex supero leuioribus, atque ita plagas
gignere, quae possint genitalis reddere motus,
auius a uera longe ratione recedit.
nam per aquas quae cumque cadunt adque aëra rarum,
haec pro ponderibus casus celerare necessest
propterea quia corpus aquae naturaque tenuis
aëris haud possunt aeque rem quamque morari,
sed citius cedunt grauioribus exsuperata:
at contra nulli de nulla parte neque ullo
tempore inane potest uacuum subsistere rei,
quin, sua quod natura petit, concedere pergat.
omnia qua propter debent per inane quietum
aeque ponderibus non aequis concita ferri.
haut igitur poterunt leuioribus incidere umquam
ex supero grauiora, neque ictus gignere per se,
qui uarient motus, per quos natura gerat res.
quare etiam adque etiam paulum inclinare necessest
corpora; nec plus quam minimum, ne fingere motus
obliquos uideamur et id res uera refutet.

---

245 *Ecl. Sang. p. 11*

---

225 aliquid Q* 226 citius] tius G 226 ferantur *cod. Victorianus* 227 plagas Q¹ : plagis Q*G : plag *in ras.* O³ 229 Auius OQG *II 82* : Aulus *hic* OQG 331 pro *om.* Q *post* cel *extrema* erare necesse est *suppl.* O³ 232 aquae] atque G 233 aeris haud L : Haeraud O*Q*G : Aerh (*hucusque* O³) aud O*Q¹ (*in archetypo* : Aeraud) 234 exsuperata *Marullus* : exsnperate OQG 236 ~ *I 1079* 237 = *I 1080* 240 poterunt F : potuerunt OQG leuoribus G* 241 ne Q¹ fingerent G* 245 uideamus *Ecl. Sang.*, Q

namque hoc in promptu manifestumque esse uidemus,
pondera, quantum in *se* est, non posse obliqua meare,
ex supero cum praecipitant, quod cernere possis;
sed nihil omnino *recta* regione uiai
declinare quis est qui possit cernere sese?

Denique si semper motus conectitur omnis
et uetere exoritur *semper* nouus ordine certo,
nec declinando faciunt primordia motus
principium quoddam, quod fati foedera rumpat,
ex infinito ne causam causa sequatur,
libera per terras unde haec animantibus exstat,
unde est haec, inquam, fatis auolsa *potestas*,
per quam progredimur quo ducit quemque uoluntas,
declinamus item motus nec tempore certo
nec regione loci certa, sed ubi ipsa tulit mens?
nam dubio procul his rebus sua cuique uoluntas
principium dat, et hinc motus per membra rigantur.
nonne uides etiam patefactis tempore puncto
carceribus non posse tamen prorumpere equorum

---

246 ~ *II 149* que (*post* manifestum) om. Q* 247 *se* F : om. OQG 248 quod] *cf. ad II 850* cernerent G 249 omniono G recta L : *om.* OQG : nulla *Lachm.* 250 sese OQG *iunge cum* declinare; *cf. Ou. Met. VII 88* 251 motus F, Cantabr. : motu OQG 252 Et uere G *semper suppl.* L : om. OQG : *exacto supplebat ante* exoritur: *Lachm.* 253—304 *(f. 29^{rv} archetypi) om. suo loco* QG : *suppl.* Q *f. 69^{v} et U f. 18^{r}* 257—263 *sp. 4 uel 5 uersuum relictum ab* O* *suppl.* O^{s} 257 *potestas ex 286 Lachm.* : uoluptas OQU; *quae est uaria lectio adscripta ad* uoluntas 258 *(cf. Verg. Ecl. II 65)* 258 quod duć U 259 motis U 260 reigone U* 261 sua] ua U 262 hic U 264 equorum *It.* : quorum OQ : corum U

uim cupidam tam de subito quam mens auet ipsa?
omnis enim totum per corpus materiai
copia conciri debet, concita per artus
omnis, ut studium mentis conixa sequatur;
ut uideas initum motus a corde creari,
ex animique uoluntate id procedere primum,
inde dari porro per totum corpus et artus.
nec similest ut cum inpulsi procedimus ictu,
uiribus alterius magnis magnoque coactu;
nam tum materiem totius corporis omnem
perspicuumst nobis inuitis ire rapique,
donec eam refrenauit per membra uoluntas.
iamne uides igitur, quamquam uis extera multos
pellat et inuitos cogat procedere saepe
praecipitesque rapi, tamen esse in pectore nostro
quiddam quod contra pugnare obstareque possit?
cuius ad arbitrium quoque copia materiai
cogitur inter dum flecti per membra per artus,
et proiecta refrenatur retroque residit.

---

265 *Non. 517,24; Audax Gr. l. VII 348,29; Maxim. Victor. Gr. l. VI 202,19 propter* de subito *Schol. Lucan. IV 265* auet *i. e. auide cupit. sic Lucretius saepe ponit*

---

265 auet QU : abet *Non.* : habet *(in ras.)* O¹ 267 conquiri O¹ 268 conixa *Gifanius* : conexa OQU 272 ut om. U* 275 perspicuumst nobis *It.* : perspicuum nobisst O¹QU : p. nobis est O* 276—278 *initia oblitterata* Q 277 uis OQ¹ : *om.* Q*U extera QUO¹ : extrema O* 278 pellat *Avancius* : Pallat O*U : P . . . . . *(oblitt.)* Q : Fallat O¹ 279 rapi *Avancius* : rapit OU : *oblitt.* Q pectore nostro L : iectore no QU¹ : gectore (?) no U* : iector O 280 possit O : ponti Q*U : potest (pt̃) Q¹ 281—289 *extrema oblitterata aegre leguntur* Q 281 copia F : cona O(Q?)U 283 residit F : residia OU : *obl.* Q

quare in seminibus quoque idem fateare necessest
esse aliam praeter plagas et pondera causam
motibus, unde haec est nobis innata potestas;
de nilo quoniam fieri nihil posse uidemus.
pondus enim prohibet ne plagis omnia fiant
externa quasi ui . sed ne mens ipsa necessum
intestinum habeat cunctis in rebus agendis
et deuicta quasei cogatur ferre patique,
id facit exiguum clinamen principiorum
nec regione loci certa nec tempore certo.
Nec stipata magis fuit umquam materiai
copia nec porro maioribus interuallis;
nam neque adaugescit quicquam neque deperit inde.
qua propter quo nunc in motu principiorum
corpora sunt, in eodem ante acta aetate fuere
et post haec semper simili ratione ferentur,
et quae consuerint gigni gignentur eadem
condicione et erunt et crescent uique ualebunt,
quantum cuique datum est per foedera naturai.
nec rerum summam commutare ulla potest uis;
nam neque quo possit genus ullum materiai
effugere ex omni quicquam est, neque *rursus* in omnest

---

286 montibus U^1 unde OQU^1 : ut U* 288 fia ant U* : *corr.* U^1 289 mens *Lambin* : res OQ 290 habe ut U* in *om.* U 291 quasei *scripsi* : quaei OQU : quasi L : quasi id *Lachm.* : quasi hoc *Munro* cogatur O* : cocatur O^1U : cocatus Q 294 fuit umquam *Iuntina* : fultum quam OQU 297 quo] quod U 298 aetate OQ : &acte U 299 posthac *It. cf. I 603* 301 uique *Pontanus* : uiquo OQU 303 commutarē U 304 poscit U 305 *deficit* U, *incipit iterum* G *rursus Marullus* : om. OQG : *extra ante* neque *suppl. Munro sec. V 361* in omnest *scripsi* (in omne *iungendum cum* inrumpere) : in omnes OQG : in omne *Marullus* : in omne s⟨*eorsum*⟩ *Lachm.*

unde coorta quead noua uis inrumpere et omnem
naturam rerum mutare et uertere motus.

Illud in his rebus non est mirabile, quare,
omnia cum rerum primordia sint in motu,
summa tamen summa uideatur stare quiete,
praeter quam siquid proprio dat corpore motus.
omnis enim longe nostris ab sensibus infra
primorum natura iacet; qua propter, ubi ipsa
cernere iam nequeas, motus quoque surpere debent;
praesertim cum, quae possimus cernere, celent
saepe tamen motus, spatio diducta locorum.

nam saepe in colli tondentes pabula laeta
lanigerae reptant pecudes, quo quamque uocantes
inuitant herbae gemmantes rore recenti,
et satiati agni ludunt blandeque coruscant;
omnia quae nobis longe confusa uidentur
et uelut in uiridi candor consistere colli.

praeterea magnae legiones cum loca cursu
camporum complent belli simulacra cientes,
fulgor ubi ad caelum se tollit, totaque circum

---

324 *Macrob. VI 1,28*

---

308 mirabilie G* 310—312 *om. lacuna signo* d *notata* G* : *suppl.* G¹; *at u. 312 nunc recisus* 313 *post* primorum n *litteras* atura — ipsum *om.* O* : *suppl.* O² ipsa *Gifanius (cf. 314)* : ipsum OQG 314 surpere *Pontanus* : asurpere OQG; a *uidetur lect. em. vocis* ipsum *313 delapsa in inferiorem u.* 315 persertim G 317 sae G* 318 quamque O¹ : quam O*QG 319 regenti G 320 satiati *It.* satiat OQG 321 uobis G 322 uel ut *Lachm.* : ueluti OQG 324 camporum] conponunt *Macr.* cientes *in ras.* G¹ : cientur *Macr.* 325 ubi OQG : ibi *Marullus* se] set G

aere renidescit tellus, supterque uirum ui
excitur pedibus sonitus, clamoreque montes
icti reiectant uoces ad sidera mundi,
et circumuolitant equites mediosque repente
tramittunt ualido quatientes impete campos:
et tamen est quidam locus altis montibus, *unde*
stare uidentur et in campis consistere fulgor.

DE FIGVRA ATOMORVM

Nunc age, iam deinceps cunctarum exordia rerum
[qualia sint et quam longe distantia formis]
percipe, multigenis quam sint uariata figuris;
non quo multa parum simili sint praedita forma,
sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.
nec mirum; nam cum sit eorum copia tanta,
ut neque finis, uti docui, neque summa sit ulla,
debent ni mirum non omnibus omnia prorsum
esse pari filo similique adfecta figura.

* * *

329.330 *Macr. VI 4,9*

328 ictu G reiectant (r *in ras.* G¹) G 330 tramittunt OG : transmittunt *Macr.*, Q 331 *unde* L : om. OQQ 332 fulgor QG* ; fulgur O (O¹ *sec. Lachm.*) G¹ 332ª OG : *sp. rel. om.* Q 333 cuncturum G* 334 *del. ut insertum ex III 32 Tohte* 336.337 = *II 723.724; ~ II 692.694* 337 paria QGO¹ : pari O* constant L *(cf. 694)* : constat OQG : constent *Lachm. (cf. 724)* 339 summan Q* 341 filio QG *post* 341 *lacunam stat. Purmann : omnia docet in rerum natura figura differre et genera et individua; cuius rei exempla proferre incipit ex rebus anima carentibus (cf. 377 sqq.)*

Praeterea genus humanum mutaeque natantes
squamigerum pecudes et laeta armenta feraeque,
et uariae uolucres, laetantia quae loca aquarum
concelebrant circum ripas fontisque lacusque,
et quae peruolgant nemora auia peruolitantes;
quorum unum quiduis generatim sumere perge:
inuenies tamen inter se differre figuris.
nec ratione alia proles cognoscere matrem
nec mater posset prolem; quod posse uidemus,
nec minus atque homines inter se nota cluere.
nam saepe ante deum uitulus delubra decora
turicremas propter mactatus concidit aras,
sanguinis expirans calidum de pectore flumen;
at mater uiridis saltus orbata peragrans
tonguit humi pedibus uestigia pressa bisulcis,
omnia conuisens oculis loca, si queat usquam

---

342 *Non. 158,38* 351 *Ecl. Sang. p. 11* 352.353 *Macr. VI 5,7*

---

342 Praeterea *Non.*, O¹ : Praetere O*QG : propterea *Wohlfarth* : praetereast *Winckelmann* : praetereat *Munro* : parturiunt *Lachm. omnia frustra* 343 armenta *Bentley* : arbusta OQG 346 memora Q 347 horum *Marullus* quiduis *IV 126* OQ : quoduis *hic* OQ : cotuis G 351 nota] no G 354 sanguis G* 355 salictus G* 356 tonguit *scripsi (cf. Fest. p. 488,7 Linds. Tongere Aelius Stilo ait noscere esse, quod Praenestini tongitionem dicant pro notionem . . . Ennius [Sot. fr. 4 p. 217 n. 28 Vahl.] 'alii rhetorica tongent'; id quod explico 'noscent', non 'noscunt')* : Nonquit O : O inquit Q* : O inquid G; *archetypus igitur tradiderat initiali omissa onguit, quod* O *et pater codd.* QG *corrigebant aut* nonquit *aut* inquit : *temptarunt olim* linquit Q¹ *et Marullus* : noscit *Lachm.* : urguet *Polle* : nanquit *[i. e. nancit = nan. ciscitur] Mooney* : concit *Merrill;* tonguit *Lucretiano more scriptum esse uidetur pro* tongit *ut* tinguentes *V 1327*, unguentei *III 222 al.*, ningues *VI 736*

conspicere amissum fetum, completque querellis
frondiferum nemus adsistens et crebra reuisit
ad stabulum, desiderio perfixa iuuenci,
nec tenerae salices atque herbae rore uigentes
fluminaque ulla queunt summis labentia ripis
oblectare animum subitamque auertere curam,
nec uitulorum aliae species per pabula laeta
deriuare queunt animum curaque leuare:
usque adeo quiddam proprium notumque requirit.
praeterea teneri tremulis cum uocibus haedi
cornigeras norunt matres, agnique petulci
balantum pecudes: ita, quod natura reposcit,
ad sua quisque fere decurrunt ubera lactis.
postremo quodueis frumentum non tamen omne
quique suo genere inter se simile esse uidebis,
quin intercurrat quaedam distantia formis.
concharumque genus parili ratione uidemus
pingere telluris gremium, qua mollibus undis

361—363 *Macr. VI 2,6* 365 *Mico 121* (*P. lat. aeu. Car. III 284*) 367.368 *Macr. VI 5,3* 368 *Fest. 226,7 Linds.*

---

358 conscipicere G 359 adsistens (*cf. Ou. Fast. II 185*) Q^1: adsittens OQ*G : adsidueis *Lachm.* crebra reuisit Q^1 : reuisit crebra OQ*G 361 tenere *iterat post* salices G* . uigentes OG : uientes Q : uirentis *Macr.* 362 ulla *Macr.*, O^1 : illa O*QG 363 subitamque *Macr.*, OQG : solitamque *temere Lachm.* 365 diriuare *Mico*, Q curaque O*Q : curraque G : curamque *Mico*, O^1 367 cum] in *Macr.* 368 corniferas *Macr.* 369 balatum peccudes Q nature G 371 postremum Q quodueis *scripsi* : quoduiis OQG (*cf. Lachm. ad V 1280*) 372 quique (*i. e. quoque*) *Lachm.* : quidque OQG 373 quin Q : qui OG 374 Concharum, n *in correctura litt.* c (*?*) G

litoris incurui bibulam pauit aequor harenam.
quare etiam adque etiam simili ratione necessest,
natura quoniam constant neque facta manu sunt
unius ad certam formam primordia rerum,
dissimili inter se quaedam uolitare figura.

Perfacile est simili ratione exsoluere nobis,
quare fulmineus multo penetralior igne
quam noster fuat e taedis terrestribus ortus.
dicere enim possis caelestem fulminis ignem
subtilem magis e paruis constare figuris,
atque ideo transire foramina quae nequit ignis
noster hic e lignis ortus taedaque creatus.

387a DE LVMINE

praeterea lumen per cornum transit, ad imber
respuitur . quare? nisi luminis illa minora
corpora sunt quam de quibus est liquor almus aquarum.
et quamuis subito per colum uina uidemus

391a DE OLEO

perfluere, at contra tardum cunctatur oliuom,
aut quia ni mirum maioribus est elementis

---

376 *Non. 503,45 L. l. II* 382 *cf. Isid. d. nat. r. 30,4*

376 lauit *Non.* haranam QG 378 naturam Q* quoniam OQ : quomam G* : qua nam (?) *corr.* G¹ constat O 379 unus Q* 381 simili *scripsi* : animi OQG : tali *Lachm.* : parili *Bernays* : ⟨*iam*⟩ animi *Lambin* 382 flumineus Q* penetralior igne Q : petralior igne G : penetral (*omissis extremis*) O : *recte expl.* (*cf. II 18*) penetralior ignis *It.* 383 fuat *Faber* : fluat OQG 384 caelestis Q* fulminis O¹Q¹G : fulmines O* : fulmine Q* 385 e OG : ac Q 386 formam foramina O* : formam *del.* O¹ quae O : *om.* QG 387 ortu *Lachm.* 387a OG : *sp. rel. om.* Q 390 almus Q¹ : alimus OQG 391a OG : *sp. rel. om.* Q 392 perflueret Q*

aut magis amatis inter se perque plicatis,
atque ideo fit, uti non tam diducta repente
inter se possint primordia singula quaeque
singula per cuiusque foramina permanare.

DE MELLE

Huc accedit uti mellis lactisque liquores
iucundo sensu linguae tractentur in ore,

DE ABSINTHIO

at contra taetra absinthi natura ferique
centauri foedo pertorquent ora sapore.
ut facile agnoscas e leuibus atque rutundis
esse ea quae sensus iucunde tangere possunt,
ad contra quae amara atque aspera cumque uidentur,
haec magis amatis inter se nexa teneri,
proptereaque solere uias rescindere nostris
sensibus introituque suo perrumpere corpus.

DE SERRAE STRIDORE

Omnia postremo bona sensibus et mala tactu
dissimili inter se pugnant perfecta figura;
ne tu forte putes serrae stridentis acerbum

---

398 *Mico 398 (P. lat. acui Car. III 293)* 401 foedo—sapore] *Macr. VI 1,47*

---

395 diductam G 396 promordia G singula $G^{*}O^{1}Q^{1}$: singulta $O^{*}Q^{*}G^{1}$ 397 formamina G permanere QG 397a OG : *sp. rel. om.* Q 398 Hunc G* liquoris G 399a O et G, *qui post* 403 *ponit, ubi Q quoque spatium unius uersus reliquit* DE ABSENTHIO O : DE ABSENTIO G 400 taetra] ta G* absinthi O : absenthi Q : abscenti G* : absenti G^{1} 401 pertorquent *Macr.*, OQG^{1} : percontorquent G* : pertorqueat *coni. Lachm.* 403 iucunde tangere L : iucundet tacere OQG 407 suo *om.* G* 407a OG : *sp. rel. om.* Q 410 acerbum *usque ad* quae (*v. 412*) *om.* O : *suppl.* O^{s}

horrorem constare elementis leuibus aeque
ec musaea mele, per chordas organici quae
mobilibus digitis expergefacta figurant;
neu simili penetrare putes primordia forma
in nares hominum, cum taetra cadauera torrent,
et cum scena croco Cilici perfusa recens est
araque Panchaeos exalat propter odores;
neue bonos rerum simili constare colores
semine constituas, oculos qui pascere possunt,
et qui conpungunt aciem lacrimareque cogunt
aut foeda specie diri turpesque uidentur.

Omnis enim, sensus quae mulcet cumque, *figura*
haut sine principiali aliquo leuore creatast;
at contra quae cumque molesta atque aspera constat,
non aliquo sine materiae squalore repertast.
sunt etiam quae iam nec leuia iure putantur
esse neque omnino flexis mucronibus unca,
sed magis angellis paulum prostantibus, *et quae*
titillare magis sensus quam laedere possint,

---

429 *Ecl. Sang. p. 11*

---

413 mobilibus *Politianus* : Nobilibus OQG 414 penetrare Q^1 : penetrale OQ*G 415 cadeuera G 420 cognuit G 421 diri *Lachm.* : di OQ*G : fedi Q^1 422 omnes O *figura Schneidewin* : uidentur (*ex 421 iteratum*) OQG 423 Haud Q^1 : Aut OQ*G leuore *Auancius* : leuiore OG : leuiora Q* : leniora Q^1 424 Aut Q* atque] que G* 425 materiai Q 427 flexis OQ : felix G unca *It.* : uncaque OQG^1 : unque G*; que *ex 428 ascendit, quo pertinet* 428 angellis *It.* : angeliis OQG et quae F (*cf. 427 extr.*) : *om.* OQG : quaeque *Lachm.* : utqui *Howard* 429 titillare *Ecl. Sang.* : titiliare OQG laedere OG : delere Q possint *Ecl. Sang.*, O : possunt QG

fecula iam quo de genere est inulaeque sapores.
Denique iam calidos ignis gelidamque pruinam
dissimili dentata modo conpungere sensus
corporis, indicio nobis est tactus uterque.
tactus enim, tactus, pro diuum numina sancta,
corporis est sensus, uel cum res extera sese
insinuat, uel cum laedit quae in corpore natast
aut iuuat egrediens genitalis per Veneris res.
aut ex offensu cum turbant corpore in ipso
semina, confundunt inter se concita sensum;
ut si forte manu quamuis iam corporis ipse
tute tibi partem ferias atque experiare.
qua propter longe formas distare necessest
principiis, uarios quae possint edere sensus.
Denique quae nobis durata ac spissa uidentur,
haec magis amatis inter sese esse necessest
et quasi ramosis alte compacta teneri.

446a DE ADAMANTE FERRO SILICE AERE

in quo iam genere in primis adamantina saxa
prima acie constant, ictus contemnere sueta,
et ualidi silices, ac duri robora ferri,

---

447 *Ecl. Sang. p. 11. Mico (P. Lat. aeui Car. III p. 280) 9*

---

430 feculia G iam quo de G : iam quod de O : quod iam (*transp.* Q^1) *omisso* de Q* inulaeque *Lambin* : inuiaeque OQG 435 exteras se G 437 aut *It.* : at OQ : ad G egrediens F : grediens O*QG : *om. notat* O^2 438 Aut OQG : atque *Lachm.* 439 confunduntque *Marullus* sensu G 440 quamuis] quam Q 443 ederent G 444 pissa G* 446 quasis alte compactam (*om.* ramosis) G 446a OG : *sp. rel. om.* Q SCILICE G 447 inco iagenere G adamantia *Ecl. Sang.* 449 ac] a Q*

aeraque quae claustris restantia uociferantur.
illa quidem debent e leuibus atque rutundis
esse magis, fluuido quae corpore liquida constant.
namque papaueris haustus itemst facilis quod aquarum;
nec retinentur enim inter se glomeramina quaeque,
et perculsus item procliue uolubilis exstat.
omnia postremo quae puncto tempore cernis
diffugere, ut fumum nebulas flammasque, necessest,
si minus omnia sunt e leuibus atque rutundis,
at non esse tamen perplexis indupedita,
pungere uti possint corpus penetrareque laxa,
nec tamen haerere inter se (quod utrumque uidemus
sentibus esse datum), facile ut cognoscere possis
non e perplexis sed acutis esse elementis.

DE SVDORE SALSO

sed quod amara uides eadem quae fluuida constant,
sudor uti maris est, minime mirabile debet

---

451 e *Lachm.* : ex OQG 452 fluido Q corpore O^1Q^1 : corpora O^*Q^*G liquido Q^* 453 *delebat Lambin*; 453 et 454 *transp. Göbel (at cf. Mussehl Herm. 53,200)* papaueris] pauperis G quod OQG *(cf. Stolz-Schmalz L. Gr^4. 302 p. 542)* : quasi *M. Haupt* 454 *extrema post* glo *suppl. in ras.* O^s 455 perculsus OQG : procursus *It.* *post* procliue *una littera erasa* O : proclyue Q : ⟨*in*⟩ procliue *Marullus* (*cf. 197* altum) 456 cernis] *desinit* G 458 omnibus *Muretus* 459 adplexis Q 460 uti possunt O : ut ipsos sint Q laxa *Munro (ed. I)* : saxa OQ : sese *Lachm.* : uestes *Polle* : sensus *Albert* 461 utrumque *scripsi* : cumque OQ 462 sentibus *Faber* : sensibus OQ : ventis *Bernays* : ignibus *Purmann* : sensu ibus *Hörschelmann* esse datum *It.* : sedatum OQ : hamatum *Grasberger* : esse malum *Mussehl (Herm. 53)* 463^a O : *sp. rel. om.* Q 464 fluida Q 465 udor *Bentley* debet OQ : habebis *Lachm.* : habeto *Munro* : habendum *It.*

465a *esse tibi, ueram si cognoris rationem.*
nam quod fluuidus est, e leuibus atque rutundis
est *et squalida quae sunt causa* admixta doloris
corpora . nec tamen haec retineri hamata necessust:
scilicet esse globosa tamen, cum squalida constent,
470 prouolui simul ut possint et laedere sensus.

470a DE AQVA MARINA

Et quo mixta putes magis aspera leuibus esse
principiis, unde est Neptuni corpus acerbum,
473 est ratio secernendi seorsumque uidendi:
476 linquit enim supera taetri primordia uiri
474 umor dulcis, ubi per terras crebrius idem
475 percolatur, ut in foueam fluat ac mansuescat,

---

476 *Prisc. Inst. VI 91 (I 275,3 H.)* taetri pr. uiri] *Seru. Georg. I 129; id. in Donat. Gr. l. IV 432,27; Cledonius Gr. l. V 42,30; Prisc. Part. 144 (II 493,143 H.)* uiri] *Mart. Cap. III 305* [*hinc Cassiod. p. 2323 Putsch.*]

465a *suppleui* : *lacunam prior statuit Lachm. (si* debet *genuinum esset) et supplebat*: *'esse quod expressus terrai corpore primumst' (cf. V 487)* 466 quod O¹Q : quid O 467 ⟨*et squalida quae sunt causa*⟩ *conieci* : e leuibus atque rutundi OQ *(iterata ex 466)* : et ⟨*squalida sunt illis*⟩ *Bernays* : et ⟨*squalida multa creant*⟩ *Munro*: et leuibu' ⟨*sunt aliunde*⟩ *Lachm.* 468 haec *om.* Q retinere hamat (amat Q) necessu OQ : retineri *corr. Lambin*, hamata *It.*, necessust *Lachm.* 469 esse OQ¹ : *om.* Q* globos Q constent *It.* : constet OQ 470a O*: sp. rel.* om. Q 471 Et O : At Q¹ : ·t *(initialis deest)* Q* quo *Pontanus* : quod OQ 476 *transp.* post 473 *Lachm.* linquit *Prisc. Inst. (cod. Dresd.)* : Inquit OQ : liquid *Prisc. Inst. (RA)* taetri *Seruius, Cledonius, Prisc. Inst.*, OQ : diri *Prisc. Part.* primordia *Seru., Serg., Cled., Prisc. Part.* : mordia OQ : uestigia *Prisc. Inst.* 474 dulcit *Gifanius* : dulcet *Lambin* : salsus *Goebel* 475 ut O : *om.* Q in O¹Q : *om.* O* mensuescat Q

aspera quo magis in terris haerescere possunt.

FIGVRAS ESSE MVLTAS

Quod quoniam docui, pergam conectere rem quae
ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum
finita uariare figurarum ratione.
quod si non ita sit, rursum iam semina quaedam
esse infinito debebunt corporis auctu.
namque [in] eadem unius cuiusuis in breuitate
corporis inter se multum uariare figurae
non possunt . fac enim minimis e partibus esse
corpora prima tribus, uel paulo pluribus auge:
nempe ubi eas partis unius corporis omnis,
summa atque ima locans, transmutans dextera laeuis,
omnimodis expertus eris, quam quisque det ordo
formai speciem totius corporis eius,
quod super est, si forte uoles uariare figuras,
addendum partis alias erit . inde sequetur,
adsimili ratione alias ut postulet ordo,
si tu forte uoles etiam uariare figuras.
ergo formarum nouitatem corporis augmen
subsequitur . quare non est ut credere possis

---

477 quo OQ : quom *Roos* : quod *Marullus* possunt *Marullus* : possint OQ 477ª O : *sp. rel. om.* Q FIGVRA O* MVLTAS] *an* FINITAS? 478.479 = II 522.523 478 quae Q : *om.* O 480 uariata Q* 483 eādem unius *Lachm. (cf. 487; de* eādem *cf. I 480)* : in eadem una OQ : in eodem, una *Munro* cuiusuis in OQ : cuiuscuius *Lambin* : cuiusuis iam *Brieger, frustra omnia* 486 paulo O¹ : paula O*Q pluribus *in ras.* O² 488 summa] summat Q* transmutans Q¹ : transmutas OQ* laeuis OQ¹ : leuius Q* 489 omnimodis *Lambin* : omnimodi OQ orto Q 490 spicie Q 491 uales O 493 atsimili O 495 augmen *It.* : augimen OQ 496 subsequitus Q*

esse infinitis distantia semina formis,
ne quaedam cogas inmani maximitate
esse, supra quod iam docui non posse probarei.
iam tibi barbaricae uestes Meliboeaque fulgens
purpura Thessalico concharum tacta colore,
aurea, pauonum ridenti imbuta lepore
saecla, nouo rerum superata colore iacerent
et contemptus odor smyrnae mellisque sapores,
et cycnea mele Phoebeaque daedala chordis
carmina consimili ratione oppressa silerent;
namque aliis aliud praestantius exoreretur.
cedere item retro possent in deteriores
omnia sic partis, ut diximus in melioris;
namque aliis aliud retro quoque taetrius esset
naribus auribus atque oculis orisque sapori.
quae quoniam non sunt, *set* rebus reddita certa
finis utrimque tenet summam, fateare necessest
materiem quoque finitis differre figuris.
denique ab ignibus ad gelidas hiemum usque pruinas
finitumst retroque pari ratione remensumst.

---

498 *Non. 136,8* 500—501 purpura] *Schol. Veron. Aen. V 251*

---

497 semina O^1: femina O*Q 498 neque adam *Non.* 499 probari *It.*: probare OQ 501 tacta *Oudendorp (cf. VI 1188)*: tecta OQ: tincta *It.*: infecta *Winckelmann* 502 ridenti *Franc. Medici*: rident OQ imbuta OQ: imitata *Lachm.* *ante* 502 *uersum suppl. Munro uelut*: *'et quos ostendunt in solis luce colores'* 503 saecla OQ: caeca *Bernays*: pepla *P. Burmann* nouo *Fr. Medici*: noua OQ colora Q 504 odor F, *Cantabr.*: udor OQ 507—509 *om.* Q 512 set *scripsi* (sed *Lachm.*): *om.* OQ 514 materiǣ Q finitis O^1: infinitis O*Q 515 hiemum usque *Munro (cf. VI 373)*: hiemisque OQ: brumae usque *Merrill*: iter usque *Lachm.* 516 remensust O

omnis enim calor ac frigus mediique tepores
interutrasque iacent explentes ordine summam;
ergo finita distant ratione creata,
ancipiti quoniam mucroni utrimque notantur,
hinc flammis illinc rigidis infesta pruinis.

INTER SE SIMILIA INFINITA ESSE

Quod quoniam docui, pergam conectere rem quae
ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum,
inter se simili quae sunt perfecta figura,
infinita cluere. etenim distantia cum sit
formarum finita, necesse est quae similes sint
esse infinitas, aut summam materiai
finitam constare, id quod non esse probavi.
nunc uero, ratio quod uera docet, tibi paucis
uersibus ostendam, corpuscula materiai
ex infinito summam rerum usque tenere,
undique protelo plagarum continuato.
nam quod rara uides magis esse animalia quaedam,

---

525 *Ecl. Sang. p. 11* 531 *Donat. Ter. Phorm. 213 (II 405,5 W.)*

---

517 omnis *(recte)* OQ : finis *It.* : finit *Lambin.* : ambit *Lachm.* 518 interutraque *temere Lachm.* summam O^1 : summa O*Q 520 ancipiti Q^1 : ancipi OQ* 521 ~ VI 378 Hinc Q^1 *(cf. VI 378)* : Hin OQ* flammps O : flamps Q infesta *Lambin* : infessa OQ 521ª INTER SE SIMILIA INFINITA ESSE *rest. Lachm.* : IN TERRA SEMINA INSVNT *praeceptum titulum ex 589* O : *duos uersus uacuos rel.* Q 522—528 *quasi alteram a poeta amplificatam formam prioris particulae 478—482 secludebat Lachm.* 523 ducit O 525 cluere etenim Q : clueret etenim O : clueret enim *Ecl. Sang.* 528ª *suppleui ex VI 82* : *lacunam agn. Marullus supplens* : *'quod quoniam docui, nunc suauiloquis age paucis'* 529 Versibus OQ : *sine lacuna* Protinus *Lachm.* : ostendens *Munro (conl. I 416)* 530 infinito OQ* : infinita Q^1 summa Q

fecundamque minus naturam cernis in illis,
at regione locoque alio terrisque remotis
multa licet genere esse in eo numerumque repleri;
sicut quadripedum cum primis esse uidemus
in genere anguimanus elephantos, India quorum
milibus e multis uallo munitur eburno,
ut penitus nequeat penetrari: tanta ferarum
uis est; quarum nos perpauca exempla uidemus.
Sed tamen id quoque uti concedam, quam lubet esto
unica res quaedam natiuo corpore sola,
cui similis toto terrarum *nulla* sit orbi:
infinita tamen nisi erit uis materiai,
unde ea progigni possit concepta, creari
non poterit, neque, quod super est, procrescere alique.
quippe etenim, sumam hoc *quoque* uti, finita per omne
corpora iactari unius genitalia rei,
unde ubi qua ui et quo pacto congressa coibunt
materiae tanto in pelago turbaque aliena?
non, ut opinor, habent rationem conciliandi;
sed quasi naufragiis magnis multisque coortis
disiactare solet magnum mare transtra, cauernas,

---

551 *Ecl. Sang. p. 11*

---

533 minus *Lambin*: magis OQ 535 genere *Marullus*: genera OQ numerusque Q 536 sicut *Bentley cf. III 816; V 361*: sicuti OQ 538 ualli Q 541 lubet Q^1: iubet OQ* 543 nulla sit *Lachm.*: sit O: *om. utrumque* Q*: non sit in orbi Q^1 547 sumam hoc *quoque* uti *Munro*: sumant oculi OQ: sumantur uti *Winckelmann*: sumamus uti *Purmann*: sumam uacuum *Bergk*: si manticuler *Lachm.* finit Q* 550 pela Q* 553 Disiactare Q: Disiectare O *(cf. III 539)* cauernas Q^1: cauerna OQ*: guberna *male Lambin*: *peius* carinas L

antemnas, prorem, malos, tonsasque natantis,
per terrarum omnis oras fluitantia aplustra
ut uideantur et indicium mortalibus edant,
infidi maris insidias uirisque dolumque
ut uitare uelint, neue ullo tempore credant,
subdola cum ridet placidi pellacia ponti,
sic tibi si finita semel primordia quaedam
constitues, aeuom debebunt sparsa per omnem
disiectare aestus diuersi materiai,
numquam in concilium ut possint compulsa coire
nec remorari in concilio nec crescere adaucta;
quorum utrumque palam fieri manifesta docet res,
et res progigni et genitas procrescere posse.
esse igitur genere in quouis primordia rerum
infinita palam est, unde omnia suppeditantur.
Nec superare queunt motus itaque exitiales
perpetuo neque in aeternum sepelire salutem,
nec porro rerum genitales auctificique
motus perpetuo possunt seruare creata.
sic aequo geritur certamine principiorum
ex infinito contractum tempore bellum.
nunc hic nunc illic superant uitalia rerum,

---

559 *Seru. q. f. Georg. IV 442*; *Schol. Veron. Aen. II 90 (Seru. III 2, 419,5 Thilo)*

---

554 prorem O : prosem Q* : proram O² : prorem *propter 'proreta' Plautinum praetuli cf. Acc. fr. 575 (L¹* : prorim *male G)* 555 aplustra *Politianus* : plaustra O*Q : plustra O¹ 557 infidum *in mrg.* Q² 559 redet Q placidi OQ : penitus *Seru.* pallacia Q 560 finita O¹ Q¹ : infinita O*Q* 564 *transp. ante 563* Q rememorari Q* 565 ~ *I 893*

et superantur item. miscetur funere uagor,
quem pueri tollunt uisentis luminis oras:
nec nox ulla diem neque noctem aurora secutast,
quae non audierit mixtos uagitibus acris
ploratus, mortis comites et funeris atri.

Illud in his obsignatum quoque rebus habere
conuenit et memori mandatum mente tenere,
nihil esse, in promptu quorum natura uidetur,
quod genere ex uno consistat principiorum,
nec quicquam quod non permixto semine constet;
et quod cumque magis uis multas possidet in se
atque potestates, ita plurima principiorum
in sese genera ac uarias docet esse figuras.

IN TERRA SEMINA INSVNT

Principio tellus habet in se corpora prima,
unde mare inmensum uoluentes frigora fontes
adsidue renouent, habet ignes unde oriantur;
nam multis succensa locis ardent sola terrae,
eximiis uero furit ignibus impetus Aetnae.

---

576 *Fest. p. 514,3 Linds.; Non. 184,20* 586 *Prisc. Inst. VI 64 (249,10 H). et 'haec uis, huius vis', cuius plurale similiter* 'uis' *tam Lucretius quam Salustius protulerunt : Lucretius in II* : 'sed quam multarum rerum uis possidet in se atque potestates'; *cf. Prob. Gr. l. IV 22.31,1*

---

576 funera O* 577 Quem, e *in corr.* O¹ 578 aura Q 579 acris *Purmann* : aeris Q : aegris O 583 uidetur O : tenetur Q 584 constare Q 585 nequicquam quo Q* 586 quodcumque *Lachm.* : quaecumque OQ; *Prisc. memoriter falso citat* multa Q 588ª O : *sp. rel. om. Q (cf. ad 521ª)* 590 uolentes O* (*omissionem litterae not.* O²) 593 eximiis *Avancius conl. 607* : eximis OQ : ex imis *frustra Giussani*

tum porro nitidas fruges arbustaque laeta
gentibus humanis habet unde extollere possit,
unde etiam fluuios frondes et pabula laeta
montiuago generi possit praebere ferarum.

DE MATRE MAGNA.

quare magna deum mater materque ferarum
et nostri genetrix haec dicta est corporis una.
Hanc ueteres Graium docti cecinere poëtae
montibus egressam Phrygiae celsisque solere
sedibus in curru biiugos agitare leones,
aëris in spatio magnam pendere docentes
tellurem, neque posse in terra sistere terram.
adiunxere feras, quia quamuis effera proles
officiis debet molliri uicta parentum.
muralique caput summum cinxere corona,
eximiis munita locis quia sustinet urbes;
quo nunc insigni per magnas praedita terras
horrifice fertur diuinae matris imago.
hanc uariae gentes antiquo more sacrorum
Idaeam uocitant matrem, Phrygiasque cateruas
dant comites, quia primum ex illis finibus edunt
per terrarum orbem fruges coepisse creari.
gallos attribuunt, quia, numen qui uiolarint
matris et ingrati genitoribus inuenti sint,

---

594 porro O : pro Q 595 extolle O* 597ª O : *sp. rel. om.* Q 600 gratum O 600ª *lac. 2 uersuum rel.* Q : *nullam lacunam* O : *suppleui* : ⟨*magnifice diuam ex ipsis penetralibu' uectam*⟩ *suppl. Lachmann* 611 Ideam O : Idem Q 613 orbem *Pontanus (cf. 658)* : orbes QO³ : obes O* 615 matris Q¹ : matri OQ* ingrati O³Q¹ : ingati Q* : ingata O* inuenti sint *Lambin* : inuenti sunt OQ : sint inuenti *Lachm.*

significare uolunt indignos esse putandos,
uiuam progeniem qui in oras luminis edant.
tympana tenta tonant palmis et cymbala circum
concaua, raucisonoque minantur cornua cantu,
et Phrygio stimulat numero caua tibia mentis,
telaque praeportant, uiolenti signa furoris,
ingratos animos atque impia pectora uolgi
conterrere metu quae possint numine diuae.
ergo cum primum magnas inuecta per urbis
munificat tacita mortalis muta salute,
aere atque argento sternunt iter omne uiarum,
largifica stipe ditantes, ninguntque rosarum
floribus umbrantes matrem comitumque cateruas.
hic armata manus, Curetas nomine Grai
quos memorant, Phrygias inter sei forte cateruas
ludunt in numerumque exultant sanguine pleti,
terrificas capitum quatientes numine cristas,
Dictaeos referunt Curetas, qui Iouis illum
uagitum in Creta quondam occultasse feruntur,
cum pueri circum puerum pernice chorea

---

618 *Non. 181,26* 633.634 *cf. Arnob. III 41 (139,3)*

---

621 violentis Q 623 numine OQ *(= numini(s) cf. Leo Pl. Forsch.*[2] *304)* : numini' *Haverkampi amicus* 625 munificata cita Q 626 iter omne uiarum *Turnebus* : ite omnia uirum OQ : iter, omnia circum F 628 cateruas *It. (cf. 611.630)* : cateruam Q (Q^1?) : caterua O 630 Phrygias *Frerichs* : phrygios OQ sei *scripsi* : se OQ cateruas O : catenas Q : quod armis *Lachm.* 631 sanguine pleti *Fay (cf. VI 203; Fest. 258,35 Linds.)* : sanguine (sangine Q) flaeti OQ; fleti *tuebatur conl. Apul. Met. VII 27 'fleta' Merrill* : s. pleni *Lane* : s. freti L : s. laeti *Pontanus* : sanguinolenti *Bentley* 632 numine OQ : momine *Lachm.* : undique *V 1315* 633 illum OQ* : *ss.* olim Q^1

[armat et in numerum pernice chorea]
armatei in numerum pulsarent aeribus aera,
ne Saturnus eum malis mandaret adeptus
aeternumque daret matri sub pectore uolnus.
propterea magnam armati matrem comitantur,
aut quia significant diuam praedicere, ut armis
ac uirtute uelint patriam defendere terram,
praesidioque parent decorique parentibus esse.
quae bene et eximie quamuis disposta ferantur,
longe sunt tamen a uera ratione repulsa.

ΤΟ ΜΑΚΑΡΙΟΝ ΚΑΙ ΑΦΘΑΡΤΟΝ

Omnis enim per se diuom natura necessest
inmortali aeuo summa cum pace fruatur
semota ab nostris rebus seiunctaque longe;
nam priuata dolore omni, priuata periclis,
ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.
terra quidem uero caret omni tempore sensu,

---

637 pulsarent—aëra] *Charis. Gr. l. I 93,21* 646—651 *Lactant. de ira dei 8,1* 646—649.651 *Lact. Placid. ad Stat. Theb. III 659* 650 *Seru. Aen. XII 794* 651 *Non. 252,38 Lucretius lib. II' (al. codd. I); 408,23 ‚Lucretius' sine libri numero; Schol. Horat. II 104 Hauth.; Seru. Aen. VI 376; Ecl. 8,17*

636 *deleuit ut u. l. uel iterationem 635.637 Pontanus* 637 armati et in Q : armat in O *(cf. 636)* : *corr. Lachm.* pulsabant *Charis.* 638 manderet Q^1 640 matrem armati Q 641 quia *om.* Q 642—756 *habet* V f. 9^{ru} 644 et *om.* V 645 ~ *I 880; V 406; VI 767.853* 645^a OV : *sp. rel. om.* Q *ΜΔΚΔΡΙΟΝ* OV 646—651 = *I 44—49* 646 per se diuom O*Q : persi diuom V : per se diuum O^1 *(cf. I 44)* : diuum per se *Lact. Plac.* 647 summa con pace V : cum summa pace *Lact. Plac.* 651 nec] ne Q tantur V*

et quia multarum potitur primordia rerum,
multa modis multis effert in lumina solis.
hic siquis mare Neptunum Cereremque uocare
constituet fruges et Bacchi nomine abuti
mauolt quam laticis proprium proferre uocamen,
concedamus ut hic terrarum dictitet orbem
esse deum matrem, dum uera re tamen ipse
religione animum turpi contingere parcat.

Saepe itaque ex uno tondentes gramina campo
lanigerae pecudes et equorum duellica proles
buceriaeque greges eodem sub tegmine caeli
ex unoque sitim sedantes flumine aquai
dissimili uiuont specie, retinentque parentum
naturam et mores generatim quaeque imitantur.
tanta est, in quouis genere herbae, materiai
dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.
hinc porro quamuis animantem ex omnibus unam

661—662 greges] *Non. 80,27 'Lucr. lib. II'*; 208,2 *'L. l. IV'* 662 *Charis. Gr. l. I 92,30 Lucilius [l. Lucretius] in II ‚ducere has greges' feminino genere dixit*; *Seru. Georg. III 287; Gramm. s. XII in Maii Auct. cl. VIII 70*

---

654 multis V^1 : multas V* lumine Q 655 uocarem V 656 constituit *Lachm.* numine O 657 proferre O* 658 dictitet O dicitet Q : et dicit V 680, *quem uersum exemplaris scriptor omissum in extremo uersu f. 37r suppleuerat, post 659 restituit Lachm.* parcat *Lachm.*: parato O*Q* : parto VO^1 : parat Q^1 : parco F 660 tondente Q* 661 lanigene *Non. 80 (recte 208)* 662 temine Q* caeli] pauit *Gramm. Maii* 663 sedentes OQ*V : *corr.* Q^1 flumine, u *in ras.* O^1 664 retinentque parentum F : retinente parente OQV 665 genatim Q quaeque] que V 666 genere *om.* QV 667 infulfumine V 668 unam *Lambin* : una OQV

ossa cruor uenae calor umor uiscera nerui
constituunt; quae sunt porro distantia longe,
dissimili perfecta figura principiorum.

Tum porro quae cumque igni flammata cremantur,
si nihil praeterea, tamen haec in corpore tradunt,
unde ignem iacere et lumen submittere possint
scintillasque agere ac late differre fauillam.
cetera consimili mentis ratione peragrans
inuenies igitur multarum semina rerum
corpora celare et uarias cohibere figuras.

Denique multa uides, quibus et color et sapor una
reddita sunt cum odore, in primis pleraque poma;
haec igitur uariis debent constare figuris;
nidor enim penetrat qua fucus non it in artus,
fucus item sorsum, *sorsum* sapor insinuatur
sensibus; ut noscas priuis differre figuris.

dissimiles igitur formae glomeramen in unum
conueniunt, et res permixto semine constant.

Quin etiam passim nostris in uersibus ipsis
multa elementa uides multis communia uerbis,

---

670 porro] formis *Giussani* distia Q* 671 ~ *II 722* 672 ignis V 673 nihil O : nihil est QV : nil *It.* corpora Q^1 tradunt Q^1 *(cf. IV 1220 sq.)* : traduntur OQ* : aluntur *Vossius* : condunt *Munro* : celant *Lachm.* : cludunt *Bernays* : tractant *Merrill* 674 ignem V : igne OQ* : ignes Q^1 675 lete Q 678 corpora O : corpore QV 679 multas V coloret et V 681 odore Q : hodore V : dolore O in priuis pluraque *Lachm.* poma *Bruno* : dona OQV *post 681 lacunam statuebat Munro supplens* : ⟨*quis accensa solent fumare altaria diuom*⟩ 683 *et* 684 fucus *Lachm.* : sucus OQV it OQ^1 : id Q* : hit V 684 sorsum *alterum suppl. G. Vossius* sapori Q^1 685 noscat Q*V priuis *Vossius* : prinis V : primis OQ 686 in unum Q : in humum V : inum O 688—690 = *I 823—825*

cum tamen inter se uersus ac uerba necesse est
confiteare alia ex aliis constare elementis;
non quo multa parum communis littera currat
aut nulla inter se duo sint ex omnibus isdem,
sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.
Sic aliis in rebus item communia multa
multarum rerum cum sint primordia *mixta,*
dissimili tamen inter se consistere summa
possunt; ut merito ex aliis constare feratur
humanum genus et fruges arbustaque laeta.

Nec tamen omnimodis conecti posse putandum est
omnia; nam uolgo fieri portenta uideres,
semiferas hominum species existere, et altos
inter dum ramos egigni corpore uiuo,
multaque conecti terrestria membra marinis,
tum flammam taetro spirantis ore Chimaeras
pascere naturam per terras omniparentis.
quorum nihil fieri manifestum est, omnia quando

---

705 *Hygin. fab. 57 'quae tripartito corpore* ore flammam spirare *dicebatur' (intercidit nomen auctoris cf. V 103)*

---

690 inter se] intere V*: interre V¹ 691 confitere Q*V 692 *cf. ad 336* curat V*: curit Q 693 nulli *male Lachm.* isdem *Lambin*: idem OQV 694—695 = *337.724* constant Q: constet O*: constent O¹V *cf. ll. cit.* 695 in *om.* V* 696 mixta *ex I 815 suppl. Merrill*: rerum *iterant* OQV: uerum *Pontanus*: longe F 698 freratur V 699 fruge V* 700 est *om.* V 701 pontenta V* 703 ranos V 704 terrestri V* 705 flammam OV: flamma Q*: flammas Q¹ 706 omniparentis *It.*: omnia parentis OQ*V: cuncta parentis Q¹ *post* 706 *maiusculis tamquam titulum iterat v. 710* V: *item duos versiculos uacuos titulo rel. et 707 initiali incipit* Q 707 = I 188 quandoque Q*V

seminibus certis certa genetrice creata
conseruare genus crescentia posse uidemus.
scilicet, id certa fieri ratione necessust.
nam sua cuique cibis ex omnibus intus in artus
corpora discedunt conexaque conuenientis
efficiunt motus; at contra aliena uidemus
reicere in terras naturam, multaque caecis
corporibus fugiunt e corpore, percita plagis,
quae neque conecti quoquam potuere neque intus
uitalis motus consentire atque imitari.

Sed ne forte putes animalia sola teneri
legibus hisce, eadem ratio res terminat omnis.
nam uel uti tota natura dissimiles sunt
inter se genitae res quaeque, ita quamque necessest
dissimili constare figura principiorum;
non quo multa parum simili sint praedita forma,
sed quia non uolgo paria omnibus omnia constant.
semina cum porro distent, differre necessust
interualla, uias, conexus, pondera, plagas,
concursus, motus; quae non animalia solum
corpora seiungunt, sed terras ac mare totum
secernunt caelumque a terris omne retentant.

---

710 *tanquam tit. scr.* O 712 discendunt V 715 e] et V 716 intus *Lachm.* : inte OQ*V : ł inter Q¹ intra L : inde *Brieger* : in se *Bernays* 717 uitali motu *conicio ut II 916* 718 amalia V* 719 hisce *Bernays* : his OQV eadem *Lambin* : quedam V : quaedam O : quidam Q res terminat *Lambin* : disterminat OQV (dis *ex inferiore uersu surrepsit*) omnia *Marullus* . 721 se *om.* V* quanque *Marullus* : cumque OQV 722 ~ *II 671* 723.724 = *II 336.337* 724 sed] se Q* constant *Munro* : constent OQV 725 = *IV 649* 726 = *II 1020; V 441* interuallas uia V* : s *del.* V¹

729ª NON NECESSARIO ALBA EX ALBIS PRINCIPIIS FIERI

Nunc age dicta meo dulcei quaesita labore
percipe, ne forte haec albis ex alba rearis
principiis esse, ante oculos quae candida cernis,
aut ea quae nigrant nigro de semine nata;
niue alium quemuis quae sunt induta colorem,
propterea gerere hunc credas, quod materiai
corpora consimili sint eius tincta colore;
nullus enim color est omnino materiai
corporibus, neque par rebus neque denique dispar.
in quae corpora si nullus tibi forte uidetur
posse animi iniectus fieri, procul auius erras.
nam cum caecigeni, solis qui lumina numquam
dispexere, tamen cognoscant corpora tactu
ex ineunte aeuo nullo coniuncta colore,
scire licet nostrae quoque menti corpora posse
uorti in notitiam nullo circum lita fuco.
denique nos ipsi caecis quae cumque tenebris
tangimus, haud ullo sentimus tincta colore.

Quod quoniam uinco fieri, nunc esse docebo
nullum in principiis existere posse colorem;
omnis enim color omnino mutatur in omnis;

729ª OV : *duos uersiculos uacuos rel.* Q 730 dulcei *Lachm. (in comm.)* : dulce OQV 731 principe Q 734 niue O : neue QV quae] que OQV : quo *Lachm.* induta *Lambin* : inbuta Q : imbuta OV colorem L : colore OQV 736 colore OQ¹ : colose Q*V 739 quae] que V¹ : die V* 740 Pose V 741 lumina F : numina OQV 742 dispexere L : Despexere OQV 743 *post 748 transponebat Bentley* nullo O : nulla V : nullo nulla Q 745 circa V 747 ullos V 748 num cesse V 748ª *suppleui* : *om. nulla lac.* OQV 749 colo V in F : et OQV

quod facere haud ullo debent primordia pacto.
immutabile enim quiddam superare necessest,
ne res ad nihilum redigantur funditus omnis;
nam quod cumque suis mutatum finibus exit,
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.

COLORES NON ESSE

Proinde colore caue contingas semina rerum,
ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.

Praeterea si nulla coloris principiis est
reddita natura et uariis sunt praedita formis,
e quibus omne genus gignunt uariantque colores,
praeterea magni quod refert, semina quaeque
cum quibus et quali positura contineantur
et quos inter se dent motus accipiantque,
perfacile extemplo rationem reddere possis,
cur ea quae nigro fuerint paulo ante colore,
marmoreo fieri possint candore repente;
ut mare, cum magni commorunt aequora uenti,
uertitur in canos candenti marmore fluctus.
dicere enim possis, nigrum quod saepe uidemus,

750—754 = *I 789—793* 752 ad] a V 753.754 = *I 670.671; 792.793; III 519.520* 753 Nam OQ : Non V 754 Costituo V quo V* 754ª OV : *sp. rel. om.* Q 755 continguas V* : contingua V^1 756 = *I 673.797; II 864; I 791* reddant V 757—806 *om.* QV : *suppl. in calce* Q f. 68ʳ, 757—805 *suppl.* U f. 17ᵘ 758 reddite Q* : redite U 759 omne genus *Lachm.* : omnigenus O^*QU : omnigenos O^1 760 ~ *I 817.908; II 1007* Propterea L : Praeterea OQU 761.762 = *I 818.819; 909.910; II 1008.1009* 763 extemplo *It. (cf. IV 742; VI 898)*: exemplo O^1QU : exemplio O* (*archet.* exemplo) 765 possint *Lambin* : possunt OQU 767 candent i U : candent in Q

materies ubi permixta est illius et ordo
principiis mutatus et addita demptaque quaedam,
continuo id fieri ut candens uideatur et album.
quod si caeruleis constarent aequora ponti
seminibus, nullo possent albescere pacto;
nam quo cumque modo perturbes caerula quae sint,
numquam in marmoreum possunt migrare colorem.
sin alio atque alio sunt semina tincta colore,
quae maris efficiunt unum purumque nitorem,
ut saepe ex aliis formis uariisque figuris
efficitur quiddam quadratum unaque figura,
conueniebat, ut in quadrato cernimus esse
dissimiles formas, ita cernere in aequore ponti
aut alio in quouis uno puroque nitore
dissimiles longe inter se uariosque colores.
praeterea nihil officiunt obstantque figurae
dissimiles, quo quadratum minus omne sit extra;
ad uarii rerum inpediunt prohibentque colores,
quo minus esse uno possit res tota nitore.
Tum porro quae ducit et inlicit ut tribuamus
principiis rerum non numquam causa colores,
occidit, ex albis quoniam non alba creantur,
nec quae nigra cluent de nigris, sed uariis ex.

---

770 dentque U 772 si]s U* 777 perumque U¹ 778 ut] Et U 779 Esse citur U qudam U* figura L : figuras OQU 780 ut *Lachm.* : uti OQU 781 aequore *It.* : aequora OQU 783 colores L : calores OQU 785 extra OQU (ra *in corr.* Q¹?) : ex his *otiose Lachm.* 786 uarii QU : uaria O 788 et QU : *om.* O inlicitu (inlitu U*) QU¹ tribuamus OQU : *corr. Turnebus* 789 colores O* 790 Ocdit U* creantur L : creatur OQU 791 nec quae F : Neque OQU ex *Wakefield* : ea OQU

quippe? etenim multo procliuius exorientur
candida de nullo quam nigro nata colore,
aut alio quouis, qui contra pugnet et obstet.
Praeterea quoniam nequeunt sine luce colores
esse, neque in lucem existunt primordia rerum,
scire licet quam sint nullo uelata colore.
qualis enim caecis poterit color esse tenebris?
lumine quin ipso mutatur propterea quod
recta aut obliqua percussus luce refulget;

DE COLORE COLUMBARUM

Pluma columbarum quo pacto in sole uidetur,
quae sita ceruices circum collumque coronat;
namque alias fit uti claro sit rubra pyropo,
inter dum quodam sensu fit uti uideatur
inter caeruleum uiridis miscere zmaragdos.

DE CAUDA PAVONIS

Caudaque pauonis, larga cum luce repleta est,
consimili mutat ratione obuersa colores;
qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
scire licet, sine eo fieri non posse putandum est.

---

805 *cf. Seren. Samon. 951 curalium uero si collo nectere males, ne dubites illo* uirides miscere smaragdos

---

795 Perterea U* 797 uelata] uata U* 799 mutatus U 800 Recta UO¹Q¹ : Recta O* : Rectaq Q* refulgit *Lachm.* 800ª OU : *sp. rel. om.* Q 801 bacto (?) V* 802 ceruicemst *Brieger* coronant U 803 rubra U : rubro O : robro Q* : robra Q¹ 804 sensu QO¹ *vix recte* : sensum U : simsu (?) O* : 805 caeruleum *recte* OQ : curalium *Wakefield (Sereni memor, at ruber color post 803 claudicat)* : beryllum *Bentley* 805ª OU : *sp. rel. om.* Q 806 *om. cum ceteris uu.* U larga Q¹ : largo OQ* 807 *incipit rursus* V obuesa V 809 scilicet id *Lambin, cf. IV 773* posse Q¹V : posset OQ*

Et quoniam plagae quoddam genus excipit in se
pupula, cum sentire colorem dicitur album,
adque aliud porro, nigrum cum et cetera sentit,
nec refert ea quae tangas quo forte colore
praedita sint, uerum quali magis apta figura,
scire licet nihil principiis opus esse colores,
sed uariis formis uariantes edere tactus.

Praeterea quoniam non certis certa figuris
est natura coloris et omnia principiorum
formamenta queunt in quouis esse nitore,
cur ea quae constant ex illis non pariter sunt
omne genus perfusa coloribus in genere omni?
conueniebat enim coruos quoque saepe uolantis
ex albis album pinnis iactare colorem,
et nigros fieri nigro de semine cycnos
aut alio quouis uno uarioue colore.

Quin etiam quanto in partes res quaeque minutas
distrahitur magis, hoc magis est ut cernere possis
euanescere paulatim stinguique colorem;

---

815 *Non. 482,1 sqq. sic et 'opus est illa res' pro 'illa re' [illam rem codd., corr. Lachm.] . . . Lucretius lib. II* 'scire — colores'

---

813 Ne Q 814 sint *It.* : sunt OQV magis Q^1 : magnis OQ^*V figura Q : fugura OV 815 Sire V colores *Non.* : colore OQV 819 sitore V 820 cer Q parite V 821 omne genus *Lachm.* : omnigenus OQ^*V : omnigenis Q^1 ingere V 822 enim] omnim V^* 823 Ex albis albus pignis latare colorem V 824 cynos V 825 uarioue *scripsi* : uarioque OQ^1V : uarique Q^* 826 quando Q quaeque] que V 827 magis hoc magis est O (*at* magis hoc *in ras. scr.* O^s) : hoc magis magis est QV ut] u Q^* 828 Etuanescere Q paul antim V^*

ut fit ubi in paruas partis discerpitur austrum:
purpura poeniceusque color clarissimus multo,
filatim cum distractum est, disperditur omnis;
noscere ut hinc possis prius omnem efflare colorem
particulas, quam discedant ad semina rerum.

Postremo quoniam non omnia corpora uocem
mittere concedis neque odorem, propterea fit
ut non omnibus adtribuas sonitus et odores:
sic oculis quoniam non omnia cernere quimus,
scire licet quaedam tam constare orba colore
quam sine odore ullo quaedam sonituque remota,
nec minus haec animum cognoscere posse sagacem
quam quae sunt aliis rebus priuata notare.

ATOMOS NEC COLOREM NEC ODOREM NEC SUCUM NEC FRIGUS NEC CALOREM HABERE

Sed ne forte putes solo spoliata colore
corpora prima manere, etiam secreta teporis
sunt ac frigoris omnino calidique uaporis,
et sonitu sterila et suco ieiuna feruntur,
nec iaciunt ullum proprium de corpore odorem

---

840 — cognoscere] *Fest. p. 426, 9 Linds.*

---

829 ubi] ut V* utscerpitur V* austrum *Goebel* (ostrum *Wakefield*): aurum OQV: aurea *Lachm.* 830 poeniceosque QV clarissimis V* multo] *ss.* l' ultro Q^1 831 distracta est, dispergitur *haud recte Lachm. (cf. Hor. sat. II 6,59)* 832 noscere QVO^1: nosciture O* efflari OQV 833 discedant *Marullus*: discedunt O: disceduant QV 839 ullo *om.* Q remota QVO^1: remotu O* 840 nec *Fest.*: Ne OQV 841 notare *Lachm.*: notaque OV: notaquae Q 841a OV *(2 uu.)*: 3 *vv. uacuos rel.* Q 842 solus (solos Q^1) poliata Q*: solos poliita O: solus poliita V 843 etiam *om.* Q teporis Q^1: tepopis OQ*V 844 ac O^1: ac/// O*: a Q*V omnio V ieiuna F: etuna OQV fruntur V 846 ullo *Pontanus* proprio *It.*

sicut amaracini blandum stactaeque liquorem
et nardi florem, nectar qui naribus halat,
cum facere instituas, cum primis quaerere par est,
quod licet ac possis reperire, inolentis oliui
naturam, nullam quae mittat naribus auram,
quam minime ut possit mixtos in corpore odores
concoctosque suo contractans perdere uiro,
propter eandem *rem* debent primordia rerum
non adhibere suum gignundis rebus odorem,
nec sonitum, quoniam nihil ab se mittere possunt,
nec simili ratione saporem denique quemquam
nec frigus neque item calidum tepidumque uaporem
cetera; quae cum ita sunt tamen ut mortalia constent,
molli lenta, fragosa putri, caua corpore raro,
omnia sint a principiis seiuncta necessest,
inmortalia si uolumus subiungere rebus
fundamenta, quibus nitatur summa salutis;
ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.

---

848 *Fest. 160,21 Linds.* 853 *Non. 188,7; Prisc. Inst. VI 91 (I 275,7 H.)*

---

847 stactaque QV 848 narde florem nectare qui floribus halet *Fest. (F)* naribus] narius V 850 Quod OQV *(i. e. quoad cf. V 1033; II 248)* : quoad *Lambin* ac] a V* possis OQV : potis es *Lambin* inolentes Q*V 853 concoctosque suo contractas (contractos Q*) OQV: contractosque suo contractas *Prisc.(R,* contractans *G K)* : concoctosque suo seruare (superare *coni. Forbiger*) et *Non.* 854 propter OV : propterea Q ⟨*rem*⟩ *suppl. Lachm.* : *om.* OQV : propterea tandem *Marullus* 857 rationem V 858 idem QV¹ tepidumque] pedumque V* 860 molli *Turnebus* : mollia OQV 861 a *om.* Q princippios seguncta V* 862 subgere V 864 = *I 673.797; II 756,* ~ *I 791*

DE INSENSILI SENSILE GIGNI

Nunc ea quae sentire uidemus cumque necessest
ex insensilibus tamen omnia confiteare
principiis constare. neque id manufesta refutant
nec contra pugnant, in promptu cognita quae sunt,
sed magis ipsa manu ducunt et credere cogunt
ex insensilibus, quod dico, animalia gigni.
quippe uidere licet uiuos existere uermes
stercore de taetro, putorem cum sibi nacta est
intempestiuis ex imbribus umida tellus;
praeterea cunctas itidem res uertere sese.
uertunt se fluuii, [in] frondes et pabula laeta
in pecudes, uertunt pecudes in corpora nostra
naturam, et nostro de corpore saepe ferarum
augescunt uires et corpora pennipotentum.
ergo omnes natura cibos in corpora uiua
uertit et hinc sensus animantum procreat omnes,
non alia longe ratione adque arida ligna
explicat in flammas et *in* ignis omnia uersat.
iamne uides igitur magni primordia rerum
referre in quali sint ordine quaeque locata
et commixta quibus dent motus accipiantque?
Tum porro quid id est, animum quod percutit, ipsum
quod mouet et uarios sensus expromere cogit,

864ª OV : *sp. rel. om.* Q 865 Nuncce aequę V* : e (*ante* q) *del.* V¹ 867 constare O¹Q¹ : consistare O*Q*V refutant Q¹ : reputant OQ*V 870 dicunt V* 871 uermes] uerum est V 872 de taetro] detro V nacta est VQ¹ : inacta est OQ* 874 uestere V 875 in *del. Lambin (cf. 596)* 877 nostra Q* 879 naturas V cibus V : cybus Q 882 in F : *om.* OQV 883—885 ~ *I 907—910* 884 ~ *II 1014* 884—887 *in spatio 2 uersuum erasorum rest.* O³ 887 *ut titulum rubris maius culis scr.* O uarius O*V

ex insensilibus ne credas sensile gigni?
ni mirum, lapides et ligna et terra quod una
mixta tamen nequeunt uitalem reddere sensum.
Illud in his igitur rebus meminisse decebit,
non ex omnibus omnino, quae cumque creant res
sensilia, extemplo me gigni dicere sensus,
sed magni referre ea primum quantula constent,
sensile quae faciunt, et qua sint praedita forma,
motibus ordinibus posituris denique quae sint.
quarum nihil rerum in lignis glaebisque uidemus;
et tamen haec, cum sunt quasi putrefacta per imbres,
uermiculos pariunt, quia corpora materiai
antiquis ex ordinibus permota noua re
conciliantur ita ut debent animalia gigni.

Deinde ex sensilibus qui sensile posse creari
constituunt porro ex aliis sentire suëtis
principiis, sumunt mortalia semina rerum,
mollia cum faciunt; nam sensus iungitur omnis

---

888 *Prisc. Inst. IV 27 (I 132,21 H.) [Honorius Augustodun. De philosophia mundi I c. 21]*

---

888 insensilibus OQV, *Prisc.(D)*, *Honorius*: insensibilibus *Prisc. (L)*: insensibili *Prisc. (K)*: insensibilis *Prisc. (AR)* ne *Prisc.*, OQ*V: ni Q^1 gigni OQV: nasci *Prisc.* 891 rebus *Avancius*: fedus OV: sedus Q*: i. e. sedulus Q^1 decebit Q^1: decedit OQ*V 893 sensilia OQV: sensile L extemplo *It.*: ettemplo QV: etemplo O: et extemplo *Naugerius* 895 forme Q*V 896 Montibus V 898 putrefacta QO^1: putarefacta O*: prutrefacte V* 902 ex sensilibus OQV: ea, seminibus *male Lachm.* 903 suetis *Lambin*: sueti OQV 903ª *suppleui (cf. V 248); lac. agnouerat Christ, qui similiter supplebat* 904 cum OQV: tum *Lambin*: iam *lacuna spreta Lachm.*

uisceribus neruis uenis, quae cumque uidemus
mollia mortali consistere corpore creta.
sed tamen esto iam posse haec aeterna manere:
nempe tamen debent aut sensum partis habere
aut similis totis animalibus esse putari.
at nequeant per se partes sentire necesse est;
namque alios sensus membrorum respicit omnis,
nec manus a nobis potis est secreta neque ulla
corporis omnino sensum pars sola tenere.
linquitur ut totis animantibus adsimulentur,
sic itidem quae sentimus sentire necessest,
uitali ut possint consentire undique sensu.
qui poterunt igitur rerum primordia dici
et leti uitare uias, animalia cum sint,
adque animalia *sint* mortalibus una eademque?
quod tamen ut possint, at coetu concilioque
nihil facient praeter uolgum turbamque animantum,
scilicet, ut nequeunt homines armenta feraeque
inter sese ullam rem gignere conueniundo.

---

905 cumque OQV *(cf. II 21)* : cuncta *Lachm.* : cuique *Munro* 906 constere corpora V* 907 aeternum V 909 *ut tit. rubris maiusc. scr.* O similis *(sc. partes)* O : similes QV : simili *(sc. sensu) Lachm.* putam QV 910 at *Marullus* : Aut OQV 911 alios OQ¹ : alius Q*V : alio *Lachm.* respicit *Lachm.* : respuit OQV : nam ratio s. m. respuit *Bernays* 913 sensum OV : sensu Q* : sensi Q¹ 914 Linguitur V 923 *transp. post 914 Bernays* : *post 915 Lachm.* sic itidem quae OV : sicut idemque Q* : sicuti denique Q¹ sentimus] sentibus V 918 animalia *Lachm.* : animalibus OQV sint *Marullus* : om. OQV 919 at coetu *cod. Victorianus* : abeoretu OQ : habeoretu V : ab coetu *Marullus* 920 faciunt O* uolgum O : uulgum QV¹ : uulgo V* 921 ut *om.* V 921 nequeunt *Gifanius (cf. IV 890)* : nequeant OQV 922 unam *Susemihl* gignere] ignere V*

quod si forte suum dimittunt corpore sensum
adque alium capiunt, quid opus fuit adtribui id quod
detrahitur? tum praeterea, quo de egimus ante,
quatinus in pullos animalis uertier oua
cernimus alituum uermisque efferuere, terram
intempestiuos quom putor cepit ob imbris,
scire licet gigni posse ex non sensibus sensus.
Quod si forte aliquis dicet, dum taxat oriri
posse ex non sensu sensum mutabilitate,
aut aliquo tamquam partu quo proditur extra,
huic satis illud erit planum facere atque probare,
non fieri partum nisi concilio ante coacto,
nec quicquam commutari sine conciliatu.
principio nequeunt ullius corporis esse
sensus ante ipsam genitam naturam animantis,
ni mirum, quia materies disiecta tenetur
aëre, fluminibus, terris terraque creatis;

927.928 — alituum] *Mar. Plot. Sacerdos Gr. l. VI 445,18*

---

924 demittunt O 925 qui V fui Q* attribuit quod V*, i *ss.* V¹ 926 quo de egimus *scripsi (cf. 870 sqq.)* : quod fugimus OQV : quod diximus *Giussani* : quod uidimus *Purmann* : quo fugimus *Wakefield* : quod sumpsimus *Merrill* 927 uerticer O* oua] onoua V* 928 alituum *Sacerdos* : alitum OQV efferuere L : offeruere O : offerruere QV 929 Intempestiuus OQV : *corr. Marullus* quom (cum) *It.* : quam OQV 932 ex *Lambin* : ea OQ* *(cf. 791)* : a Q¹ sensum *Lambin* : sensus OQV 933 quo *(Brieger)* proditur extra *(Pontanus) scripsi* : quod proditum extra OQV : quod proditur extra *Bernays* : quom pr. extra *Woltjer* : quod proditus extet *Munro* : quod protinus extent *Lachm.* 934 huic L : Icuic OQV illutrerit V 935 Non OVQ¹ : Ne Q* 936 commutari quicquam *transp.* QV nisi conciliatum *Goebel* 937 illius QV 938 ipsam F : lesam OQV 940 terris terraque OQ : terris aethraque *infeliciter Lachm.* : flammis terraque *non melius Everett* 940 creata Q

nec congressa modo uitalis conuenientes
contulit inter se motus, quibus omnituentes
accensi sensus animantem quamque tuentur.

Praeterea quamuis animantem grandior ictus,
quam patitur natura, repente adfligit et omnis
corporis adque animi pergit confundere sensus.
dissoluuntur enim positurae principiorum,
et penitus motus uitales inpediuntur,
donec materies, omnis concussa per artus,
uitalis animae nodos a corpore soluit
dispersamque foras per caulas eiecit omnis;
nam quid praeterea facere ictum posse reamur
oblatum, nisi discutere ac dissoluere quaeque?
fit quoque uti soleant minus oblato acriter ictu
reliqui motus uitalis uincere saepe,
uincere, et ingentis plagae sedare tumultus,
inque suos quicquid rursus reuocare meatus,
et quasi iam leti dominantem in corpore motum
discutere, ac paene amissos accendere sensus.
nam quare potius Leti iam limine ab ipso

---

941 haec *Pontanus* uitali *vix recte Goebel* 942 quibi V omnituentes *Turnebus* : omnetuentes OQV 943.944 *pro deleto uno uersu rest.* O^{s} 943 senus V animantem quamque tuentur (tueitur O) *recte* OQV : animante in quaque cientur *Purmann* : animantum concuterentur *Lachm.* 945 refligit V 948 penitus in se motus (in se motus *in ras. obscura scripta*) V^{1} 951 caulas Q^{1} : cauias OQ* : quauias V 952 itum /// posse V 953 discutpere V* ac O^{1}Q^{1} : a O*Q* : ad V 954 ualeant *Dittel* oblato *It.* : oblata OQV 956 ingenitis Q* 958 meatur V 959 amisso O accedere V 960 potus V*

ad uitam possint conlecta mente reuerti,
quam quo decursum prope iam siet ire et abire?

Praeterea, quoniam dolor est, ubi materiai
corpora ui quadam per uiscera uiua per artus
sollicitata suis trepidant in sedibus intus,
inque locum quando remigrant, fit blanda uoluptas,
scire licet nullo primordia posse dolore
temptari nullamque uoluptatem capere ex se;
quando quidem non sunt, ex ullis principiorum
corporibus, quorum motus nouitate laborent
aut aliquem fructum capiant dulcedinis almae;
haut igitur debent esse ullo praedita sensu.
Denique uti possint sentire animalia quaeque,
principiis si iam est sensus tribuendus eorum,
quid, genus humanum propritim de quibus factumst?
scilicet, et risu tremulo concussa cachinnant
et lacrimis spargunt rorantibus ora genasque,
multaque de rerum mixtura dicere callent,
et sibi proporro quae sint primordia quaerunt;

---

961 possint OQV *(sc. animantes)* : possit *Lachm. (cf. 944)* conlecta *Lambin* : coniecta OQ : conecta V 962 *ut tit. rubr. maiusc. scr.* O quo] que V 963 Propterea *falso Lachm.* 964 per *prius om.* V uiscere Q* 965 sus V trepidunt O* 966 Inque Q^1 : In quo OQ*V 968 nullaque Q : nulamque V carpere QV 969 non sunt] quando V 972 Haut OQ^1 : Aut VQ* 973 uti] ut V 975 Quid//// V de quibu' factumst *Lambin* : de quibus actus *Non.* : de quibus autumst (*ss.* c O^1) O* : de quibus auctum est QV *(cf. 986)* 976.977 ~ *I 919.920* 976 utremulo O* cacinnant OQ : accinnant V 977 spargunt O^1 : pargunt O*QV 978 dicerent calent V* 979 sint OV : sunt Q primordi V

quando quidem totis mortalibus adsimulata
ipsa quoque ex aliis debent constare elementis,
inde alia ex aliis, nusquam consistere ut ausis:
quippe sequar, quod cumque loqui ridereque dices
et sapere, ex aliis eadem haec facientibus ut sit.
quod si delira haec furiosaque cernimus esse,
et ridere potest non ex ridentibus factus,
et sapere et doctis rationem reddere dictis
non ex seminibus sapientibus adque disertis,
qui minus esse queant ea quae sentire uidemus
seminibus permixta carentibus undique sensu?

Denique caelesti sumus omnes semine oriundi,
omnibus ille idem pater est, unde alma liquentis
umoris guttas mater cum terra recepit,
feta parit nitidas fruges arbustaque laeta
et genus humanum, parit omnia saecla ferarum,
pabula cum praebet, quibus omnes corpora pascunt
et dulcem ducunt uitam prolemque propagant;
qua propter merito maternum nomen adepta est.
cedit item retro, de terra quod fuit ante,
in terram, set quod missust ex aetheris oris,

991.992 — pater est] *Lact. Inst. VI 10.7; de opif. 19,3* 992 *cf. Inst. V 6,12.14,17* 999.1000 *Lact. Inst. VII 12,5*

---

981 ipsaque ex V* 982 alia *It.* : alii O¹*(sec. Lachm.)* : ali O*QV 984 eade V sit OV : sint Q 985 delira F : detira OQ : det V 986 ridentibus factus *Lambin* : ridentibus auctus OQ *(cf. 975)* : ridentis auctis V 990 sensu OV : sensus Q 994 nitides Q 996 quibus *om.* V corpore V 998 ~ *V 795* adepta Q¹ : adempta OQ*V 1000 terram sed *Lact.* : terras et OQV missust *Merrill cf. Leo Plaut. Forsch.*² *280* : missus OQV : missum est *Lact.* aetheres V* orbis O*

id rursum caeli rellatum templa receptant.
nec sic interemit mors res, ut materiai
corpora conficiat, sed coetum dissupat ollis,
inde aliis aliud coniungit, et efficit, omnis
res ut conuertant formas mutentque colores
et capiant sensus et puncto tempore reddant,
ut noscas referre, eadem primordia rerum
cum quibus et quali positura contineantur
et quos inter se dent motus accipiantque,
neue putes aeterna penes residere potesse
corpora prima quod in summis fluitare uidemus
rebus et inter dum nasci subitoque perire.
quin etiam refert nostris in uersibus ipsis
cum quibus et quali sint ordine quaeque locata.
namque eadem caelum mare terras flumina solem
significant, eadem fruges arbusta animantis;
si non omnia sunt, ad multo maxima pars est
consimilis; uerum positura discrepitant res.
sic ipsis in rebus item iam materiai

1001 rusum V rellatum *It.* : relatum OQV : fulgentia *Lactant.* 1002 res ut *Marullus* : ut res OQ*V (ụt Q¹) 1004 coniungitur et fit ut omnes *Lachm.* : coniungit et effit ut o. *Munro* 1005 ut *Marullus* : ita OQV 1007 eadem *Avancius (cf. I 908)* : earum OQV 1008.1009 = *I 818.819; 909.910; II 761.762* 1011 in summis OQ : immis V : in cunctis *Lachm., qui cum* quod *male intellexisset, 1013—1104 inclusit atque 1015.1016 (cf. I 820.821) seclusit* 1012 *ut titulum rubris maiusc. scr.* O inter dum] roterdum V 1013 ~ *I 823; II 688* 1013 refer V* nostris refert *transp.* Q* 1014 ~ *II 884* qualis V 1015 = *I 820* terram V flimina Q 1016 ~ *I 821* 1017 sunt *Lachm.* : sint OQV pars Q¹ : par OQ*V 1018 uero/// V 1019 in *om.* V iam]am V

[interualla uias conexus pondera plagas]
concursus motus ordo positura figurae
cum permutantur, mutari res quoque debent.

Nunc animum nobis adhibe ueram ad rationem.
nam tibi uehementer noua res molitur ad auris
accidere et noua se species ostendere rerum.
sed neque tam facilis res ulla est, quin ea primum
difficilis magis ad credendum constet, itemque
nihil adeo magnum neque tam mirabile quicquam,
quod non paulatim mittant mirarier omnes:
principio caeli clarum purumque colorem,
quaeque in se cohibet, palantia sidera passim,
lunamque et solis praeclara luce nitorem;
omnia quae nunc si primum mortalibus essent
ex inprouiso uisunda obiecta repente,
quid magis his rebus poterat mirabile dici,
aut minus ante quod auderent fore credere gentes?
nihil, ut opinor; ita haec species miranda fuisset.

1020 *(= II 726; V 441) del. Lachm.* interrauallauia V* (ra *del.* V¹) pondere V plagaes OQ : plages V 1021 = *I 685* 1023 adhibe ueram Q¹ : adhibueram OQ*V 1024 uehementer Q¹ : vementer *legendum uidit Avancius* : uehementes OQ* : uehem V ausris Q* 1025 rerum] rum V* 1029 mittant *Lachm. (cf. IV 471)* : minuant OQV mirarier *It.* : miraliter O*QV (t *del.* O¹) 1030 Principio OQ¹V *(scil. mirantur)* : principium (?) Q* : percipito *Lachm.* 1031 Quemque Q cohibet *Lachm.* : cohibent OQ : cohiben V 1032 Lunamque OQ*V ; *ss.* l' lune Q¹ solis praeclara *in ras.* Q 1033 essent] extent *Orelli* 1034 uisunda obiecta *scripsi (cf. I 727; II 577)* : si sunt obiecta V : si sint obiecta O : sint (*om.* si) obiecta Q : si nunc obiecta *Munro* : uisu subiecta *Bernays*

quam tibi iam nemo, fessus satiate uidendi,
suspicere in caeli dignatur lucida templa.
desine qua propter nouitate exterritus ipsa
expuere ex animo rationem, sed magis acri
iudicio perpende, et si tibi uera uidentur,
dede manus, aut, si falsum est, accingere contra.
quaerit enim rationem animus, cum summa loci sit
infinita foris haec extra moenia mundi,
quid sit ibi porro, quo prospicere usque uelit mens
atque animi iactus liber quo peruolet ipse.

OMNE INFINITVM IN OMNIS PARTIS

Principio nobis in cunctas undique partis
et latere ex utroque *supra* supterque per omne
nulla est finis; uti docui, res ipsaque per se
uociferatur, et elucet natura profundi.
nullo iam pacto ueri simile esse putandumst,
undique cum uorsum spatium uacet infinitum
seminaque innumero numero summaque profunda
multimodis uolitent aeterno percita motu,

1038 *Non. 172,17*

1038 nemoffensus V uiuendi *Non.* 1039 suscipere V* 1040 qua *om.* V* 1042 uidetur V* 1044 ratitionem V* 1046 quo *om.* Q 1047 iactus *Gronovius* : tactus OQV : iniectus *Marullus* liber F : libero OQV uolet O 1047ª OV : *sp. rel. om.* Q 1049 supra supterque *Lachm.* : superque OQV : superque infraque *Politianus* : infraque superque *Marullus* : infra supraque *It.* per *om.* V 1050 resquipsa *(ut uidetur)* V* 1052 iam] am V* ueri simile *It.* : ueristmile (mille QV) OQV 1053 patium V 1054 Semique O 1055 ~ *III 33* aeterna Q

hunc unum terrarum orbem caelumque creatum,
nihil agere illa foris tot corpora materiai;
1057a APIROS MVNDOS
cum praesertim hic sit natura factus, et ipsa
sponte sua forte offensando semina rerum
1060 multimodis temere in cassum frustraque coacta
tandem coluerunt ea quae conuecta repente
magnarum rerum fierent exordia semper,
terrai maris et caeli generisque animantum.
quare etiam atque etiam talis fateare necesse est
1065 esse alios alibi congressus materiai,
qualis hic est, auido complexu quem tenet aether.

Praeterea cum materies est multa parata,
cum locus est praesto, nec res nec causa moratur
ulla, geri debent, ni mirum, et confieri res.
1070 nunc et seminibus sei tanta est copia, quantam
enumerare aetas animantum non quead omnis,
his*que* eadem natura manet, quae semina rerum

1056 creatam Q 1057a OV : *sp. rel. om.* Q; *capitulum pertinet ad 1066 sqq.* 1058 et ipse *(sc. mundus) Brieger* : ut ipsa *Roos* 1059 offensanda V : offensando ⟨*ut*⟩ *Lachm.* 1061—1063 ~ *V 429—431* 1061 coluerunt *Lachm.* : colerunt OQ*V : coierunt Q¹ : colarunt L conuecta *Lachm. (cf. V 429; II 101)* : coniecta OQV 1062 fierent O : flerent Q*V : fluerent Q¹ *(cf. V 430)* exordia *Marullus (cf. V 430)* : ex ordine OQV 1063 manis V 1064 quare OVQ¹ : qualis Q* 1066 complexsu V : complexa Q 1067 materias V 1068 cum *iter. post* est V¹ res cum causa V 1069 geni *Cartault* ni *om.* V confierint res V 1070 et OQ : ad V : ex *Lachm.* sei *scripsi* : sed V* : si OQV¹ 1071 Et numerare Q animantem V 1072 hisque *Postgate* : Vis OQV : Visque *Marullus* : quis *Lachm.* : sique *Brieger* : et si *Alfr. Schoene* : eadem ⟨*et*⟩ *Marullus* naturam QV

conicere in loca quaeque quead simili ratione
atque huc sunt coniecta, necesse est confiteare
esse alios aliis terrarum in partibus orbis
et uarias hominum gentis et saecla ferarum.
Huc accedit ut in summa res nulla sit una,
unica quae gignatur et unica solaque crescat,
quin aliquoius siet saecli permultaque eodem
sint genere. in primis animalibus inice mentem:
inuenies sic montiuagum genus esse ferarum,
sic hominum genitam prolem, sic denique mutas
squamigerum pecudes et corpora cuncta uolantum.
qua propter caelum simili ratione fatendumst,
terramque et solem, lunam, mare, cetera quae sunt,
non esse unica, sed numero magis innumerali;
quando quidem uitae depactus terminus alte
tam manet haec, et tam natiuo corpore constant,
quam genus omne quod his generatimst rebus abundans.

Quae bene cognita si teneas, natura uidetur
libera continuo, dominis priuata superbis,

1086 *Non. 131,5*

1073 quead *scripsi* : queat F : ad QV : at O 1074 confitere V 1078 gignatur F : gignantur OQV solaque OV^1 : sola Q : que V* 1079 aliquo uis V* : aliquoiuis QV^1 : alioquoiuis O 1080 inice mentem *Lipsius (cf. 740.1047)* : indice mente OQV : inclute Memmi *Gronovius* 1081 inuenies *Pontanus* : Inuenisse OQV esse *om.* V 1082 genitam *Marullus* : geminam OQV mutes Q 1084 rationem V fatendo est VQ 1085 luna mare ceteram QV 1086 una se numero magis innumera *Non.* 1087 pactus QV altae Q : alter V 1088 et tam QV : et iam O 1089 his OQV *(cf. 1120)* : hic *Bernays* : est *Lachm.* generatimst *Munro* : generatim QV : generat in O abundans O : abundant V : habundant Q 1090 bene *om.* V si OQ^1 : sin Q* : sun V

ipsa sua per se sponte omnia dis agere expers.
nam pro sancta deum tranquilla pectora pace
quae placidum degunt aeuom uitamque serenam,
quis regere inmensi summam, quis habere profundi
indu manu ualidas potis est moderanter habenas,
quis pariter caelos omnis conuertere et omnis
ignibus aetheriis terras suffire feracis,
omnibus inue locis esse omni tempore praesto,
nubibus ut tenebras faciat caelique serena
concutiat sonitu, tum fulmina mittat et aedis
saepe suas disturbet et in deserta recedens
saeuiat, exercens telum, quod saepe nocentes
praeterit exanimatque indignos inque merentes?

MVNDVM NATVM ET MVLTOS SIMILIS

Multaque post mundi tempus genitale diemque
primigenum maris et terrae solisque coortum

1097.1098 *Non. 197,2* 1097 *Seru. in Donat. Gr. l. IV 431,33* quis totidem uertit caelos; *Pompei. Gr. l. V 162,32* quis totidem uertat caelos; *Mar. Plot. Sacerd. Gr. l. VI 450,12 L.* caelos *dicit* 1101—1104 tum — merentes] *Lact. Inst. III 17,10* 1106 *Arnob. II 61 (p. 97,12); II 70 (p. 105,7)*

1094 degunt] gunt V* aeuom uitamque *Avancius* (uitamque *iam cod. Barber. 154*): aeuo multamque (multaque V) OQV 1096 moderaniter inter habenas V*: niter *del.* V¹ 1097 pariter *Non.*, OQV: totidem *Seru.*, *Pomp.* conuertere et *Marullus*: conuerteret OQ: conuerterit *Non.*: conuertere (*om.* et) V: uertat *Seru.*, *Pomp.* omnis OQ: omis V: amnis *Non.* 1098 Ignisbus V* aetheris *Non.*, V* terras Q: terra OV suffire OQV: sufferre *Non.* 1101 conciat Q* flumina Q 1102 saepe] ipse *Lact. (ex Cicerone § 14 citato)* in *Lact.*, Q¹: *om.* OQ*V recedens *Lact.*: decedens OQ: decendens V 1104 inque] que V 1104ª OV: *duos uu. vacuos rel.* Q ET] E OV MVLIO V genitalem V

addita corpora sunt extrinsecus, addita circum
semina, quae magnum iaculando contulit omne;
unde mare et terrae possent augescere, et unde
appareret spatium caeli domus altaque tecta
tolleret a terris procul, et consurgeret aër.
nam sua cuique, locis ex omnibus, omnia plagis
corpora distribuuntur et ad sua saecla recedunt,
umor ad umorem, terreno corpore terra
crescit, et ignem ignes procudunt aetheraque *aether*
donique ad extremum crescendi perfica finem
omnia perduxit rerum natura creatrix;
ut fit ubi nihilo iam plus est quod datur intra
uitalis uenas quam quod fluit adque recedit.
omnibus hic aetas debet consistere rebus:
hic natura suis refrenat uiribus auctum.
nam quae cumque uides hilaro grandescere adauctu
paulatimque gradus aetatis scandere adultae,
plura sibi adsumunt quam de se corpora mittunt,

1116.1117 *Non. 160,13* 1122 *Macrob. exc. Bob. Gr. l. V 650,29* 'grandescere hauctu'

1109 et tunde Q*V 1110 appareret L: Appariret OQ: Apperiret V 1111 consurget V* 1112 *ut. tit. rubris maiusc. scr.* O 1114 ad] ab Q^1 umore Q^*Q^1 corpora V terra QO^s: terre V: ter/// O* 1115 aetheraque aether F: aetheraque (*om.* aether) OQV: aëraque aër *Lachm.*; *at cf. Empedocl. fr. 109 et III 405* 1116 donique OQ*V: denique *Non.*, Q^1 extremum *Non.*, OQV: extremam *Lachm.*; *cf. I 555, Neue Formenl. I³ 1002* perfica *Non.*, O*Q: perficia V: perfice O^1 1117 naturae *Non.* creatrix *Non.*, O^1Q^1: cracreatrix O*Q*V 1119 uenas] m///nas O 1120 hic *Christ (cf. 1089)*: his OQV 1121 suit V* 1122 hilaro *Lambin*: hilar OQV adauctu OQ*V: hauctu Macr.: ad auctum Q^1 1124 corpora Q^1: cora OQ*: cor V

dum facile in uenas cibus omnis inditur, et dum
non ita sunt late dispersa, ut multa remittant
et plus dispendi faciant quam uescitur aetas.
nam certe fluere adque recedere corpora rebus
multa manus dandum est: sed plura accedere debent,
donec alescendi summum tetigere cacumen.
inde minutatim uires et robor adultum
frangit et in partem peiorem liquitur aetas.
quippe? etenim quanto est res amplior augmine adepto
et quo latior est, in cunctas undique partis
plura modo dispargit et a se corpora mittit,
nec facile in uenas cibus omnis diditur ei,
nec satis est, pro quam largos exaestuat aestus,
unde queat tantum suboriri ac subpeditare.
iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
sunt et cum externis succumbunt omnia plagis;
quando quidem grandi cibus aeuo denique defit,

1130 *Non. 248, 2 adolescere crescere, unde adolescentem dici [dicit* B^A *: dicimus* D^A*]. Lucretius lib. II* : denique [donique *Lachm.*] adulescendi [adolescendi] s. t. cacumen

---

1125 diditur *Lambin* 1126 dispessa *Munro (cf. III 998)* : dispersa OQV 1127 dispendia O* 1128 ~ *IV 860* Namque certe V flure V* 1129 manus] *ss.* l' minus Q^1 plura *om.* V debent F : debet OQV 1130 *Non. cf. supra!* tegere V* 1132 paiorem loquitur V 1133 quanto ampl plior V* : *del.* pl *post* am *et ss.* est res V^1 adepto O^1 *(cf. Sall. Cat. 7,3 Kritz)* : adempto O*QV 1136 uenias Q* diditur *Marullus* : deditur OQV 1137 largus QV 1138 queat *Marullus* : queant OQV 1139 rarefactas V fluenda Q*V 1140 extermis V : *in ras.* O 1141 grandi cibus O*QV : grandibus O^1

nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam
corpora conficere et plagis infesta domare.

1143a IAM SENEM MVNDVM ET OMNIA PVSILLA NASCI

Sic igitur magni quoque circum moenia mundi
1145 expugnata dabunt labem putris*que* ruinas;
omnia debet enim cibus integrare nouando
et fulcire cibus, *cibus* omnia sustentare,
ne quiquam, quoniam nec uenae suppetiantur
quod satis est, neque quantum opus est natura ministrat.
1150 iamque adeo fracta est aetas, effetaque tellus
uix animalia parua creat, quae cuncta creauit
saecla deditque ferarum ingentia corpora partu.
haud, ut opinor, enim mortalia saecla superne
aurea de caelo demisit funis in arua,
1155 nec mare nec fluctus plangentis saxa crearunt,
sed genuit tellus eadem quae nunc alit ex se.
praeterea nitidas fruges uinetaque laeta
sponte sua primum mortalibus ipsa creauit,

1142 *Fest. 480,32 = 481,8 Linds.* 1053.1054 *Gell. XIII 21,21 Lucr. aeque auribus inseruiens funem feminino genere appellauit in hisce uersibus* 1054 — funis] *Non. 205,21*

1142 *om.* V cuditantia Q 1143a O : *duos uu. vac. rel.* Q
1144 magni *om.* V 1145 lambe V putrisque Q^1L : putris OQ^*V^1 : patris V* 1146—1149 *transp. post* 1138 *Goebel, alii alio*
1147 cibus *alt. suppl. Is. Vossius* 1148 nec uenae] metumene V suppetiantur *scripsi* : perpetiantur Q^1 : perpetiuntur OQ^*V 1149 Quad V* 1150 fracta Q^1 : facta OQ^*V effectaque O* 1053 ut OQV : *om. Gell.* enim mortalia *Gell.* : et immortalia O : e in mortalia QV saecla tenere superne O* 1154 finis V 1155 plangenti V
1157 nitida Q* fuges V*

ipsa dedit dulcis fetus et pabula laeta;
quae nunc uix nostro grandescunt aucta labore,
conterimusque boues et uiris agricolarum
conficimus, ferrum uix aruis suppeditat *iam*:
usque adeo parcunt fetus augentque laborem.
iamque capud quassans grandis suspirat arator
crebrius, in cassum magnos cecidisse labores,
et cum tempora temporibus praesentia confert
praeteritis, laudat fortunas saepe parentis.
tristis item uetulae uitis sator adque *uietae*
temporis incusat momen, caelumque fatigat,
et crepat, anticum genus ut pietate repletum
perfacile angustis tolerarit finibus aeuom,
cum minor essed agri multo modus ante uiritim;
nec tenet omnia paulatim tabescere et ire
ad capulum, spatio aetatis defessa uetusto.

TITI LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER ·II· EXPLICIT

1160 *Non. 115,5* 1170 *Non. 255,18*

1160 quae *Non.*: Qua OQV libera V nostro O*QV¹: stro O¹: nosro V* aucta OQV: acuta *Non.* 1162 suppeditat i⟨am⟩ *Christ*: suppeditati OQV 1163 laborem *Pius*: labore OQV *(ex1160)* 1164 quassan V aratur V 1165 magnos Q¹: magnum ·OQ*V: manuum *Is. Vossius* labores OQV *(cf. Verg. Aen. VIII 378)*: laborem *It.* 1168 uietae *Heinsius (cf. III 385)*: fatigat *(ex 1169)* OQV 1169 momen *'quidam' auctor Pii*: nomen OQV caelumque *Wakefield*: saeclumque O: saeculumque Q: insaeculumque V (in = m, *quo in archetypo* nomen *correctum esse puto*) 1170 ut pietate *Non.*: ut pletate O: suppletate Q*: suppleta V: ubertate *ss.* Q¹ 1172 uiritim Q¹: diritim OQ*: diritum V 1174 capulum *Is. Vossius*: copulum Q*: scopulum OQ¹: scopullum V defessa Q: difessa O: defensa V

Subscribunt: TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA LIBER ·II· EXPLICIT. INCIPIT LIBER ·III· OV: *spatio quinque uu. relicto om.* Q*: Lucreti lib III Q²

INCIPIT LIBER TERTIVS.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
qui primus potuisti inlustrans commoda uitae,
te sequor, o Graiae gentis decus, inque tuis nunc
ficta pedum pono pressis uestigia signis,
non ita certandi cupidus quam propter amorem
quod te imitari aueo. quid enim contendat hirundo
cycnis, aut quid nam tremulis facere artubus haedi
consimile in cursu possint et fortis equi uis?

tu, pater, es rerum inuentor, tu patria nobis
suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute, chartis,
floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
aurea, perpetua semper dignissima uita.
nam simul ac ratio tua coepit uociferari
naturam rerum, diuina mente coorta,

---

7. 8. aut — uis] *Non. 306,8 . 420,39*

---

1 E *cod. Victorianus* : O OV : A Q^1 : *om.* Q* tam] tantum V* flumen O 2 uitae OQ^1 : uitat Q*V 3 o *om.* Q* 4 fictam V 6 aueo O*VQ^1 : abeo O^1 : habeo O^s : aeuo Q* contenda Q*V 7 Cycniis O : Cyiniis V : Ciniis Q* : Cignis Q^1 haedi] aeui *Non. 420* : et *Non. 306* 8 con simili *Non.* et] ac *Non. 420* 9 es OV : e Q* : o Q^1 10 Suppenditas V praeceptas Q*V 11 florifleris V* libant *Avancius* : limant OQV 12 depassimur V 13 perpetuat V^1 15 mentem V coorta *Orelli* : coortam O : coartam QV (*archet.* $coor^{a}$tam)

diffugiunt animi terrores, moenia mundi
discedunt, totum uideo per inane geri res.
apparet diuum numen sedesque quietae,
quas neque concutiunt uenti nec nubila nimbis
aspergunt neque nix acri concreta pruina
cana cadens uiolat semper*que* innubilus aether
integit et large diffuso lumine ridet;
omnia subpeditat porro natura, neque ulla
res animi pacem delibat tempore in ullo.
ad contra nusquam apparent Acherusia templa,
nec tellus obstat, quin omnia dispiciantur,
sub pedibus quae cumque infra per inane geruntur.
his ibi me rebus quaedam diuina uoluptas
percipit adque horror, quod sic natura tua ui
tam manifesta patens ex omni parte retecta est.

Et quoniam docui, cunctarum exordia rerum
qualia sint et quam uariis distantia formis
sponte sua uolitent aeterno percita motu,
quoue modo possint res ex his quaeque creari,
hasce secundum res animi natura uidetur

---

17 totum — res] *Non. 446,4 Lucr. lib. I (sic)*

---

17 discendunt V uideor V 18 nume V 20 acre Q* pruinas V 21 cane V semperque L : semper OQV sine nubibus (*om.* que) *It.* 22 ridet OQV *(cf. V 1395; II 32; Enn. Ann. 457; Petron. fr. 5b)* : rident *Lachm.* 24 in nullo V 25 aderusiam V 26 Ne V obstant V dispinciatur V 28 ibi *Pontanus* : ubi OQV : tibi *Marullus* rebur V 29 orro V sic natura *Avancius* : signatura OQV¹ : signagtura V* 31—34 = *IV 45—48* 31 Et *hic* OQV, *qui* Sed *IV 45* 32 ~ *II 334* quali Q* 33 aeterno *II 1055* : alterno OV *(cf. IV 47)* : alterna Q 34 motu Q his O : iis QV

adque animae claranda meis iam uersibus esse,
et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus,
funditus humanum qui uitam turbat ab imo,
omnia suffundens mortis nigrore, neque ullam
esse uoluptatem liquidam puramque relinquit.

HOMINES MORTEM MAXIME TIMERE

Nam quod saepe homines morbos magis esse timendos
infamemque ferunt uitam quam Tartara Leti,
et se scire animi naturam sanguinis esse,
aut etiam uenti, si fert ita forte uoluntas,
nec prosum quicquam nostrae rationis egere,
hinc licet aduertas animum magis omnia laudis
iactari causa quam quod res ipsa probetur.
extorres idem patria longeque fugati
conspectu ex hominum, foedati crimine turpi,
omnibus erumnis adfecti denique uiuunt,
et quo cumque tamen miseri uenere parentant
et nigras mactant pecudes et manibus diuis
inferias mittunt, multoque in rebus acerbis
acrius aduertunt animos ad religionem.
quo magis in dubiis hominem spectare periclis

---

39 mortis nigrore] *cf. Arnob. VII 15 (p. 249,27)* 52 *Non. 341,29*

---

36 clarenda V 38 uitat Q*V 39 suffundens *It.*: suffundans OQ : subffundas V 40a OV : *sp. rel. om.* Q AXIME V 41 morbus Q*V 43 se sciri Q : soerciri V *(i uidetur ex archetypi* anime *translatum)* animi O : anime QV 46 *post 43 transp. Bentley* 47 causa O1 : causam O*QV 50 adfeti V deniqui uiunt VQ1 52 et (*post* pecudes) *Non.*, Q : *om.* O : e V* magnibus [*uel* agnibus] *Non.* 53 inferias Q1 : inferia OQ*V

conuenit aduersisque in rebus noscere qui sit;
nam uerae uoces tum demum pectore ab imo
eliciuntur, *et* eripitur persona: manet res.
    denique auarities et honorum caeca cupido,
quae miseros homines cogunt transcendere fines
iuris et inter dum socios scelerum adque ministros
noctes adque dies niti praestante labore
ad summas emergere opes, haec uulnera uitae
non minimam partem mortis formidine aluntur.
turpis enim ferme contemptus et acris egestas
semota ab dulci uita stabilique uidetur
et quasi iam Leti portas cunctarier ante;
unde homines dum se falso terrore coacti
effugisse uolunt longe, longeque remosse,
sanguine ciuili rem conflant diuitiasque
conduplicant auidi, caedem caede accumulantes,
crudeles gaudent in tristi funere fratris,
et consanguineum mensas odere timentque.
    consimili ratione ab eodem saepe timore
macerat inuidia. ante oculos illum esse potentem,
illum aspectari, claro qui incedit honore,

70—72 *Macrob. Sat. VI 2,15*

58 eliciuntur OQV : eiciuntur *probabiliter Gifanius* et *It.* : *om.* OQV ; deripitur *claudicante uersu Brieger* manet res F : manare OQV 59 auarities O : auacies Q* : aruariciaes V 60 Quae O : Que Q¹ : Quem Q*V 61 socius Q*V ministres V* 62.63 = *II 12. 13* 62 tabore OQV *(cf. II 12)* 63 summes Q uulnera OQ : coulera (*ex exemplaris* uulnera?) V*; *ss.* n *super* e V¹ 64 No V formidinem V 66 uidentur *Lambin* 70 diciasque V 72 fratris *Macr.* : fratres OQV 73 consanguinium O 74 rationi Q : rationem V ab *om.* V 75 Macerati Q esse] semen V

ipsi se in tenebris uolui caenoque queruntur.
intereunt partim statuarum et nominis ergo.
et saepe usque adeo, mortis formidine, uitae
percipit humanos odium lucisque uidendae,
ut sibi consciscant maerenti pectore letum,
obliti fontem curarum hunc esse timorem:
hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitiai
rumpere et in summa pietatem euertere sorde.
nam iam saepe homines patriam carosque parentis
prodiderunt, uitare Acherusia templa petentes.
nam uel uti pueri trepidant adque omnia caecis
in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
inter dum, nihilo quae sunt metuenda magis quam
quae pueri in tenebris pauitant finguntque futura.
hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessest
non radii solis neque lucida tela diei
discutiant, sed naturae species ratioque.

93ª DE ANIMI ET ANIMAE NATVRA SENSVQVE

Primum animum dico, mentem quam saepe uocamus,
in quo consilium uitae regimenque locatum est,

---

94 *Charis. Gr. l. I 210,5 (ex Velio Long.)*

78 statuarum F : statum OQV 80 umanus V 81 consciscant L : coniciscant O*QV : conciscant O¹ latum Q*V 83 hic — hic *Bergson ante v.* 83 *lacunam stat. Munro* 84 pietatem *It.* : pietate OV : piaetate Q uertere V sorde *scripsi (i. q. infamia cf. Cic. ad Att.I 16,2)* : suadet OQV, *quod frustra tuetur R. Heinze* : fundo *Lambin* : clade *Bernays* : suauem *Birt* : suasu *Ernout* : fraude *Lachm.* : suesse *Merrill* 87—93 = *II 55—61; VI 35—41* 90 tinguntque Q*V 91—93 = *I 146—148; II 59—61; VI 39—41* 93ª OV : *sp. rel. om.* Q 94 quam *Charis.* : quem OQV 95 consilio V* 95 locatum *Marullus* : uocatum O QV

esse hominis partem nihilo minus ac manus et pes
adque oculei partes animantis totius extant.
at quidam contra haec haud nauiter exposuerunt
sensum animi certa non esse in parte locatum,
uerum habitum quendam uitalem corporis esse,
harmoniam Grai quam dicunt, quod faciat nos
uiuere cum sensu, nulla cum in parte siet mens;
ut bona saepe ualetudo cum dicitur esse
corporis, et non est tamen haec pars ulla ualentis.
sic animi sensum non certa parte reponunt;
magno opere in quo mi diuersi errare uidentur.
saepe itaque, in promptu corpus quod cernitur, aegret,
cum tamen ex alia laetamur parte latenti;
et retro fit uti contra sit saepe uicissim,
cum miser ex animo laetatur corpore toto;
non alio pacto quam si, pes cum dolet aegri,
in nullo caput interea sit forte dolore.
praeterea molli cum somno dedita membra
effusumque iacet sine sensu corpus honustum,
est aliud tamen in nobis quod tempore in illo
multimodis agitatur et omnis accipit in se

---

106 *Macrob. de uerbo Gr. l. V 650,34 aegrescit a uerbo aegret. : Lucretius* 'saepe — aegret'. *aegreo tamen dictum non est*

97 extat V 97ª *suppleui fragm. 6 usus : quamuis multa quidem sapientum turba putarit [putaret, putarunt] It.* 98 certe Q non] nosen V* 99 uitalem OV : uitali Q* : uitalis Q¹ 100 quam OV : eam Q faciat Q¹ : taciat O : tatiat Q*V 101 siet O : sit QV 102 *post* saepe *praeceperat* cum Q* 103 uelentis Q* 104 pate O (*corr.* O²) 106 promptu *Macr.*, O : prompto Q : prontu V* : pruntu V¹ cernimus *Macr.* aegret *Macr.* : aegrum OQV 107 pater V latentu Q : latentur V 108.109 *om.* V 108 uti *Lambin* : ubi OQ 113 honustum Q¹ (*cf. Seru. Aen. I 289*) : honestum OQ*V 114 est OQ¹ : es Q*V

laetitiae motus et curas cordis inanis. [possis
Nunc animam quoque ut in membris cognoscere
esse, neque harmonia corpus senteire solere,
principio fit uti detracto corpore multo
saepe tamen nobis in membris uita moretur;
adque eadem rursum, cum corpora pauca caloris
diffugere forasque per os est editus aër,
deserit extemplo uenas adque ossa relinquit;
noscere ut hinc possis non aequas omnia partis
corpora habere neque ex aequo fulcire salutem,
sed magis haec, uenti quae sunt calidique uaporis
semina, curare in membris ut uita moretur.
est igitur calor ac uentus uitalis in ipso
corpore, qui nobis moribundos deserit artus.
qua propter quoniam est animi natura reperta
atque animae quasi pars hominis, redde harmoniai
nomen, ad organicos alto delatum Heliconi,
siue aliunde ipsi porro traxere et in illam
transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat;
quidquid *id* est, habeant: tu cetera percipe dicta.

ANIMVM ET ANIMAM CONIVNCTA ESSE

Nunc animum adque animam dico coniuncta teneri
inter se adque unam naturam conficere ex se,

---

118 neque] que V* sentire *Wakefield* : interire OQV 123 uena Q* 129 qui *om.* Q* moribundis *Bergk* 132 Nome V ad organiquos alto V : ad organico saltu O* : ad organicos saltu Q* : ab organico salto O¹ : ad organicos salto Q¹ delato V* *ante* heliconi *2 litt.* (ab *uel* ex?) *erasae* V 133 trasere V : texere Q 135 id F : *om.* OQV est OQ : ex V habeat V* 135ª OV : *sp. rel. om.* Q 136 coniuncta O¹Q¹ : coniucta O*V : coniunc Q* 137 Iter V

sed capud esse quasi et dominari in corpore toto
consilium, quod nos animum mentemque uocamus.
idque situm media regione in pectoris haeret.
hic exultat enim pauor ac metus, haec loca circum
laetitiae mulcent: hic ergo mens animusquest.
cetera pars animae per totum dissita corpus
paret et ad numen mentis momenque mouetur:
idque sibi solum per se sapit: *id* sibi gaudet,
cum neque res animam neque corpus commouet una.
et quasi, cum capud aut oculus temptante dolore
laeditur in nobis, non omni concruciamur
corpore, sic animus non numquam laeditur ipse
laetitiaque uiget, cum cetera pars animai
per membra adque artus nulla nouitate cietur;
uerum ubi uementi magis est commota metu mens,
consentire animam totam per membra uidemus,
sudoresque ita palloremque existere toto
corpore et infringi linguam uocemque aboriri,
caligare oculos, sonere auris, succidere artus,
denique concidere ex animi terrore uidemus

---

156 *Non. 505,4* caligare — auris] *Prisc. VIII 96 (I 445,9 H.); IX 38 (474,6)*

---

140 medii Q pectores V* 143 discita V 144 momenque O*Q : nomenque VO¹ 145 id (*post* sapit) *Wakefield* : *om.* O*QV : *lac. sign.* O² : et L 146 r&/ anima V neque *ante* animam *transp.* Q ulla *Havercamp* 147 oculos QV 149 num nunqua V 151 nembra V nouitate *It.* : nouitatfi OQ : nouitadfi V cistitur V 152 commotam et humens Q* : commota et humens V 153 Consetirem V tota V 154 ita palloremque L : itaque pallorem OQV 156 sonere *Non.*, *Prisc. 445*, O*QV : sonare *Prisc. 474*, O¹

saepe homines; facile ut quiuis hinc noscere possit
esse animam cum animo coniunctam, quae cum
animi *ui*
percussast, exim corpus propellit et icit.

Haec eadem ratio naturam animi adque animai
corpoream docet esse; ubi enim propellere membra,
corripere ex somno corpus, mutareque uultum
adque hominem totum regere ac uersare uidetur,
quorum nihil fieri sine tactu posse uidemus,
nec tactum porro sine corpore, nonne fatendumst
corporea natura animum constare animamque?
praeterea pariter fungi cum corpore et una
consentire animum nobis in corpore cernis.
si minus offendit uitam uis horrida teli
ossibus ac neruis disclusis intus adacta,
ad tamen insequitur languor terraeque petitus
suauis, et in terra mentis qui gignitur aestus,
inter dumque quasi exurgendi incerta uoluntas.
ergo corpoream naturam animi esse necessest,
corporeis quoniam telis ictuque laborat.

159.160 *Non. 124,9*

---

158 hinc noscere O : hic noscere V : ignoscere Q posscі V
159 anima V cum anima (?) Q* ui *Marullus* (Q^2) : uis *Non.* : *om.* OQV
160 perculsa est exin *Non. (at cf. II 886)* et icit OQV : eicit *Non.*
161 animai Q^1 : anima OV : animam Q* 162 corporea V 165 fieri
O^1Q^1 : fleri O*Q* : feri V tac tum V 166 tatum V 170 offendit Q^1 :
offendis O*Q*V uitamus orida V teli *Marullus* : leti OQV 171 sintus
V 172 insequitur O^1Q^1 : insequetur O*Q*V 173 suauis OQV;
tuetur Heinze coll. Sen. ep. 77,9 : segnis *Munro* : suppus *Lachm.* mentis
It. : mentes OQV 176 corporeis O^2Q^1 : Corporis O*Q* : Cor V

Is tibi nunc animus quali sit corpore et unde
constiterit pergam rationem reddere dictis.
principio esse aio persubtilem atque minutis
perquam corporibus factum constare. id ita esse
hinc licet aduertas animum ut pernoscere possis.

DE MOBILITATE ANIMI .

nihil adeo fieri celeri ratione uidetur,
quam sibi mens fieri proponit et inchoat ipsa.
ocius ergo animus quam res se perciet ulla,
ante oculos quorum in promptu natura uidetur;
ad quod mobile tanto operest, constare rutundis
perquam seminibus debet perquamque minutis,
momine uti paruo possint inpulsa moueri.
namque mouetur aqua et tantillo momine flutat,
quippe uolubilibus paruisque creata figuris.
ad contra mellis constantior est natura
et pigri latices magis et cunctantior actus;
haeret enim inter se magis omnis materiai
copia, ni mirum, quia non tam leuibus extat
corporibus neque tam suptilibus atque rutundis.
namque papaueris aura potest suspensa leuisque
cogere ut ab summo tibi diffluat altus aceruus,

---

188 *Pauli exc. ex. Fest. 123,17 Linds. momen* : *momentum. Lucretius* 'momento [*l.* momine] *si* — moueri'

---

177 Isti di V qualis V 178 dictus V 179 aio] ea io Q persubtilem Q : persuptilem O : persuptinem V 181ª OV : *sp. rel. om.* Q 183 sibi *Wakefield* : si OQV inchoat] achot V* 184 percient V 185 promp Q* 186 Ad V : At OQ¹ : Aut Q* 188 uti OQV : si *Fest. (uide test.)* 189 momine OQ¹ : momeni Q* : momice V fluitat V* 192 cunctatior O* 194 nimia rum V¹ 197 ab] ad V defluat V

at contra lapidum coniectum spicarumque
noenu potest. igitur paruissima corpora pro quam
et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur;
at contra quae cumque magis cum pondere magno
asperaque inueniuntur, eo stabilita magis sunt.
Nunc igitur quoniamst animi natura reperta
mobilis egregie, perquam constare necessest
corporibus paruis et leuibus atque rutundis.
quae tibi cognita res in multis, o bone, rebus
utilis inuenietur et opportuna cluebit.

Haec quoque res etiam naturam dedicat eius,
quam tenui constet textura, quamque loco se
contineat paruo, sei possit conglomerari,
quod simul atque hominem leti secura quies est
indepta adque animi natura animaeque recessit,
nihil ibi libatum de toto corpore cernas
ad speciem, nihil ad pondus: mors omnia praestat,
uitalem praeter sensum calidumque uaporem.
ergo animam totam perparuis esse necessest
seminibus, nexam per uenas uiscera neruos;

---

207 *Ecl. Sang. p. 11*

---

198 coniectum OQV *(cf. IV 414)* : conlectum *Muretus* spicarumque OQ *(cf.* aspera *202; metrum tuentur Vergilii exempla Aen. VII 634; Georg. III 276)* : spiciarum quae V : caurus mouere *Bernays* : ipse eurus mouere *Munro* : spiritus acer *Lachmann* 199 Noenu OQ*: Nenu V : Nemo Q¹ potes V 200 et] E V feruuntur Q 203 quoniam est *cod. Barber. 154, Marullus* : quoniam OQV 205 atque] idque (?) V 210 Continuat V sei *scripsi* : se OQV : si *It.* 211 letis V setcura VQ* 212 Adepta Q¹ 213 libato V* 214 peciem V

qua tenus, omnis ubi e toto iam corpore cessit,
extima membrorum circumcaesura tamen se
incolumem praestat nec defit ponderis hilum.
quod genus est, Bacchi cum flos euanuit, aut cum
spiritus unguentei suauis diffugit in auras,
aut aliquo cum iam sucus de corpore cessit;
nihil oculis tamen esse minor res ipsa uidetur
propterea neque detractum de pondere quicquam,
ni mirum, quia multa minutaque semina sucos
efficiunt et odorem in toto corpore rerum.

227a TERTIAM ANIMAM ESSE MENTEM

quare etiam adque etiam mentis naturam animaeque
scire licet perquam pauxillis esse creatam
seminibus, quoniam fugiens nihil ponderis aufert.

Nec tamen haec simplex nobis natura putanda est.
tenuis enim quaedam moribundos deserit aura
mixta uapore, uapor porro trahit aëra secum.
nec calor est quisquam, cui non sit mixtus et aër;
rara quod eius enim constat natura, necessest
aëris inter eum primordia multa moueri.

---

219 *cf. Arnob. p. 120,15 Reiff.*

---

218 omnis ubi e (et Q) toto OQ : omnium subiectoto V 219 ~ *IV 647* Extimbra membrorum V 222 unguentei *Lachm.* : unguente O : unguentes Q* : unquentes V : unguentis Q¹ 224 nil *It.* : nilo *Heinsius at cf. V 569.572* esse OQ¹ : sse Q*V 227 rei *Lachm.* 227a OV : *sp. rel. om.* Q 228 adque eticiam V 229 oreatam V* 231 Ne V 232 Tenuis O¹Q¹ : Tenus O*Q*V queram V descerit auram V* 234 non sit mixtus et aer OQ : non sit mistus aeter V : mixtus non siet aer *male Lachm.* 236 inter eum *iterant* OQV multa moueri O¹ : multam quaeri O*Q : multam V

iam triplex animi est igitur natura reperta,
nec tamen haec sat sunt ad sensum cuncta creandum;
nihil horum quoniam recipit *se* posse creare
sensiferos motus, qui dum quae mente uolutat?

240a QVARTAM SINE NOMINE ANIMAM

Quarta quoque his igitur quaedam natura necessest
adtribuatur: east omnino nominis expers;
qua neque mobilius quicquam neque tenuius exstat,
nec magis est paruis et leuibus ex elementis,
sensiferos motus quae didit prima per artus.
prima cietur enim, paruis perfecta figuris;
inde calor motus et uenti caeca potestas
accipit, inde aër, inde omnia mobilitantur:
concutitur sanguis, tum uiscera persentiscunt
omnia, postremis datur ossibus adque medullis
siue uoluptas est siue est contrarius ardor.
nec temere huc dolor usque potest penetrare neque acre
permanare malum, quin omnia perturbentur
usque adeo, *ut* uitae desit locus adque animai

---

239 se *scripsi*: mens OQV *(cf. 240)*: res *Bernays*: quem *(i. e. sensum 238) Lachm.* 240 qui dum *Lotze*: quaedam OQ: quodam V: qui dant *Vossius*: nedum *Polle* quae O: que QV: uis *Lachm.* mente *(quod recte explicatur glossa* mens *239, cf. II 18)* OQV: menti' *Lachm.* uolutat OQV: uolutas *Lotze*: uolutant *It.* 240a OV: *sp. rel. om.* Q: *in mrg.* De spiritu Q^1 QVARTA V 243 tenuius *It.*: tenuis OQ: nuis V 244 est paruis et leuibus ex *It.*: e paruis et leuibus ex OQ: se paruis eleuibus ex V: et paruis et leuibus ex *Lachm.*: e paruis et leuibus est *Wakefield, cf. VI 330.353* 247 et] e V 248 inde aer] indier V 249 sanguis tum *Pontanus*: tum sanguis OQV persentiscunt F: persentisiunt OQV 253 permanere QV 254 ut *Lambin*: *om.* OQV

diffugiant partes per caulas corporis omnis.
sed plerumque fit in summo quasi corpore finis
motibus: hanc ob rem uitam retinere ualemus.

Nunc ea quo pacto inter sese mixta quibusque
compta modis uigeant rationem reddere auentem
abstrahit inuitum patrii sermonis egestas;
sed tamen, ut potero summatim attingere, tangam.

CONIVNCTIO ANIMI ET ANIMARVM

Inter enim cursant primordia principiorum
motibus inter se, nihil ut secernier unum
possit nec spatio fieri diuisa potestas,
sed quasi multae uis unius corporis extant.
quod genus in quouis animantum uiscere uolgo
est odor et quidam color et sapor, et tamen ex his
omnibus est unum perfectum corporis augmen,
sic calor atque aër et uenti caeca potestas
mixta creant unam naturam et mobilis illa
uis, initum motus ab se quae diuidit ollis,

---

260 *Plin. Ep. 4,18 inopia uel potius, ut L. ait,* egestate patrii sermonis 265 *cf. ad II 586*

---

255 Diffugiat Q* caulas Q^1: culuias OQ*: culuia V 256 corporis V 257 retinere ualemus O^sQ^1: retinemus ualemus (O*?) Q*V: retinemu' ualentes *Lachm.* 258 quo] que V inter se sint mixta *Brieger* 259 habentem O^1: uentem V 260 patriis V 261 ut Q: ui OV summati V attigere Q: tingere V 261a OV: *sp. rel. om.* Q: *in mrg.* De spiritu Q^1 263 nihil ut OV: nihil Q*: ut nihil Q^1: nil ut *Lachm.* cernier Q 266 uiscere Q: uisere O: uiserere V 267 quidem Q color *Lambin*: calor OQV ē *(i. e. est)* sapor V his O: iis QV 269 atque] aque Q aer] ar V caeca] a a V*: *priori* a *ss.* c V^1 270 mixtam Q* illam V 271 init tum Q^1 illos QV

sensifer unde oritur primum per uiscera motus.
nam penitus prorsum latet haec natura subestque,
nec magis hac intra quicquam est in corpore nostro,
adque anima est animae proporro totius ipsa.
quod genus in nostris membris et corpore toto
mixta latens animi uis est animaeque potestas,
corporibus quia de paruis paucisque creatast,
sic tibi nominis haec expers uis, facta minutis
corporibus, latet adque animae quasi totius ipsa
proporrost anima et dominatur corpore toto.
consimili ratione necessest uentus et aër
et calor inter se uigeant commixta per artus,
adque aliis aliud subsit magis emineadque,
ut quiddam fieri uideatur ab omnibus unum,
ni calor ac uentus seorsum seorsumque potestas
aëris interemant sensum diductaque soluant.

287ª DE VARIETATE ANIMI

Est etiam calor ille animo, quem sumit, in ira
cum feruescit et ex oculis micat acribus ardor.
est et frigida multa, comes formidinis, aura,
quae ciet horrorem membris et concitat artus;

---

272 sensifer O^1Q^1: sensiferer O*Q*V 273 haec] nec V 274 intra *It.*: infra OQV 277 latest animis uis V 278 corporibus OV: corporis Q*: corporeis Q^1 279 facta minutis OQ^1: fatiam Inutis Q*: facia minutis V 280 latet Q^1: late OQ*V 282 tacione V uentus ether V 285 uidentur O* 287 Eris V 287ª OV: *sp. rel. om.* Q 288 etiam OQ: eciam V: etenim *Faber* 289 feruescat O*: feruescet QVO^1: *corr. It.* acribus *Lambin (cf. 294 et Verg. Aen. XII 102)*: acrius OQV: *omissam* b *notat signo* O^2 290 et] ea *temere Lachm.* frigidam V 291 concitat O^1: inconcitat O*Q: incontat V (*archet.* in concitat)

est etiam quoque pacati status aëris ille,
pectore tranquillo qui fit uoltuque sereno.
sed calidi plus est illis quibus acria corda
iracundaque mens facile efferuescit in ira,
quo genere in primis uis est uiolenta leonum,
pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes
nec capere irarum fluctus in pectore possunt;
ad uentosa magis ceruorum frigida mens est
et gelidas citius per uiscera concitat auras,
quae tremulum faciunt membris existere motum.
ad natura boum placido magis aëre uiuit,
nec nimis irai fax umquam subdita percit
fumida, suffundens caecae caliginis umbram,
nec gelidis torpet telis perfixa pauoris,
interutrasque sitast ceruos saeuosque leones.
sic hominum genus est: quamuis doctrina politos
constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit
naturae cuiusque animi uestigia prima.
nec radicitus euelli mala posse putandumst,
quin procliuius hic iras decurrat ad acreis,

---

292 Esciam V 293 Pectore O^1 (e *ult. in ras. 2 litt.*) : Pertore QV qui fit *Marullus* : fit qui OQV noltuque O : nultoque V* : uultuque QV^1 298 *ante* 296 *transp. Lachm.* 300 scicius V aures Q^1V 302 marssa ere uiuit V 303 nimis F : minus OQV subdicta V 304 Fumida suffundens O^1 : Fumidas effundens O*V : Fumides effundens Q umbram OV : umbra Q 305 Nec genit distorpet V pauoris *Marullus* (O^2) : uaporis O*Q : napori V 306 interutrasque sitas OQ*V (sita *corr.* Q^1) : *corr. It.* : inter utrosque sitast *Avancius* : inter utrasque ita sunt *Merrill* : inter utraque secus *Lachm.* 307 politus Q*V 309 naturae *Marullus* : Natura OQV animi OQV : anime Q^1 310 raditus V* 311 ira Q*V decurrit O* acreis *Wakefield (cf. Lachm. ad V 1280)* : acras O* : acris QVO^1

ille metu citius paulo temptetur, at ille
tertius accipiat quaedam clementius aequo.
inque aliis rebus multis differre necessest
naturas hominum uarias moresque sequacis;
quorum ego nunc nequeo caecas exponere causas,
nec reperire figurarum tot nomina quod sunt
principiis, unde haec oritur uariantia rerum.
illud in his rebus uideo firmare potesse,
usque adeo naturarum uestigia linqui
paruola, quae nequeat ratio depellere nobis,
ut nihil inpediat dignam dis degere uitam.

Haec igitur natura tenetur corpore ab omni,
ipsaque corporis est custos et causa salutis.
nam communibus inter se radicibus haerent,
nec sine pernicie diuelli posse uidentur.
quod genus e thuris glaebis euellere odorem
haud facile est, quin intereat natura quoque eius,
sic animi atque animae naturam corpore toto
extrahere haut facile est, quin omnia dissoluantur.
inplexis ita principiis ab origine prima

---

318 *Non.* 184,10

---

312 metur V 316 equeo Q* exponire Q* 317 to nomina V* quod O*QV, *quod* quot *corrigens recte explicat* O¹ 319 his] gis V uideor O² *(Faber)* : fido *Merrill conl. V 390* firmare O² *(It.)* : formare OQV 321 nequeat O¹ : niqueat O*V : iniqueat Q* : queat Q¹ nobis *Lachm.* : noctis O : noctes QV : doctis *Brieger* 322 dis] uis V 323 Hece igitur nanatura V* corpora Q* 324 custus QV 325 = *V 554* 326 deuelli V*

inter se fiunt consorti praedita uita,
nec sibi quaeque sine alterius ui posse uidetur
corporis atque animi seorsum sentire potestas,
sed communibus inter eas conflatur utrimque
motibus accensus nobis per uiscera sensus.

Praeterea corpus per se nec gignitur umquam
nec crescit neque post mortem durare uidetur.
non enim, ut umor aquae dimittit saepe uaporem,
qui datus est, neque ea causa conuellitur ipse,
sed manet incolumis, non, inquam, sic animai
discidium possunt artus perferre relicti,
sed penitus pereunt conuulsi conque putrescunt.
ex ineunte aeuo sic corporis atque animai
mutua uitalis discunt contagia motus,
maternis etiam membris aluoque reposta,
discidium *ut* nequead fieri sine peste maloque;
ut uideas, quoniam coniunctast causa salutis,
coniunctam quoque naturam consistere eorum.

DE SENSV CORPORIS ET ANIMI

Quod super est, siquis corpus sentire refutat,
atque animam credit permixtam corpore toto

---

332 consorti fiunt O*QV : *transp. Marullus* (O²) praedicta V uita Q¹ : uitae OQ*V 335 eas *(sc. potestates) Lachm.* : eos OQV : se *Merrill* 336 uiscera QO¹ : uicera O*V 337 propterea *Heinze* 339 ut *om.* V 340 ipse OV : ipsa Q 341 incolumnis V 343 putescunt V 346 reposta *cod. Barber. 154*, *Avancius* : reposto OQV 347 ⟨*ut*⟩ *Marullus* : *om.* OQV 349ª OV : *sp. rel. om.* Q 350 renutat *Lambin*

suscipere hunc motum quem sensum nominitamus,
uel manifestas res contra uerasque repugnat.
quid sit enim corpus sentire quis adferet umquam,
si non ipsa palam quod res dedit ac docuit nos?
'ad dimissa anima corpus caret undique sensu':
perdit enim quod non proprium fuit eius in aeuo,
multaque praeterea perdit, quom expellitur aeuo.

Dicere porro oculos nullam rem cernere posse,
sed per eos animum ut foribus spectare reclusis,
difficilest, contra cum sensus ducat eorum;
sensus enim trahit atque acies detrudit ad ipsas,
fulgida praesertim cum cernere saepe nequimus;
lumina luminibus quia nobis praepediuntur.
quod foribus non fit; neque enim, qua cernimus ipsi,
ostia suscipiunt ullum reclusa laborem.
praeterea si pro foribus sunt lumina nostra,
iam magis exemptis oculis debere uidetur
cernere res animus sublatis postibus ipsis.

---

352 nominitamus] *cf. Arnob. VII 46 (p. 280,22)* 359 *sqq. cf. Lact. de opif. 8,12*

---

352 motus V monitamus V 353 repugnant QV* 356 undisque V 357 Perdit O¹: Perdi O*QV 358 nullaque *temere Lachm.;* praeterea *i. e. praeter sensum* quom expellitur aeuo *Lachm.* : um expellitur aeuo quam OQ*V (quam *del.* Q¹): cum exp. aeuo *It.* : quam expellitur ante *scite Munro* 361 Difficilest OQ : Defficilest V : desiperest *Lachm., at cf. V 526* cum *om.* V* sensum V dicat *Lambin* orum V* 362 datradit V* ipsa V 363 *ante* 362 *transp. Lachm.* 365 qua OQV *(cf. V 102)* : quia *Lachm.* : qui *conl. III 700, V 233 Merrill* 367 si *om.* V 368 deuere uidetur V¹: deuedetur V* 369 ipsi V

369a CONTRA DEMOCRITVM DE ANIMO ET ANIMA

370 Illud in his rebus nequaquam sumere possis,
Democriti quod sancta uiri sententia ponit,
corporis atque animi primordia, singula priuis
adposita, alternis uariare, ac nectere membra.
nam cum multo sunt animae elementa minora
375 quam quibus e corpus nobis et uiscera constant,
tum numero quoque concedunt et rara per artus
dissita sunt, dum taxat ut hoc promittere possis,
quantula priua queant nobis iniecta ciere
corpora sensiferos motus in corpore, tanta
380 interualla tenere exordia priua animai.

380a CORPVS NON SENTIRE PER SE SINE ANIMI MOTV

nam neque pulueris inter dum sentimus adhaesum
corpore nec membris incussam sidere cretam,
nec nebulam noctu neque arani tenuia fila
obuia sentimus, quando obretimur euntes,
385 nec supera capud eiusdem cecidisse uietam

---

372 priuis] *cf. Arnob. V 22 (p. 193,9)* 381 *Non. 73,7* 385.386 *Donat. Ter. Eun. 688 (I 416,10 Wessn.) L. araneae dixit* uietam uestem 386 *Pauli exc. ex Fest. p. 246,6 Linds.; cf. Seren. Sam. 966.*

369a OV : *sp. rel. om.* Q 371 = *V 622* Democri Q* sentia V 372 singulas V* priuis *Bentley (cf. Arnob.)* : primis OQV *(cf. 378.380)* 373 Adpositis QV necte V* membra] nebrio V 374 elementa minora animai *Lachm., at cf. de hiatu Leo Plaut. Forsch.*² *356* minoras V* 375 e] et O¹Q¹ 376 quoque *om.* V* 378 priua *Bentley (ut 380)* : prima OQV *(cf. IV 113?)* 379 sensiferus Q*; sensifer+ *(i. e. um)* V 380a *post* 378 *inscite inserunt* OV : *om. sp. rel.* Q : *transposui* CORPVSENTIRE V* MOTVS V 382 membros O* incusssum sidera creatam V 383 noctum V arani OQV *(cf. Carm. epigr. 1053,1 Buech. aranist)* : aranei *Lachm.* tenuia O¹ : tenulla O*QV¹ : tenulia V* filia V* 385 cecidesse V

uestem, nec plumas auium papposque uolantis,
qui nimia leuitate cadunt plerumque grauatim,
nec repentis itum cuiusuis cumque animantis
sentimus, nec priua pedum uestigia quaeque,
corpore quae in nostro culices et cetera ponunt.
usque adeo prius est in nobis multa ciendum
semina, corporibus nostris inmixta per artus
quam primordia sentiscant concussa animai
et tantis interuallis tuditantia possint
concursare coire et dissultare uicissim.

Et magis est animus uitai claustra coërcens
et dominantior ad uitam quam uis animai.
nam sine mente animoque nequit residere per artus
temporis exiguam partem pars ulla animai,
sed comes insequitur facile et discedit in auras
et gelidos artus in leti frigore linquit.
at manet in uita cui mens animusque remansit;
quamuis est circum caesis lacer undique membris
truncus, adempta anima circum membrisque remota

---

386 auios Q 389 sentiamus QV 391 in *om.* V ciendum V : ciendo OQ 393 *ante* 392 *transp. Marullus* *interpunxi post* semina, *vulgo post* artus 394 tantis *Wakefield (cf. 379)* : quantis OQV : quam in his *Lachm.* : quam sis *(i. e. suis) Turnebus* : quam illa his *Merrill* tuditantia O : tudiantia QV¹ : tudia V* 395 uirissim Q* 397 dominantium QV 399 exiguam O¹ : exigiam O*QV 400 cumes QV : cum mens *in mrg.* Q¹ et Q¹ : e OQV : *om.* Q¹ *in mrg.* discederit Q* 401 gelidas Q* : gelidus V 403 est circum F : est cretum OQ*V : l'excretus Q¹ cecis OV lacer undique O*Q : later undique V : lacerandique O¹ 404 remota Q¹ : remot Q* : remotus OV

uiuit et aetherias uitalis suscipit auras,
si non omnimodis, at magna parte animai
priuatus, tamen in uita cunctatur et haeret;
ut, lacerato oculo circum si pupula mansit
incolumis, stat cernundi uiuata potestas,
dum modo ne totum corrumpas luminis orbem,
et circum caedas aciem solamque relinquas;
id quoque enim sine pernicie non fiet eorum.
at si tantula pars oculi media illa peresa est,
occidit extemplo lumen tenebraeque secuntur,
incolumis quamuis alioquist splendidus orbis.
hoc anima atque animus uincti sunt foedere semper.

ANIMAM NATIVAM ET MORTALEM ESSE

Nunc age, natiuos animantibus et mortalis
esse animos animasque leuis ut noscere possis,
conquisita diu dulcique reperta labore
digna tua pergam disponere carmina uita.
tu fac utrumque uno subiungas nomine eorum,

---

405 aetherias OQV : aërias *temere Lachm.* susciptat V¹ (suscipsat? V*) 406 magnam partem V 408 lacerato QO¹ : tacerato O* : lacereto V oculu V si *om.* V 410 totum] tum V* 411 circum] cir Q* cedans V solam /////// que V 412 Q *in ras. scripsit* : *a vituperutore poetae additum putabat Lachm.*, eorum *(i. e. oculorum) quo pertineret ignarus* confiet *Lambin* eorum] oclorum *Woltjer* : et orbei *Munro, omnia frustra* 413 At tantula *(*At tan *in ras. 7 litt.)* V peressa est V 414 tenebrique Q : tenebrae *om.* V 415 *del. Lachm.* alioquist *Kannengießer* : alioqui OQV : aliquoi sit *Munro* splendeat *Bockemüller* 416 uincti sunt O : uinctis QV 416ᵃ OV : *sp. rel. om.* Q 417 agem V natiuus Q*V mortalis *It.* : mortalibus OQV 418 animos OQ¹ : animas Q* : animus V 420 uita OQV : cura *Lachm.* 421 uni subiungas nomen *haud recte Lachm.* nomine Q¹ : nome OQ*V

atque animam uerbi causa cum dicere pergam,
mortalem esse docens, animum quoque dicere credas,
qua tenus est unum inter se coniunctaque res est.

Principio quoniam tenuem constare minutis
corporibus docui multoque minoribus esse
principiis factam quam liquidus umor aquai
aut nebula aut fumus (nam longe mobilitate
praestat et a tenui causa magis icta mouetur,
quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque mouetur;
quod genus in somnis sopiti ubi cernimus alte
exalare uaporem altaria ferreque fumum;
nam dubio procul hinc nobis simulacra geruntur)
nunc igitur quoniam quassatis undique uasis
diffluere umorem et laticem discedere cernis,
et nebula ac fumus quoniam discedit in auras,
crede animam quoque diffundi multoque perire
ocius et citius dissolui in corpora prima,
cum semel ex hominis membris ablata recessit.
quippe? etenim corpus, quod uas quasi constitit eius,

---

422 causam Q* pergans V 425 teuem Q* 428 nam] iam *Lachm.* 429 praestat Q^1: praestata OQ*V 430 *del. Lachm.* fulmi O* maginibus Q*V mouetur *Marullus*: mouentur OQV 431 in OQV: est *Lachm.* alte *Lachm.*: alta OQV 432 uaporem O^1: uapore O*QV fumum] summum V 433 *del. Lachm.* dubio procul hinc *ut solet poeta restitui*: procul haec dubio OQV^1: procul & dubio V*; hinc *praeiuit Bentley* geruntur OQV *(cf. III 17?)*: genuntur *probabiliter Lambin*: feruntur *Creech* 436 nebulam V discedat Q 437 Crede O^1: Credeo O*Q: Credo V (Crede° *archet.*) 438 Ocius Q^1: Opius OQ*V in Q^1: *om.* OQ*V pima Q* 440 constituit Q*

cum cohibere nequit conquassatum ex aliqua re
ac rarefactum detracto sanguine uenis,
aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo,
corpore qui nostro rarus magis, incohibens sit?

ANIMVM ET CORPVS SIMVL NASCI ET CRESCERE ET SIMVL INTERIRE

Praeterea gigni pariter cum corpore et una
crescere sentimus pariterque senescere mentem.
nam uel ut infirmo pueri teneroque uagantur
corpore, sic animi sequitur sententia tenuis;
inde ubi robustis adoleuit uiribus aetas,
consilium quoque maius et auctior est animi uis;
post ubi iam ualidis quassatum est uiribus aeui
corpus et obtusis ceciderunt uiribus artus,
claudicat ingenium, delirat lingua, *labat* mens,
omnia deficiunt atque uno tempore desunt.
ergo dissolui quoque conuenit omnem animai
naturam, ceu fumus, in altas aëris auras;
quando quidem gigni pariter pariterque uidemus
crescere et, *ut* docui, simul aeuo fessa fatisci.

---

441 cum OQV : quam *probabiliter Marullus* 443 que V credis QV hac V* cohiberier $O^{s}Q^{1}$: cohibereer (O*?)Q*V 444 incohibens sit *Woltjer* : incohibescit OQV : incohibensquest *Bergk* : nil cohibessit *Bockemüller* : is *(sc. aēr)* cohibessit *Lachm.* 444ª *2 uu.* OV : *sp. 3 uu. rel. om.* Q 445 gigni V* 446 *ante* crescere add. Cum V 448 sentia V 450 magius V auctior Q^{1} ; auctor OQ*V 453 ⟨*labat*⟩ *suppl. Lachm.* : madet *(cf. 479)* Q^{1} : *om.* OQV 456 aëris *lt.* : acris OQV auras OV : alta Q 457 que] qui V 458 ut Q^{1} : *om.* OQ*V fatisci L : faetis OQ* : fetis V : fatiscit Q^{1}

Huc accedit uti uideamus, corpus ut ipsum
suscipere inmanis morbos durumque dolorem,
sic animum curas acris luctumque metumque;
quare participem leti quoque conuenit esse.
quin etiam morbis in corporis auius errat
saepe animus; dementit enim deliraque fatur,
inter dumque graui lethargo fertur in altum
aeternumque soporem oculis nutuque cadenti;
unde neque exaudit uoces nec noscere uoltus
illorum potis est, ad uitam qui reuocantes
circum stant lacrimis rorantes ora genasque.
quare animum quoque dissolui fateare necessest,
quandoquidem penetrant in eum contagia morbi;
nam dolor ac morbus leti fabricator uterquest,
multorum exitio perdocti quod sumus ante.

‖ et quoniam mentem sanari corpus ut aegrum
et pariter mentei sanari corpus sinapi . . . ‖

---

471 *Non. 199,2*

---

459 ut] et V 460 morbus Q*V 461 acrisque lectum (*ss.* u V^1) metumque V* 462 participem O^1 : particidem O*QV 463 corporibus V auus V* 465 deumque (?) O* 466 nutumque QV 467 exaudi V* 470 fateare *It.* : fatere OQV 471 penetrat V 472 dolor L : polor O*QV : palor Q^1 474.475 *del. Lambin; incohata est carminis pars, quam postquam 510 aliter continuauit poeta, hic delere oblitus est* 475 mentei *scripsi (cf. VI 171)* : mentem OQV; sanari *iteratur propter* pariter *ut V 673.674* corpu sinapi *scripsi* : corpus inani OQV; *de sinapi lethargi (cf. 465) medela cf. Celsus III 20,4 Heraclidem Tarentinum secutus (Cael. Aur. ac. II 9, 53)*

Denique cor, hominem cum uini uis penetrauit
acris et in uenas discessit diditus ardor,
consequitur grauitas membrorum, praepediuntur
crura uacillanti, tardescit lingua, madet mens,
nant oculi, clamor singultus iurgia gliscunt,
et iam cetera de genere hoc quae cumque secuntur,
cur ea sunt, nisi quod uehemens uiolentia uini
conturbare animam consueuit corpore in ipso?
ad quae cumque queunt conturbari inque pediri,
significant, paulo si durior insinuarit
causa, fore ut pereant aeuo priuata futuro.

Quin etiam subito ui morbi saepe coactus
ante oculos aliquis nostros, ut fulminis ictu,
concidit et spumas agit, ingemit et tremit artus,
desipit, extentat neruos, torquetur, anhelat
inconstanter, et in iactando membra fatigat.
ni mirum, quia uist morbi distracta per artus,
turbat agens anima spumas, *ut* in aequore salso
uentorum ualidis feruescunt uiribus undae.

---

476 cor OQ*V : cur Q¹ 477 inuenias Q* ador V 479 uacillanti O¹V¹ : uacilianti O*Q* : uaciliaanti V* : uacilanti Q¹ tardescet V 481 cetere Q : cerare V 482 cur ea L : curba OQV nisi *om.* V uehemens OQ¹ : uemens Q* : duo hems V* : duohemens V¹ 484 conturbare Q* 486 ut fore *transp.* V pereant QO¹ : pereunt O*V 487 subito *om.* V* 488 nostro Q* 490 extat V 491 inconstante V 492 quia LF : qua OQV uist *scripsi* : uis OQV : ui *Brieger* *post* 492 *intercidisse versum velut 'tum penitus disiectatur natura animai' coni. Brieger* 493 animă *Tohte* : animam OQV : animā *Heinze* spumas *Tohte* : spumans OQV *(cf. 489)* : spumat *Lachm.* ⟨*ut*⟩ *It.* : *om.* OQ*V : velut (*deleto* in) Q¹ : ⟨*quasi*⟩ *Lachm.* 494 fruescunt V

exprimitur porro gemitus, quia membra dolore
adficiuntur, et omnino quod semina uocis
eiiciuntur et ore foras glomerata feruntur
qua quasi consuerunt et sunt munita uiai.
desipientia fit, quia uis animi atque animai
conturbatur et, ut docui, diuisa seorsum
disiectatur eodem illo distracta ueneno.
inde ubi iam morbi reflexit causa, reditque
in latebras acer corrupti corporis umor,
tum quasi uaccillans primum consurgit et omnis
paulatim redit in sensus animamque receptat.

haec igitur tantis ubi morbis corpore in ipso
iactentur miserisque modis distracta laborent,
cur eadem credis sine corpore in aëre aperto
cum ualidis uentis aetatem degere posse?

Et quoniam mentem sanari corpus ut aegrum
cernimus et flecti medicina posse uidemus,
id quoque praesagit mortalem uiuere mentem.
addere enim partis aut ordine traiecere aecumst
aut aliquid prosum de summa detrahere hilum,
commutare animum qui cumque adoritur et infit
aut aliam quamuis naturam flectere quaerit.
at neque transferri sibi partis nec tribui uult

---

495 gemtus O*: gemitur V dolorem V 497 eiiciuntur *'uiri doctissimi' Lambini*: Eliciuntur OQV glorata V 498 uiai *It. (cf. IV 415)*: uia OQV 499 Dissipientia V fit *om.* V 500 ut *om.* V 502 ubiam V reflex V 504 quamsi Q* 505 animasque V 507 Iacentur QV ine V 511 posse *om.* V 513 ordinem traiacere V 516 fletere V 517 transferris V

inmortale quod est quicquam neque defluere hilum.
nam quod cumque suis mutatum finibus exit,
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.
ergo animus siue aegrescit, mortalia signa
mittit, uti docui, seu flectitur a medicina.
usque adeo falsae rationi uera uidetur
res occurrere et effugium praecludere eunti,
ancipitique refutatu conuincere falsum.

Denique saepe hominem paulatim cernimus ire
et membratim uitalem deperdere sensum;
in pedibus primum digitos liuescere et unguis,
inde pedes et crura mori, post inde per artus
ire alios tractim gelidi uestigia leti.
scinditur atque animi hoc quoniam natura nec uno
tempore sincera existit, mortalis habendast.
quod si forte putas ipsam se posse per artus
introsum trahere et partis conducere in unum
atque ideo cunctis sensum deducere membris,
ad locus ille tamen, quo copia tanta animai
cogitur, in sensu debet maiore uideri;

519.520 = *I 670.671; 792.793; II 753.754* 521 animo V*: animum V^1 agrescit Q* 522 deocui O*Q*V* seu] seo V* 523 rationi O^1: rationis O*QV uidentur V* 525 refutatu Q^1: refutatur OQ*V 527 uitalem $OQ^1(V^*)$: utalem Q^*V^1 disperdere Q 529 pede V 531 Sicintur V atque animi hoc *scripsi (de* hoc *causali cf. IV 360.622; Hiden, Arch. f. lat. Lex. XI 103)*: atque animo haec (hec V) OQV (*archet.* animi haec): atqui animae haec *Lambin*: itque animae hoc *Munro (at cf. Leo Plaut. F.*^{2} *356)*: aeque animi haec *Bernays*: aeque animae heic *Polle*: usque adeo *Lachm.* netuno V 535 deducere *It.*: diducere OQV 536 copia] pia Q* tanta *om.* V*

qui quoniam nusquamst, ni mirum, ut diximus *ante*,
dilaniata foras dispargitur, interit ergo.
quin etiam si iam libeat concedere falsum,
et dare posse animam glomerari in corpore eorum,
lumina qui lincunt moribundi particulatim,
mortalem tamen esse animam fateare necesse,
nec refert utrum pereat dispersa per auras
an contracta suis e partibus obbrutescat,
quando hominem totum magis ac magis undique sensus
deficit et uitae minus et minus undique restat.

Et quoniam mens est hominis pars una, loco quae
fixa manet certo, uel ut aures adque oculi sunt
adque alii sensus qui uitam cumque gubernant,
et uel uti manus adque oculus naresue seorsum
secreta ab nobis nequeunt sentire neque esse,
sed tamen in paruo licuntur tempore tabe,
sic animus per se non quit sine corpore et ipso
esse homine, illius quasi quod uas esse uidetur,
siue aliud quid uis potius coniunctius ei
fingere, quandoquidem conexu corpus adhaeret.

---

544 *Non. 77,26*

---

538 ⟨*ante*⟩ L : *om.* OQV 539 Delaniata V* dispargitur OV : dispergitur Q 543 esse *om.* V* 544 urum Q* dispersa Q¹ : disperse OQ*V 545 contractas suisse V 548 loco quae *Lachm.* : locoque OQV 549 Fixsat V oculis Q* 551 ueluti OQ : deluti V adque V : atque OQ : aut *Lachm.* ; *cf. 616* 553 licuntur *Creech* : linguntur OQV : liquuntur *Is. Vossius* : linquuntur F : lincuntur *Lachm.* tabe *Creech* : *(cf. I 806)* : tale V : tali OQ : tabi *Lachm.* 555 homine O¹ : hominem O*QV uas esse L : uasse O : uase QV 557 adhaeret O : adhaceret V : *om.* Q

Denique corporis adque animi uiuata potestas
inter se coniuncta ualent uitaque fruuntur;
nec sine corpore enim uitalis edere motus
sola potest animi per se natura nec autem
cassum anima corpus durare et sensibus uti.
scilicet, auolsus radicibus ut nequit ullam
dispicere ipse oculus rem seorsum corpore toto,
sic anima adque animus per se nihil posse uidetur.
ni mirum, quia *per* uenas et uiscera mixtim,
per neruos adque ossa tenentur corpore ab omni
nec magnis interuallis primordia possunt
libera dissultare, ideo conclusa mouentur
sensiferos motus, quos extra corpus in auras
aëris haut possunt post mortem eiecta moueri
propterea, quia non simili ratione tenentur;
corpus enim adque animans erit aër, si cohibere
in se animam atque in eos poterit concludere motus,
quos ante in neruis et in ipso corpore agebat.
quare etiam adque etiam resoluto corporis omni
tegmine et eiectis extra uitalibus auris

---

558 potosta V 559 feruuntur O*: friuntur V 560 nec sine] nec cescine (?) V 561 autem] a Q* 562 Casus V sensalis V* 563 ardicibus V 564 oculus ipse O^1QV: oculos ipse O*: *transp.* F rem] re V 566 ⟨*per*⟩ L: *om.* OQV mixtim L: mixti OQ^1V: mixta Q* 567 ab OQ^1V: ecb Q* 568 mags V* 570 sentiferos QV* cos esta corpus in auris V* 571 Aeris aut V: Haeris haut O: Aeris ut Q moueri *Lambin*: mouere OQV 572 non] nos QV 573 animans erit *Lambin*: animam serit OQV si Q: sic OV 574 in se *Wakefield*: Sese O: Esse QV animam V: anima OQ eos] eo (*seruatis* sese anima) *Faber* 575 ante] autem V 576 Quare Q^1: Quae O: Que Q*: *om.* V

dissolui sensus animi fateare necessest
adque animam, quoniam coniunctast causa duobus.

Denique cum corpus nequeat perferre animai
discidium, quin in taetro tabescat odore,
quid dubitas quin ex imo penitusque coorta
emanarit uti fumus diffusa animae uis,
adque ideo tanta mutatum putre ruina
conciderit corpus, penitus quia mota loco sunt
fundamenta, foras manante anima usque per artus
perque uiarum omnis flexus, in corpore qui sunt,
adque foramina? multimodis ut noscere possis
dispertitam animae naturam exisse per artus,
et prius esse sibi distractam corpore in ipso,
quam prolapsa foras enaret in aëris auras.

Quin etiam finis dum uitae uertitur intra,
saepe aliqua tamen e causa labefacta uidetur
ire anima ac toto solui de corpore *uelle*,

---

578 Dissoluis V animum V fateare O^1 : fatiare O*Q : faciare V 579 causa adduobus V 580 nequeat perferre Q^1 : neque aperferre OQ*V 581 qui O* odere V 582 quid] Qui V ex imo Q^1: ea imo OQ* : e animo V 583 Emanerit V animae uis F : anima eius OQ : animaei V 585 Conciderit QO^1 : Coccíderit O* : Concidere V moto Q*V 586 Tundamenta Q : Eundamenta V manante anima usque *Lachm.* : manant animaeque (animeque QV) OQV : anima emanante *Wakefield* per artus] partus (?) V 587 omni V 588 *extrema* ultimodis ut noscere possis *scr.* O^s ut O^sQ : an V 589 Disperatam V exis semper artum V 593 aliqua] alio qua V* 594 ⟨*uelle*⟩ *Lachm.* : omnia membra OQ*V *(cf. 596)* : omnia *del.* Q^1

et quasi supremo languescere tempore uoltus,
molliaque exsangui cadere omnia *corpore* membra.
quod genus est, animo male factum cum perhibetur
aut animam liquisse; ubi iam trepidatur et omnis
extremum cupiunt uitae reprehendere uinclum.
conquassatur enim tum mens animaeque potestas
omnis, et haec ipso cum corpore conlabe fiunt;
ut grauior paulo possit dissoluere causa.

Quid dubitas tandem quin extra prodita corpus
inbecilla foras, in aperto, tegmine dempto,
non modo non omnem possit durare per aeuom,
sed minimum quoduis nequead consistere tempus?
nec sibi enim quisquam moriens sentire uidetur
ire foras animam incolumem de corpore toto,
nec prius ad iugulum et supera succedere fauces,
uerum deficere in certa regione locatam;
ut sensus alios in parti quemque sua scit
dissolui. quod si inmortalis nostra foret mens,
non tam se moriens dissolui conquereretur,
sed magis ire foras uestemque relinquere, ut anguis.

612—614 quod si — anguis] *Lact. Inst. VII 12,26*

---

596 exangui O^1Q^1 : easangui O^*Q^*V cadere omnia membra *scr.* O^s ⟨*corpore*⟩ F : *om.* O^sQF : ⟨*trunco*⟩ *ante* cadere *supplebat Lachm.*, ⟨*facie*⟩ *Brieger* 597 est] rest V peribetur Q^1 : peribet QV : periberet, eret *in ras.*, O^s 599 uinculum Q^*V 601 conlabem fiunt V 603 exta V* 605 omnem] omer V 606 Sed OQ^1 : De Q^*V 609 supera OQ^* *(cf. VI 561)* : superac V : superas Q^1 611 alius QV queque V sit Q^1 612 inmortalis *Lact.*, O^1Q^1 : inmortales O^*Q^*V 613 tam se *Lact.*, O : tam e V : tamen Q conqueretur V

Denique cur animi numquam mens consiliumque
gignitur in capite aut pedibus manibusue, sed unis
sedibus et certis regionibus omnibus haeret,
si non certa loca ad nascendum reddita cuique
sunt, et ubi quicquid possit durare creatum
adque ita multimodis partitis artubus esse,
membrorum ut numquam existat praeposterus ordo?
usque adeo sequitur res rem, neque flamma creari
fluminibus solitast neque in igni gignier algor.

DE SENSIBVS ANIMAE ET ANIMI

Praeterea si inmortalis natura animaist
et sentire potest secreta a corpore nostro,
quinque ut opinor eam faciundum est sensibus auctam.
nec ratione alia nosmet proponere nobis
possumus infernas animas Acherunte uagare.
pictores itaque et scriptorum saecla priora
sic animas intro duxerunt sensibus auctas.
at neque sorsum oculi neque nares nec manus ipsa
esse potest animae neque sorsum lingua neque aures;
haud igitur per se possunt sentire neque esse.

---

615 *sqq.* ~ *III 784 sqq.* 615 *om.* QV 616 gignitus Q 617 omnibus OQV *(est datiuus)*: pectoris *Lachm.*, corporis *Merrill* *post* 619 *aliquot uersus intercidisse putat Munro* 620 ita *It.*: ta OQV partitis *Bernays (cf. 710)*: per totis OQV: perfectis *Lachm.*: perdoctis *Merrill*: partit uis artubu sese *Polle* 621 ut O: *om.* QV *in* ordo *deficit* V 623 solita est F: solita OQ*: solitam Q^1 in igni Q^1L: insigni OQ* gignier OQ^1: gigniter Q* 623ª O: *sp. rel. om.* Q 624 inmortalis Q^1; *cf. III 670*: mortalis OQ* animaist *It.*: animaest OQ* 626 auctam Q^1: auctum OQ* 628 uagare Q^1: uacare OQ*: uagari *Lachm.* 632 animae *Pius*: anima OQ 633 haud igitur *Lachm.*: Auditum OQ: haud ita tum *Merrill*

Et quoniam toto sentimus corpore inesse
uitalem sensum et totum esse animale uidemus,
si subito medium celeri praeciderit ictu
uis aliqua, ut sorsum partem secernat utramque,
dispertita procul dubio quoque uis animai
et discissa simul cum corpore dissicietur.
at quod scinditur et partis discedit in ullas,
scilicet, aeternam sibi naturam abnuit esse.
falciferos memorant currus abscidere membra
saepe ita de subito permixta caede calentis,
ut tremere in terra uideatur ab artubus id quod
decidit abscisum, cum mens tamen atque hominis uis
mobilitate mali non quit sentire dolorem;
et simul in pugnae studio quod dedita mens est,
corpore reliqüo pugnam caedesque petessit,
nec tenet amissam laeuam cum tegmine saepe
inter equos abstraxe rotas falcesque rapaces,
nec cecidisse alius dextram, cum scandit et instat.
inde alius conatur adempto surgere crure,
cum digitos agitat propter moribundus humi pes.
et capud abscisum calido uiuenteque trunco
seruat humi uoltum uitalem oculosque patentis,
donec reliquias animai reddidit omnes.
quin etiam tibi si, lingua uibrante, minanti

---

635 totum OQ^1 : toto Q* 636 sceleri O 644 ab O^1 : ad O*Q* 645 decidit *It.* : Dicidit OQ uis OQ^1 : suis Q* 647 simul OQ : semel *Lachm.* studo Q* 648 pitessit Q* 650 abtraxe Q rotas L : rote OQ 651 dextra Q instat *It.* : istat O*Q : ista O^1 654 uiuente *om.* que O* 657 minanti O : *om.* Q : micanti *Lachm.*

serpentis cauda, procero corpore, utrumque
sit libitum in multas partis discidere ferro,
omnia iam sorsum cernes ancisa recenti
uolnere tortari et terram conspargere tabo,
ipsam seque retro partem petere ore priorem,
uolneris ardenti ut morsu premat icta dolorem.
omnibus esse igitur totas dicemus in illis
particulis animas? at ea ratione sequetur
unam animantem animas habuisse in corpore multas.
ergo diuisast ea quae fuit una simul cum
corpore; qua propter mortale utrumque putandumst,
in multas quoniam partis disciditur aeque.

Praeterea si inmortalis natura animai
constat et in corpus nascentibus insinuatur,
cur super ante actam aetatem meminisse nequimus,
[INTERISSE ET QVAE nunc est nunc esse creatam]
nec uestigia gestarum rerum ulla tenemus?
nam si tanto operest animi mutata potestas,
omnis ut actarum exciderit retinentia rerum,

---

661 tortari] *Arnob. III 10 (p. 118,24)*

---

658 serpentis OQ : serpentem *Marullus* cauda O^1 : caude O^*Q : cauda e *Lachm.* utrumque *(i. e. partem utramque 637. nam interposuit poeta emblema 642—656)* OQ : utramque *Heinze* : utrimque *Marullus* 659 discedere Q 661 tortari O *(cf. Arnob.)* : ortari Q* : rotari Q^1 662 retro L : reretro OQ 663 itta Q* dolorem *Lachm.* : dolore OQ 665 particulas O* animas *iterant* O^*Q ea O : e Q $672^a = 678$ *quasi titulum partim maiusculis partim minusculis scr.* O : *2 uu. uac. rel.* Q 674 si] sit O* operest animi *Marullus* : opere animist OQ 675 accarum Q*

non, ut opinor, id ab leto iam longiter errat;
qua propter fateare necessest quae fuit ante
interiisse, et quae nunc est nunc esse creatam.

Praeterea si iam perfecto corpore nobis
inferri solitast animi uiuata potestas
tum cum gignimur et uitae cum limen inimus,
haud ita conueniebat uti cum corpore et una
cum membris uideatur in ipso sanguine cresse,
sed uel ut in cauea per se sibi uiuere solam
conuenit, ut sensu corpus tamen affluat omne.
quare etiam atque etiam neque originis esse
putandumst
expertis animas nec leti lege solutas;
nam neque tanto opere adnecti potuisse putandumst
corporibus nostris extrinsecus insinuatas,
quod fieri totum contra manifesta docet res
(namque ita conexa est per uenas uiscera neruos
ossaque, uti dentes quoque sensu participentur;
morbus ut indicat et gelidai stringor aquai,
et lapis oppressus subitis e frugibus asper),

---

676 *Non. 515,10*; *Charis. Gr. l. I 204,14*

676 ab OQ : a *Non.*, *Char.* longiter *Non.*, *Char.* : longius OQ errat] rati *Non.* 678 Interiisse *hic* O : INTERISSE *672ª* O : Intereisse Q 680 solita animist OQ : *corr. Marullus* 681 uitae O : lutae *(uel* iutae) Q 685 affluat *recte* O : afluat Q : arceat *uel* afuat *Lachm.* 686—689 *post* 694 *transp. male Lachm.* 686 quare etam Q* 691 uiscera *post* est *colloc.* O*Q* : *corr.* O¹Q¹ 693 morbus OQ : morsus *Lachm.* 694 oppressus *(sc. dentibus)* OQ : expressus *Lachm.* subitis e OQ *(cf. II 363)* : subito de *Lambin* : subiit si e *Bernays* : subiens e *Lachm.*

nec, tam contextae cum sint, exire uidentur
incolumes posse et saluas exsoluere sese
omnibus e neruis atque ossibus articulisque.
quod si forte putas extrinsecus insinuatam
permanare animam nobis per membra solere,
tanto quique magis cum corpore fusa peribit.
quod permanat enim dissoluitur, interit ergo;
dispertitur *enim* per caulas corporis omnis.
ut cibus, in membra atque artus cum diditur omnis,
disperit atque aliam naturam sufficit ex se,
sic anima atque animus quamuis [est] integra recens *in*
corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur,
dum quasi per caulas omnis diduntur in artus
particulae quibus haec animi natura creatur,
quae nunc in nostro dominatur corpore nata
ex illa quae tunc periit partita per artus.

DIE NATALI ANIMAM NON ESSE PRIVATAM

qua propter neque natali priuata uidetur
esse die natura animae nec funeris expers.

Semina praeterea linquontur, necne, animai
corpore in exanimo? quod si lincuntur et insunt,
haut erit ut merito inmortalis possit haberi,

---

701 ~ *III 756; I 670.671; 792.793; II 753.754; III 519.520*
702 Dispertitur OQ : dispertitus *Pius* ⟨*enim*⟩ *Pontanus* : ergo *(ex 701)* OQ 705 est *del. Marullus* recens ⟨*in*⟩ *Marullus (cf. 667)* : recens Q^1 : reces OQ* 708 animi natura O : animatura Q* : anime natura Q^1 710 tunc OQ : tum *It.*; *cf. VI 250* partitur Q* 710ª O : *2 uu. uac. rel.* Q PRIVATAM *Lachm.* : PARATAM O 712 fueris Q 714 corpo O 715 habere Q*

partibus amissis quoniam libata recessit;
sin ita sinceris membris ablata profugit,
ut nullas partis in corpore liquerit ex se,
unde cadauera rancenti iam uiscere uermes
expirant, atque unde animantum copia tanta
exos et exanguis tumidos perfluctuat artus?
quod si forte animas extrinsecus insinuari
uermibus et priuas in corpora posse uenire
credis, nec reputas cur milia multa animarum
conueniant unde una recesserit, hoc tamen est ut
quaerendum uideatur et in discrimen agendum,
utrum tandem animae uenentur semina quaeque
uermiculorum ipsaeque sibi fabricentur ubi sint,
an quasi corporibus perfectis insinuentur.
at neque cur faciant ipsae quareue laborent
dicere suppeditat. neque enim, sine corpore cum sunt,
sollicitae uolitant morbis alguque fameque.
corpus enim magis his uitiis atfine laborat,
et mala multa animus contage fungitur eius.
sed tamen his esto quamuis facere utile corpus,

---

721 *Non. 103,16*; *cf. Arnob. IV 8 (p. 147,12)*; *VII 17 (251,19)*
722—724 credis] *Non. 159,32* 732 *Non. 72,13 Lucr. l.* ////

---

717 sincera ex *haud recte Faber* 718 ut *It.* : Et OQ 719 racenti O* 719 uiscere *It.* : uicere OQ 722 insinuari OQ : inuadi *Non.* 723 priuas in *Non.*, Q^1 : priua si OQ* corpora Q : corpore O : eorum *Non.* 726 uideantur O* 727 Vtrum O : Verum Q 728 ubi insint *Bernays, at cf. 787 cum 795* 730 faciunt O* 732 sollicitatae O* alguque *Non.* : algoque OQ 734 contage OQ *(cf. I 806. VI 1271)* : contagi (contagei) *Lambin* : contagibu' *Lachm.* 735 tam O

cum subeant; at qua possint, uia nulla uidetur.
haut igitur faciunt animae sibi corpora et artus.
nec tamen est ut qui [cum] perfectis insinuentur
corporibus; neque enim poterunt suptiliter esse
conexae, neque consensus contagia fient.

Denique cur acris uiolentia triste leonum
seminium sequitur, uolpes dolus, et fuga ceruis
a patribus datur et [a] patrius pauor incitat artus?
et iam cetera de genere hoc cur omnia membris
ex ineunte aeuo generascunt ingenioque,
si non, certa suo quia semine seminioque
uis animi pariter crescit cum corpore quoque?
quod si inmortalis foret et mutare soleret
corpora, permixtis animantes moribus essent,
effugeret canis Hyrcano de semine saepe
cornigeri incursum cerui, tremeretque per auras
aëris accipiter fugiens ueniente columba,
desiperent homines, saperent fera saecla ferarum.
illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt
inmortalem animam mutato corpore flecti.
quod mutatur enim, dissoluitur; interit ergo.

---

736 Cum OQ* : uel Cur Q^1 : quod *amicus Fabri* : *melius* cui *Bernays (cf. 738)* qua *Marullus* : que OQ 738 ut qui *Munro* : ut quicum O*Q : ut iam O^1, *Lambin* 740 consensus *Lachm.* : consensu OQ 742 fugia Q* ceruis *It.* : ceruos OQ 743 *delebat Lambini 'doctus quidam', qui* datus *male capiebat (cf. IV 1214)* a *alterum del.* O^1 746 = *III 763* 747 quoque O : toto Q *(cf. 769)* 748 motare O* 750 Canes hyrcando Q 752 ueniente, ue *in corr.*, O 756 *cf. ad 701*

traiciuntur enim partes atque ordine migrant;
quare dissolui quoque debent posse per artus,
denique ut intereant una cum corpore cunctae.
sin animas hominum dicent in corpora semper
ire humana, tamen quaeram cur e sapienti
stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus,
[si non, certa suo quia semine seminioque]
nec tam doctus equae pullus quam fortis equi uis?
scilicet, in tenero tenerascere corpore mentem
confugient. quod si iam fit, fateare necessest
mortalem esse animam, quoniam mutata per artus
tanto opere amittit uitam sensumque priorem.
quoue modo poterit pariter cum corpore quoque
confirmata cupitum aetatis tangere florem
uis animi, nisi erit consors in origine prima?
quidue foras sibi uult membris exire senectis?
an metuit conclusa manere in corpore putri,
et domus aetatis spatio ne fessa uetusto
obruat? at non sunt inmortali ulla pericla.

Denique conubia ad Veneris partusque ferarum
esse animas praesto deridiculum esse uidetur,

---

765 *Non. 181,3 lucilius (sic. codd.) lib. III; Diomed. Gr. l. I 343,8*

---

759 *ut tit. rubris maiusculis scr.* O : *om. 2 vv. uacuos rel.* Q 760 sin *Pontanus* : Sic OQ corpora Q^1 : corpore OQ* 761 ire] In Q* 762 puerillus Q* 763 *(= 746) del. Lachm.* 764 Nec QO^1 : Ne O* tamen Q pullus L (Q^{*}?) : paulus OQ^1 765 mentem *Diom.*, OQ : mentes *Non.* 766 confugient O : confugiant Q : non fugient *Lambin* fatere Q* 769 quoque OQ : toto *ego hic praetulerim (cf. 447.799)* 771 nisi QO^1 : si O* 774 uetusto OQ^1 : uertisto Q* 775 immortali O^1 : iam mortali O*Q 777 diridiculum O

expectare inmortalis mortalia membra
innumero numero, certareque praeproperanter
inter se quae prima potissimaque insinuetur;
si non forte ita sunt animarum foedera pacta,
ut quae prima uolans aduenerit insinuetur
prima, neque inter se contendant uiribus hilum.

Denique in aethere non arbor, non aequore in alto
nubes esse queunt, nec pisces uiuere in aruis,
nec cruor in lignis neque saxis sucus inesse.
certum ac dispositumst ubi quicquit crescat et insit.
sic animi natura nequit sine corpore oriri
sola neque a neruis et sanguine longius esse.
quod si posset, enim multo prius ipsa animi uis
in capite aut umeris aut imis calcibus esse
posset, et innasci quauis in parte soleret,
tandem in eodem homine atque in eodem uase manere.
quod quoniam nostro quoque constat corpore certum
dispositumque uidetur ubi esse et crescere possit
sorsum anima atque animus, tanto magis infitiandum
totum posse extra corpus durare genique.

---

779 innumero numero] *cf. Dracont. III 4 (p. 92 Vollm.)*
796.797 tanto—genique] *Prisc. X 38 (I 528,27 H.)*

---

779 ~ *II 1054* 784 in alto OQ *(cf. V 374)* : salso *Lachm. (cf. V 128)* 784—796 ~ *V 128—140* 785 nubes O^1Q^1 : nube O^*Q^* 789 longius OQ *(cf. V 133)* : longiter *'docti' Lambini probabiliter (cf. III 676)* 790 quod OQ *(cf. V 134)* : quid *Lachm.* : hoc *Marullus* enim *antiquo more enuntiati principium affirmatiue ut VI 1275 (Holtze Syntax. II 359)* animi QO^1 : anima O^* 792 et innasci O : enimnasci Q 793 maneri Q 794 corpore constat *transp.* Q^* 796 infitiamdum O : inficiandum Q : infitiandum est *Prisc.* 797 ~ *V 141*

quare, corpus ubi interiit, periisse necessest
confiteare animam distractam in corpore toto.
quippe? etenim mortale aeterno iungere et una
consentire putare et fungi mutua posse
desiperest; quid enim diuersius esse putandumst
aut magis inter se disiunctum discrepitansque,
quam mortale quod est inmortali atque peranni
iunctum in concilio saeuas tolerare procellas?

‖ Praeterea quaecumque manent aeterna necessest
aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus
nec penetrare pati sibi quicquam quod quead artas
dissociare intus parteis, ut materiai
corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante,
aut ideo durare aetatem posse per omnem,
plagarum quia sunt expertia sicut inanest,
quod manet intactum neque ab ictu fungitur hilum
aut etiam quia nulla loci fit copia circum,
quo quasi res possint discedere dissoluique,

---

798 corpus subinteriit Q* 800 mortale O¹ : mortalem O*Q 801 mutare Q 804 peranni OQ : perenni *It.* 805 *ut tit. distinxit* O : *om. quasi tit. Q, qui tamen 806 uacuam pro rubricatore initialem litteram reliquit, ut post titulos facere solet* saeuas *Marullus* : saluas O 806—818 *(= V 351—363) delebat hic ut a 'lectore philoopho' insertos Lachm.* : 806—829 *poetae supplementum posterius agnouit Heinze, quod a poëta incuriosius, sed certo consilio iteratum est* ictus O* (III, V) Q (V): iectus Q* (III) O¹ (III) 808 artus Q (III) 809 partus et O (III) : partusset Q* (III) : partis ut OQ (V) : partisisset *in textu, in mrg.* l' partes ut Q¹ (III) 814 fit *Lachm. (cf. VI 829)* : sit OQ (III, V) 815 quia si Q

sicut summarum summast aeterna; neque extra
quis locus est quo diffugiant neque corpora sunt quae
possint incidere et ualida dissoluere plaga.
quod si forte ideo magis inmortalis habendast,
quod uitalibus ab rebus munita tenetur,
aut quia non ueniunt omnino aliena salutis,
aut quia quae ueniunt aliqua ratione recedunt
pulsa prius quam quid noceant sentire queamus,
ad nostrae naturam animae nil pertinet horum.
praeter enim quam quod morbis cum corporis aegret,
aduenit id quod eam de rebus saepe futuris
macerat inque metu male habet curisque fatigat,
praeteritisque male admissis peccata remordent.
adde furorem animi proprium atque obliuia rerum,
adde quod in nigras lethargi mergitur undas. ‖

Nihil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum
quandoquidem natura animi mortalis habetur.
et uel ut ante acto nihil tempore sensimus aegri,

---

816 sicut OQ *(V 361)* : sicuti *hic* OQ; *cf. II 536* summast O *(cf. V 361)* : summas Q extra OQ (V) Q^1 (III) : ex ira Q* (III) : exire O (III) 820 uitalibus ab OQ : letalibus ab *Lambin* 823a *lacunam agnouit Lambin, quam explere sum conatus. uu. 820—823 quoniam condiciones definiuntur quae deorum immortalitatem stabiliunt, consentaneum est dici nostrae animae nihil harum contingere. quare non satis faciunt pericula Marulli—Lambini: 'scilicet a uera longe ratione remotumst' vel Lachmanni 'multa tamen tangunt animam male, multa pericla'* 824 morbis *Avancius* : morbist OQ aegret *Gifanius* : aegrit OQ 826 macerat F : Maceret OQ metum O 829 Adde O^1Q^1 : Addi O*Q*

ad confligendum uenientibus undique Poenis,
omnia cum belli trepido concussa tumulto
horrida contremuere sub altis aetheris oris,
in dubioque fuere utrorum ad regna cadendum
omnibus humanis esset terraque marique,
sic, ubi non erimus, cum corporis atque animai
discidium fuerit, quibus e sumus uniter apti,
scilicet, haud nobis quicquam, qui non erimus tum,
accidere omnino poterit sensumque mouere,
non si terra mari miscebitur et mare caelo.
et si iam nostro sentit de corpore, post quam
distractast, animi natura animaeque potestas,
nihil tamen est ad nos, qui comptu coniugioque
corporis atque animae consistimus uniter apti.
nec, si materiem nostram collegerit aetas
post obitum rursumque redegerit ut sita nunc est,
atque iterum nobis fuerint data lumina uitae,
pertineat quicquam tamen ad nos id quoque factum,
interrupta semel cum sit repetentia nostri.
et nunc nihil ad nos de nobis attinet, ante

---

851 *cf. Arnob. II 26 (p. 69,17 R) ex oppositu corporis amittit (sc. anima) repetentiam priorum; 28 priorum reminiscentiam . . . priorum repetentiam*

---

834 tumulto Q*: tumultu OQ¹; *cf. Enn. Scen. 156; Neue I³ 782* 835 oris *Gifanius*: auris O: auras Q 836 cadenda Q 839 quibus haesimus O¹ 842 non] nos Q* 844 distractast L: Distractas OQ*: Distracta est Q¹ 846 animeque Q* 848 ut] u Q* 849 lumine Q* 850 quoque OQ¹: quod Q* 851 repetentia Q *(cf. Arnob.)*: repentia O: retinentia *Avancius ex 675* nostri *'prisci codd.' Pii*: nostris OQ 852 & O: Te Q: ut *Susemihl* attineat Q

qui fuimus, *neque* iam de illis nos adficit angor.
nam cum respicias inmensi temporis omne
praeteritum spatium, tum motus materiai
multimodi quam sint, facile hoc adcredere possis,
semina saepe in eodem, ut nunc sunt, ordine posta
haec eadem, quibus e nunc nos sumus, ante fuisse;
nec memori tamen id quimus reprehendere mente;
inter enim iectast uitai pausa, uageque
deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.
debet enim, misere si forte aegreque futurumst,
ipse quoque esse in eo tum tempore, cui male possit
accidere; id quoniam mors eximit, esseque prohibet
illum cui possint incommoda conciliari,
scire licet nobis nihil esse in morte timendum,
nec miserum fieri qui non est posse, neque hilum
differre, an nullo fuerit iam tempore natus,
mortalem uitam mors cum inmortalis ademit.

Proinde ubi se uideas hominem indignarier ipsum,
post mortem fore ut aut putescat corpore posto
aut flammis interfiat malisue ferarum,

---

853 fuimus *It.* : fumus OQ neque *Lachm.* : *om.* OQ : nec *Marullus* : nil *Merrill* adficit F : adfigit OQ 854 cum QO¹ : *om.* O* 856 multimodi OQ : multimodis *fort. recte It.* 857 ordina Q* 865 *post 857 transp. Lachm.* 858 memoria Q* 861 misere si *Pontanus* : miserest OQ 862 esse *om.* Q* 863 mors Q¹ : mox O : mos Q* 863 prohibet *Turnebus* : prohibe OQ : probet *Lachm. (cf. I 977)* 864 commoda Q 868 annullo (*expunxit* O¹) anullo O* : anullo a nullo Q : ante ullo *male Lachm.* tempore QO¹ : tempora O* 871 putescat *Avancius* : putes OQ : putrescat F* posto OQ¹ : poste Q 872 malisue OQ¹ : malis suf Q*

scire licet non sincerum sonere, atque subesse
caecum aliquem cordi stimulum, quamuis neget ipse
credere se quemquam sibi sensum in morte futurum;
non, ut opinor, enim dat quod promittit et unde,
nec radicitus e uita se tollit et eicit,
sed facit esse sui quiddam super inscius ipse.
uiuus enim sibi cum proponit quisque futurum,
corpus uti uolucres lacerent in morte feraeque,
ipse sui miseret; neque enim se diuidit illim
nec remouet satis, a proiecto corpore, et illum
se fingit sensuque suo contaminat astans.
hinc indignatur se mortalem esse creatum,
nec uidet in uera nullum fore morte alium se,
qui possit uiuus sibi se lugere peremptum,
stansque iacentem *se* lacerari uriue dolere.
nam si in morte malumst malis morsuque ferarum
tractari, non inuenio qui non sit acerbum
ignibus inpositum calidis torrescere flammis,
aut in melle situm suffocari atque rigere
frigore, cum summo gelidi cubat aequore saxi,
urgeriue superne obtritum pondere terrae.

---

885 sqq. *cf. Lactant. Plac. ad Stat. III 98*

---

873 non Q^1 : no O : nos Q^* sonere OQ^* : sonare Q^1 876 *extr.* abunde *Pius* 877 radicitus Q^1 : radicitius OQ^* 880 lacerent L : iacerent OQ ferreque Q^* 881 diuidit O : uidit Q illum Q 883 contaminat astans QO^1 : contamina stans O^* 886 qui F : Cui OQ uiuus O^1 : uibus OQ^* 887 se F : *om.* OQ dolere *cod. Victorianus* : dolore OQ^1 : dolorem Q^* 888 morsque Q^* 890 torrescere O^1 : torrere secere O^*Q 893 obtritum *Marullus cf. Cat. 65,7* : obrutum OQ : a bruto *Merrill*

'Iam iam non domus accipiet te laeta, neque uxor
optima nec dulces occurrent oscula nati
praeripere et tacita pectus dulcedine tangent;
non poteris factis florentibus esse, tuisque
praesidium; misero misere' aiunt 'omnia ademit
una dies infesta tibi tot praemia uitae.'
illud in his rebus non addunt 'nec tibi earum
iam desiderium rerum super insidet una.'
quod bene si uideant animo dictisque sequantur,
dissoluant animi magno se angore metuque.
'tu quidem ut es leto sopitus, sic eris aeui
quod super est cunctis priuatus doloribus aegris;
ad nos horrifico cinefactum te prope busto
insatiabiliter defleuimus, aeternumque
nulla dies nobis merorem e pectore demet.'
illud ab hoc igitur quaerendum est, quid sit amari
tanto opere, ad somnum sei res redit atque quietem,
cur quisquam aeterno possit tabescere luctu.

Hoc etiam faciunt ubi discubuere tenentque
pocula saepe homines et inumbrant ora coronis,
ex animo ut dicant 'breuis hic est fructus homullis;

---

906 *Non. 94,2*

---

894 Iam iam F: Am iam O: Vim iam Q: At iam *Pontanus* 895 ne Q *ante* oscula O *add.* ad Q^1 896 tangunt Q 897 factis Q^1: facti OQ* 901 una] ullum *Giussani* 902 quod L: Quo OQ uideant O^1: bideant O*Q 904 letus opitus Q*: letus obitu Q^1 saeui Q 905 *ut tit. rubris, sed minusculis scr., uersumque 906 maiore initiali ornauit* O: *2 uu. uacuis rel. om.* Q 906 cinefactum *Non.*: cinem factum OQ*: cinerem factum (*om.* te) Q^1 busto OQ: cobus *Non. (male lecto exemplaris* to bus) 908 e Q^1: et OQ* 910 sei *scripsi*: se (O*) Q*: si O^1Q^1 913 inumbrantur a coronis Q^1 914 fructus F: fluctus OQ

iam fuerit, neque post umquam reuocare licebit.'
tam quam in morte mali cum primis hoc sit eorum,
quod sitis exurat miseros atque arida torrat,
aut aliae cuius desiderium insideat rei.
nec sibi enim quisquam tum se uitamque requirit,
cum pariter mens et corpus sopita quiescunt;
nam licet aeternum per nos sic esse soporem,
nec desiderium nostri nos adficit ullum,
et tamen haud quaquam nostros tunc illa per artus
longe ab sensiferis primordia motibus errant,
cum correptus homo ex somno se colligit ipse.
multo igitur mortem minus ad nos esse putandumst;
si minus esse potest quam quod nihil esse uidemus;
maior enim turbae disiectus materiai
consequitur leto, nec quisquam expergitus exstat,
frigida quem semel est uitai pausa secuta.

Denique si uocem rerum natura repente
mittat et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa
'quid tibi tanto operest, mortalis, quod nimis aegris
luctibus indulges? quid mortem congemis ac fles?
nam *si* grata fuit tibi uita ante acta priorque,
et non omnia pertusum congesta quasi in uas
commoda perfluxere atque ingrata interiere,

---

929 expergitus] *cf. Arnob. VI (p. 174,7)*

---

917 torrat QO²: torret O*: torres *Lachm.* 919 requirit *It.*: requiret OQ 921 soporem O: praemo Q 922 adficit *Lambin*: adigit OQ 923 artu Q* 924 serrant Q 928 turba et *Goebel* dislectus Q 929 lecto Q 935 *si* grata *Naugerius*: gratis OQ; haec *addere ante* tibi *maluit Lachm.*

cur non ut plenus uitae conuiua recedis,
aequo animoque capis securam, stulte, quietem?
sin ea quae fructus cumque es periere profusa,
uitaque in offensust, cur amplius addere quaeris,
rursum quod pereat male et ingratum occidat omne,
non potius uitae finem facis atque laboris?
nam tibi praeterea quod machiner inueniamque,
quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper.
si tibi non annis corpus iam marcet et artus
confecti languent, eadem tamen omnia restant,
omnia si perges uiuendo uincere saecla,
atque etiam potius, si numquam sis moriturus;
quid respondemus, nisi iustam intendere litem
naturam et ueram uerbis exponere causam?
    grandior hic uero si iam seniorque queratur
atque obitum lamentetur miser amplius aequo,
non merito inclamet magis et uoce increpet acri?
'aufer abhinc lacrimas, baratre, et compesce querellas.
omnia perfunctus uitai praemia marces;

---

938 *cf. Hor. Serm. I 1,119; Stat. Silu. II 2,129*

---

941 offensust *ut scr. Lambinus exhibuisse uidetur* O*: offensost QO^{s}: offensast *memorat Lambinus, probant multi* quaeres O 942 mali O 943 facis *Avancius*: iacis OQ 945 placeat L: placet OQ 947 conflecti O* languent Q^{1}: languente OQ* restant Q^{1}: restat OQ* 948 perges OQ: pergas *Lambin* 949 *ut tit. partim maiusculis scr. et u. 950 maiore initiali ornauit* O: *sp. unius u. rel. om.* Q 950 respondebis *Ritschl* nisi *Marullus*: si OQ 955 *post 951 transp. Lachm.* 953 atri Q* 954 baratre OQ *(cf. Ammon. d. diff. adf. voc. p. 29 βάραθρος μὲν γὰρ ὁ βαράθρου ἄξιος ἄνθρωπος)*: balatro *'amicus' Turnebi*

sed quia semper aues quod abest, praesentia temnis,
inperfecta tibi elapsast ingrataque uita,
et nec opinanti mors ad caput adstitit ante
quam satur ac plenus possis discedere rerum.
nunc aliena tua tamen aetate omnia mitte,
aequo animoque, age dum, gnauis concede: necessest.'
iure, ut opinor, agat, iure increpet inciletque;
cedit enim rerum nouitate extrusa uetustas
semper, et ex aliis aliud reparare necessest.
nec quisquam in baratrum nec Tartara deditur atra;
materies opus est, ut crescant postera saecla,
quae tamen omnia te uita perfuncta sequentur;
nec minus ergo antehac quam tu cecidere, cadentque.
sic alit ex alio numquam desistet oriri,
uitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.
respice item quam nihil ad nos ante acta uetustas
temporis aeterni fuerit, quam nascimur ante.
hoc igitur speculum nobis natura futuri
temporis exponit post mortem denique nostram.
numquid ibi horribile apparet, num triste uidetur
quicquam, non omni somno securius exstat?

---

971 *cf. Arnob. II 27 (p. 70,20)*

---

957 aues Q : abes O praesentiam Q* 958 imperfecta F : Inperfecte OQ 960 discedere L : discere QO¹ : dicere O* 962 agedum L : agendum OQ : age nunc *Merrill* gnauis *Woltjer (cf. Hor. ep. II 2,213 decede peritis)* : magnis OQ, *quod frustra tuebatur Löfstedt Beitr. (Upps. 1907) 81* : iam aliis *Marullus* : gnatis *Bernays* : dignis *Lachm.* : magnus *censor Orellii* : maccus *Bury* : annis *Merrill* 964 cedit *It.* : cedi OQ 966 deditur O : dedit Q* : decidit Q¹ 969 antehac *Heinze* : ante haec OQ

977a QVAE AD INFEROS DICANTVR EA VITAE VITIA ESSE

Atque ea ni mirum, quae cumque Acherunte profundo
prodita sunt esse, in uita sunt omnia nobis.
nec miser inpendens magnum timet aëre saxum
Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens;
sed magis in uita diuom metus urget inanis
mortalis, casumque timent quem cuique ferat fors.
nec Tityon uolucres ineunt Acherunte iacentem,
nec quod sub magno scrutentur pectore quicquam
perpetuam aetatem possunt reperire profecto.
quam libet inmani proiectu corporis exstet,
qui non sola nouem dispessis iugera membris
optineat, sed qui terrai totius orbem,
non tamen aeternum poterit perferre dolorem
nec praebere cibum proprio de corpore semper.
sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
quem uolucres lacerant atque exest anxius angor
aut alia quauis scindunt cuppedine curae.
Sisyphus in uita quoque nobis ante oculos est,
qui petere a populo fasces saeuasque secures
imbibit, et semper uictus tristisque recedit.

---

978 *Prisc. I 35 (I 27,5 H.)* 984 *Prisc. l. c.* 987 *Macrob. Sat. VI 4,15* 992 sqq. *cf. Seru. Aen. VI 596 [Bernays Mus. Rhen. V (1847) 584]* 996.997 *cf. Hor. Ep. I 16,33*

977a O : *sp. rel. om.* Q 983 cuique O : cumque Q 985 Nec QO¹ : Ne O* quod *cod. Cantabr.* : quid OQ 988 dispessis *Turnebus (cf. II 1126)* : dispersis OQ 991 propria Q* 992 est Q¹ : es OQ* iacente Q* 994 cuppedine *Pontanus* : curpedine O*Q* : cupedine Q¹ : turpedine O¹ 995 quoque *om.* Q 997 tristisque Q¹ : tristique OQ*

nam petere imperium, quod inanest nec datur umquam,
atque in eo semper durum sufferre laborem,
hoc est aduerso nixantem trudere monte
saxum, quod tamen *e* summo iam uertice rusum
uoluitur et plani raptim petit aequora campi.
deinde animi ingratam naturam pascere semper,
atque explere bonis rebus satiareque numquam,
quod faciunt nobis annorum tempora, circum
cum redeunt, fetusque ferunt uariosque lepores,
nec tamen explemur uitai fructibus umquam,
hoc, ut opinor, id est, aeuo florente puellas
quod memorant laticem pertusum congerere in uas,
quod tamen expleri nulla ratione potestur.
Cerberus et Furiae iam uero et lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus aestus,
qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto;
sed metus in uita poenarum pro male factis
est insignibus insignis, scelerisque luela,
carcer et horribilis de saxo iactus deorsum,
uerbera carnificis, robur, pix, lammina, taedae;

1003.1004 *Non. 421,28* 1004 *ib. 298,8* 1015 *Ecl. Sang. p. 12*

---

999 sufferre laborem Q^1 : laborem sufferre OQ^* 1000 montem O 1001 e *Pontanus* : *om.* OQ 1005 circum OQ : uictum *male Lachm.* 1006 que O : qui Q 1007 uita fructibus O : uitaeruntibus Q : *corr. It.* 1008 ut Q : *om.* O 1009 congerere Q^1 : cogere OQ^* 1010 nulla L : ulla OQ 1011 Ceruerus et funae OQ^* : *corr.* Q^1 egenus *It.* : aegestas OQ, *quod lacunam statuens tuetur coll. Seruii l. c. ad u. 992 Munro* 1012 fautibus Q 1013 Qui OQ : quid *otiose Lachm.* 1015 insignibus *Ecl. Sang.*, OQ^* : insignitus Q^1 1016 iactu' deorsum *Lambin* : iactus eorum OQ : iactu' reorum *Heinsius* 1017 lammina Q^1 : iammina OQ^*

quae tamen etsi absunt, at mens sibi, conscia factis,
praemetuens adhibet stimulos torretque flagellis,
nec uidet interea qui terminus esse malorum
possit nec quae sit poenarum denique finis,
atque eadem metuit magis haec ne in morte grauescant.
hic Acherusia fit stultorum denique uita.

Hoc etiam tibi tute inter dum dicere possis.
'lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit,
qui melior multis quam tu fuit, improbe, rebus.
inde alii multi reges rerumque potentes
occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.
ille quoque ipse, uiam qui quondam per mare magnum
strauit iterque dedit legionibus ire per altum
ac pedibus salsas docuit super ire lucunas
et contemsit equis insultans murmura ponti,
lumine adempto animam moribundo corpore fudit.
Scipiadas, belli fulmen, Carthaginis horror,
ossa dedit terrae proinde ac famul infimus esset.
adde repertores doctrinarum atque leporum,
adde Heliconiadum comites; quorum unus Homerus
sceptra potitus eadem aliis sopitus quietest.

1034 *Macrob. VI 1,46; cf. Dracont. V 208 (p. 145 Vollm.)*
1037.1038 — potitus] *Non. 481,25*

1018 absumat mensibi concia Q* 1019 torretque O : torreto Q : torquetque *Heinsius* : terretque *Lachm.* 1022 *post* metuit *add.* aut Q graues Q 1023 hinc *Pontanus* 1025 ancus, c *in ras.*, O 1031 *delebat Lachm.* superare L 1032 insultans Q^1 : insuitans OQ* 1033 fudit *Pontanus* : fugit OQ scipiades *Macr.*, O^1 1035 dedit e O* 1038 potitus F : potitur *Non.* : potius OQ

denique Democritum post quam matura uetustas
admonuit memores motus languescere mentis,
sponte sua leto caput obuius obtulit ipse.
ipse Epicurus obit decurso lumine uitae,
qui genus humanum ingenio superauit et omnis
restincxit, stellas exortus ut aetherius sol.
tu uero dubitabis et indignabere obire?
mortua cui uita est prope iam uiuo atque uidenti,
qui somno partem maiorem conteris aeui,
et uigilans stertis nec somnia cernere cessas,
sollicitamque geris cassa formidine mentem,
nec reperire potes tibi quid sit saepe mali, cum
ebrius urgeris multis miser undique curis
atque animo incerto fluitans errore uagaris.'

Si possent homines, proinde ac sentire uidentur
pondus inesse animo, quod se grauitate fatiget,
e quibus id fiat causis quoque noscere et unde
tanta mali tam quam moles in pectore constet,
haut ita uitam agerent, ut nunc plerumque uidemus
quid sibi quisque uelit nescire, et quaerere semper
commutare locum, quasi onus deponere possit.
exit saepe foras magnis ex aedibus ille,

1041 *Lact. Inst. III 18,6* 1043.1044 *Lact Inst. III 17,28*

1039 Democritus *Bentley* natura O 1042 obit F : obiit OQ : iit *Lachm.* 1044 aetherius *Lact.* : haerius O* : aerius O¹Q 1046 Mortui Q uiuenti Q 1050 potest Q* quid F : quod OQ mali cum OQ¹ : melicum Q* 1051 multis *om.* Q 1052 animo OQ : animi *Lambin* incertus *Bentley* 1056 tam QO¹ : tanta *(ut uidetur)* O*

esse domi quem pertaesumst, subitoque *reuertit*,
quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
currit agens mannos ad uillam praecipitanter,
auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans;
oscitat extemplo, tetigit cum limina uillae,
aut abit in somnum grauis atque obliuia quaerit,
aut etiam properans urbem petit atque reuisit.
hoc se quisque modo fugitat, quem scilicet, ut fit,
effugere haut potis est: ingratiis haeret et odit
propterea, morbi quia causam non tenet aeger;
quam bene si uideat, iam rebus quisque relictis
naturam primum studeat cognoscere rerum,
temporis aeterni quoniam, non unius horae,
ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis
aetas, post mortem quae restat cumque, manenda.

Denique tanto opere in dubiis trepidare periclis
quae mala nos subigit uitai tanta cupido?
certe equidem finis uitae mortalibus adstat,

1068 *Seneca de tranqu. an. 2,14 ut ait Lucretius 'hoc se quisque modo semper fugit'*

1061 per *iteratum ante* quem *in* O*Q *del.* O¹ : per *ante* taesumst *del. Wakefield* pertaesum sit Q reuertit *Politianus* : *om.* OQ : remigrat *Merrill* 1063 praecipitanter L : praecipiter O : praecepiter Q 1064 instas OQ* 1066 obliuia — 1067 atque *om.* Q 1068 fugit at O : fugit ad Q : *coniunxit Madvig* : fugit, at *tuetur Giussani* quem OQ : quom *Lachm.* 1069 ingratiis *It.* : ingratius OQ 1071 bene Q¹ : uene OQ* 1073 temporis aeterni *ex 973 Pontanus* : Aeterni temporis QO¹ : Aeternitatem corporis O* 1075 manenda *Lambin* : manendo OQ 1077 uitai Q¹ : uita O : utai (uta?) Q* 1078 certa quidem *Avancius*

nec deuitari letum pote, quin obeamus.
praeterea uersamur ibidem atque insumus usque,
nec noua uiuendo procuditur ulla uoluptas;
sed dum abest quod auemus, id exsuperare uidetur
cetera; post aliud, cum contigit illud, auemus,
et sitis aequa tenet uitai semper hiantis.
posteraque in dubiost fortunam quam uehat aetas,
quidue ferat nobis casus quiue exitus instet.
nec prorsum uitam ducendo demimus hilum
tempore de mortis nec delibare ualemus,
quo minus esse diu possimus forte perempti.
proinde licet quod uis uiuendo condere saecla,
mors aeterna tamen nihilo minus illa manebit,
nec minus ille diu iam non erit, ex hodierno
lumine qui finem uitai fecit, et ille,
mensibus atque annis qui multis occidit ante.

T. LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER III EXPLICIT

1079 laetum poste qui non obeamus Q* : laetum *del. et* poste^{t} (*i. e.* post te) *corr.* Q^1 1082 auemus Q : abemus O* : habemus O^1; *itemque 1083* 1084 tenet, n *in ras.* O hiantis *It.* : hientis O : hientes Q 1085 dubist Q* fortunam *It.* : fortuna OQ 1086 existus Q* 1088 delibare *Pontanus* : deliberare OQ 1089 possimus O^1 : possumus O*Q 1090 condere O : ducere Q *Subscribit* : TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA LIB̄. ·III· EXPLICIT INCIPIT LIBER QVARTVS O : *sp. rel. om.* Q* : Lucretii lib. IV *suppl.* Q^2

INCIPIT LIBER QVARTVS

CAPITVLA

IV 1 SIBI IVCVNDISSIMVM ESSE QVOD CLARAM LVCEM MORTALIBVS OSTENDAT.

28a DE SIMVLACRIS.

97a DE IMAGINIBVS.

115a QAVM PARVA SINT ANIMALIA.

126b ESSE ITEM MAIORA.

131a DE NVBIBVS.

175a DE CELERITATE.

239a TACTV VIDERI.

268a VLTRA SPECVLVM CVR VIDEATVR.

325a PLVRES IMAGINES CVR FIANT.

311a EX TENEBRIS IN LVCE QVAE SINT VIDERI.

352a DE TVRRIBVS.

363a DE VMBRA HOMINIS.

386a DE VISV.

475a DE VERO SENSV, QVARE COGNOSCATVR.

512a DE FALSO SENSV.

523a DE AVDITIS.

525a CORPOREAM ESSE VOCEM

571a DE VOCIS IMAGINIBVS.

Capitulorum indicem libri IV seruarunt et O *et* Q*; et* Q *quidem numerauit capitula*] — XXVIII *ita ut uu. 7.8 unum efficerent numerum* 5 ESSE ITEM MAIORA *sic* OQ; *hoc capitulum cum pertineat ad uersus iam in exemplari post u. 116 amissos, desideratur in ipso contextu* OQ. *inde dubium quae sint* MAIORA . *'animalia' supplet opposita illa 'animalibus tantulis' 116 Mussehl (de Lucr. l. I p. 162)*: MINORA *(sc. praeter animalia) corrigebat Bernays Mus. Rhen. V (1847) 583*: MAIORA *sc. simulacra intellegebat Lachm.* 11 LVCEM Q *(etiam in textu ante 353)* 12 TVRRIBVS *text.* O : TVRBIS *ind.* OQ 14 VISV O : CVRSV Q 15 QVARE *text.* O : QVAE *ind.* OQ

594ª QVA VISVS NON TRANET, VOCEM TRANARE.
614ª DE SAPORE.
632ª QVARE ALIA ALIIS CONTRARIA SINT.
672ª DE ODORE.
721ª DE ANIMI MOTV.
778ª QVARE QVOD LIBVERIT STATIM COGITEMVS.
835ª PRIVS OCVLOS LINGVAM AVRIS ESSE NATA QVAM EORVM VSVM
876ª DE AMBVLANDO.
906ª DE SOMNO.
961ª DE SOMNIIS.
1029ª DE REBVS VENERIIS

32 SIBI IVCVNDISSIMVM ESSE QVOD CLARAM LVCEM MORTALIBVS OSTENDAT

‖ Auia Pieridum peragro loca nullius ante
trita solo. iuuat integros accedere fontis
atque aurire, iuuatque nouos decerpere flores
insignemque meo capiti petere inde coronam,
unde prius nulli uelarint tempora musae;

---

1 sqq. *cf. Nemesian. Cyneg. 8 sqq.* 2.3 — haurire] *Non. 319,12 Lucr. lib. IV; cf. Hor. carm. I 26,6* 3 iuuatque — flores] *Non. 252,9 Lucr. lib. IV*

---

20 QVA O : QVO Q 26 NATAM Q 30 SOMNIS O 31 VENERIS O 32 *textui ss.* OQ CLARAM *ind.* O, *ind. et text.* Q : CLARVM *text.* O. *Cetera capitula desunt fere in Q, et si qua apparent non ex exemplaris textu descripta, sed ex ipso hoc indice non sine erroribus suppleta sunt* 1 sqq. *Prooemium principio destinatum erat quarto libro, cum hic secundum statim excepturus erat. cum uero mutato consilio liber III ante quartum poneretur, poeta IV 1—25 in librum I (926—950) transposuit addito transitu uu. 921—925 et mutato extremo u. 25. iam deficiente libri IV prooemio uetus illud prooemium IV 1—25, et eius clausula 45—53 ab editore piissime iuxta recentius prooemium IV 26—44 seruata sunt (Mewaldt, Herm. 43,286)* 2 accedere OQ : et cedere (eccedere) *Non.* 3 iuuantque *Non.* decepere Q*

primum quod magnis doceo de rebus et artis
relligionum animum nodis exsoluere pergo,
deinde quod obscura de re tam lucida pango
carmina, musaeo contingens cuncta lepore.
id quoque enim non ab nulla ratione uidetur,
ac ueluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur, prius oras pocula circum
contingunt mellis dulci flauoque liquore,
ut puerorum aetas inprouida ludificetur
labrorum tenus, interea perpotet amarum
absinthi laticem, deceptaque non capiatur,
sed potius tali pacto recreata ualescat,
sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque uidetur
tristior esse quibus non est tractata, retroque
uolgus abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti
carmine Pierio rationem exponere nostram
et quasi musaeo dulci contingere melle;
si tibi forte animum tali ratione tenere
uersibus in nostris possem, dum percipis omnem
naturam rerum ac persentis utilitatem. ‖

---

7 *cf. ad I 932* 9 *Ecl. Sang. p. 12* 11—13 *Quintil. Inst. III 1,4, Hieron. ep. 132 (Migne I 1151)* 11.12 — conantur] *Non. 413,17 Lucr. l. IV* absinthia — conantur] *Non. 193,25* 15.16 interea — laticem] *Non. 241,32* 16 *cf. ad I 941*

---

7 animos *Lact. (ad I 932)* 8 pango *I 933* OQ : pando *hic* OQ 11 ac *Quint., Non., Hieron.* : nam *hic* OQ : sed *I 936* OQ 13 contingunt] inspirant *Quint. [A,* adspirant *B,* inspergunt *ci. Haupt]* dulci mellis *Hier.* 14 Ut *hic* Q¹ *et I 939* OQ : Et *hic* OQ* 17 pacto *Heinsius* : facto *I 942* OQG : atacto *hic* OQ* : attactu Q¹ 20 suauloquenti Q* : suaue loquenti Q¹ 21 pierio *I 946* OQ : plerio *hic* OQ* : al' mi memi Q¹ 24 perspicis *I 949* 25 n. r. qua constet compta figura *variat I 950* praesentis Q

Atque animi quoniam docui natura quid esset
et quibus e rebus cum corpore compta uigeret
quoue modo distracta rediret in ordia prima,
28ª DE SIMVLACRIS
nunc agere incipiam tibi, quod uehementer ad has res
30 attinet, esse ea quae rerum simulacra uocamus;
quae, quasi membranae summo de corpore rerum
dereptae, uolitant ultroque citroque per auras,
atque eadem nobis uigilantibus obuia mentes
terrificant atque in somnis, cum saepe figuras
35 contuimur miras simulacraque luce carentum,
quae nos horrifice languentis saepe sopore
excierunt; ne forte animas Acherunte reamur
effugere aut umbras inter uiuos uolitare,
neue aliquid nostri post mortem posse relinqui,
40 cum corpus simul atque animi natura perempta
in sua discessum dederint primordia quaeque.
dico igitur rerum effigias tenuisque figuras
mittier ab rebus, summo de corpore eorum.
id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.

34.35 cum — carentum] *Macr. VI 1,29* 40 *Fest. 238,3 Linds.*

26—29 = III 31—34 28ª O et Q *qui numerum* II *addit* 29.30 = *IV 49.50* 31.32 ~ *IV 51—53* 31 membranae, ae *in ras. 4 litt.* O¹ 32 Direptae O 35 contuitur mirans *Macr. P*: contuimus miras *Macr. cett.* carenum Q* 36 horrifico Q¹ 38 uibos Q* 40 animi *Fest.*, O : anima Q* : animam Q¹ 41 dederit Q¹ quoique *Lachm.* 42 effigias *Lambin (cf. 85)* : effugias OQ 43 corpore *Lambin (ex cod. Vatic.)* : cortice OQ *(cf. 51)* eorum OQ *(cf. IV 101, I 450)* : rerum *Lachm. (cf. IV 64)* 44 = *V 882*

‖ Sed quoniam docui cunctarum exordia rerum
qualia sint et quam uariis distantia formis
sponte sua uolitent aeterno percita motu
quoque modo possit res ex his quaeque creari,
nunc agere incipiam tibi quod uehementer ad has res
attinet esse ea quae rerum simulacra uocamus,
quae quasi membranae uel cortex nominitandast,
quod speciem ac formam similem gerit eius imago,
cuius cumque cluet de corpore fusa uagari. ‖

Principio quoniam mittunt in rebus apertis
corpora res multae, partim diffusa solute,
robora ceu fumum mittunt ignesque uaporem,
et partim contexta magis condensaque, ut olim
cum teretis ponunt tunicas aestate cicadae,
et uituli cum membranas de corpore summo
nascentes mittunt, et item cum lubrica serpens
exuit in spinis uestem: nam saepe uidemus
illorum spoliis uepres uolitantibus auctas.

---

51 *Non. 199,35* 61.62 nam — auctas] *Non. 231,17; 458,3*
62 *[Seru.] in Georg. III 444 (III 1,1 Thil.)*

45—48 = *III 31—34* 47 aeterno *II 1055*: alterno OQ *(cf. III 33)* 48 Quoue *III 34* possint *III 34* 51 quae quasi *Non.*, F: Qui quasi O: Quasi (*om.* quae) Q*: Quas si Q^1: quoi quasi *Munro*: quis quasi *Cartault* membranae *Non.*, OQ: membrana *Non. B*; cui quasi membrana est *Hidén* nominitandast O: nomina dandast Q: nominatanda (nominanda) est *Non.*: nominitanda *Hidén* 53 cluet *It.*: ciuet OQ*: auet Q^1 fusa Q: fusca O 54 mittunt L: mittuntur OQ in *del.* Q^1 55 solutae O 58 aetate O* 62 uepres] uere *Non. 458* auctos Q

quae quoniam fiunt, tenuis quoque debet imago
ab rebus mitti, summo de corpore rerum.
nam cur illa cadant magis ab rebusque recedant
quam quae tenuia sunt, hiscendist nulla potestas;
praesertim cum sint in summis corpora rebus
multa minuta, iaci quae possint ordine eodem
quo fuerint, et formai seruare figuram,
et multo citius, quanto minus indupediri
pauca queunt et *quae* sunt prima fronte locata.
nam certe iacere ac largiri multa uidemus,
non solum ex alto penitusque, ut diximus ante,
uerum de summis ipsum quoque saepe colorem.
et uolgo faciunt id lutea russaque uela
et ferrugina, cum, magnis intenta theatris,
per malos uolgata trabesque trementia flutant:
namque ibi consessum caueai supter et omnem
scaenai speciem, patrum matrumque decorem
inficiunt coguntque suo fluitare colore:

---

63 debet O^1Q^1 : debe O^*Q^* 65.66 = IV 102.103 65 cada Q^* 66 hiscendis O^*Q : iscendist O^1 *(cf. 103)* 67 summus Q^* 68 eodem *Pontanus* : eorum OQ 69 et formai *Is. Vossius* : et forma OQ^* : et cum forma Q^1 : et conformae *Gifanius* : et conformem *Lambin* 71 *quae* sunt *Lachm.* : sunt OQ^* : sunt in Q^1 *(cf. 97)* 72 iacere Q : iacecere O ac largiri *Lachm.* : ac iergiri OQ^* : ac inuergi *obscuris litt. in text., sed clare in mrg.* Q : ac mergi Q^1 : ac iaculari F 76 ferruginea Q^1 magis Q^* 77 flutant *Turnebus* : fluctus Q : *om.* O 78 consessum O^1 : concessum O^* : consensum Q 79 scenai *Lambin* : Scaenal O^* : Scaenalem O^1 : Scaenali Q specie Q^1 patrum matrumque decorem *Merrill (i. e. spectatores utriusque sexus candide uestitos)* : patrum matrumque deorum OQ : patrum coetumque decorum *Munro* : Parium marmorque deorum *Brieger* : pulcram variumque decorem *Lachm.*

et quanto circum mage sunt ut claustra theatri
moenia, tam magis haec intus perfusa lepore
omnia conrident correpta luce diei.
ergo lintea de summo cum corpore fucum
mittunt, effigias quoque debent mittere tenuis
res quaeque, ex summo quoniam iaculantur utraque.
sunt igitur iam formarum uestigia certa,
quae uolgo uolitant subtili praedita filo
nec singillatim possunt secreta uideri.
praeterea omnis odor, fumus, uapor, atque aliae res
consimiles, ideo diffusae rebus abundant,
ex alto quia dum ueniunt intrinsecus ortae
scinduntur per iter flexum, nec recta uiarum
ostia sunt, qua contendant exire coortae.
at contra tenuis summi membrana coloris
cum iacitur, nihil est quod eam discerpere possit,
in promptu quoniam est in prima fronte locata.

97a DE IMAGINIBVS

Postremo speculis in aqua splendoreque in omni
quae cumque apparent nobis simulacra, necessest,
quandoquidem simili specie sunt praedita rerum,

---

81 ut claustra *scripsi (cf.* in *et* ut *confusa IV 173)* : inclaustra O : inclusa Q : angusta *Lachm.* : ita clausa *Brieger* : inclusa theatri moenibus *Munro* 82 hoc *Brieger* tepore (?) Q^1 86 utraque Q *(i. e. siue color siue effigies est cf. 291)* : utraeque O *(cf. 291)* 90 aliae Q^1 : alia OQ* 91 diffusae e *male Lambin* : diffusa e *Lachm.* : diffuse *Merrill* 92 intrinsecus *codd. Britann., Lambin* : extrinsecus OQ *(cf. VI 1099)* : extrinsecu' *Lachm.* ortae O : orte Q : torte *haud recte Lachm.* 94 exire QO^1 : exiere O* : exeire *Goebel* coorte Q : coorta O 95 sum Q 97a O : *sp. rel. om.* Q 98 aquas Q

exin imaginibus missis consistere eorum.
[nam cur illa cadant magis ab rebusque recedant
quam quae tenuia sunt, hiscendist nulla potestas.]
sunt igitur tenues formae rerum his similesque
effigiae, singillatim quas cernere nemo
cum possit tamen, adsiduo crebroque repulsu
reiectae reddunt speculorum ex aequore uisum,
nec ratione alia seruari posse uidentur,
tanto opere ut similes reddantur cuique figurae.

Nunc age, quam tenui natura constet imago
percipe. et in primis, quoniam primordia tantum
sunt infra nostros sensus tantoque minora
quam quae primum oculi coeptant non posse tueri,
nunc tamen id quoque uti confirmem, exordia rerum
cunctarum quam sint suptilia percipe paucis.

QVAM PARVA SINT ANIMALIA

Primum animalia sunt iam partim tantula, corum
tertia pars nulla possit ratione uideri.
horum intestinum quoduis quale esse putandumst!

---

118 *Non. 209,15*

---

101 exin *Purmann* : ex OQ : excita *Lachm.* : ex ea *Lotze* eorum OQ *(cf. 43)* : rerum *Lachm.* 102.103 *(= 65.66) del. It.* 103 Quam Q^1 : Nam OQ^* 104 tenues] etnuest Q^* formae rerum *Purmann* : formarum OQ his similesque *Postgate* : dissimilesque OQ : illis similesque *Lachm.* 105 effigias Q^1 107 ~ *IV 290* specularum O^* aquore Q^* 109 cuique QO^1 : cui O^* 114 rerum OQ^1 : res Q^* 115a O : *sp. rel. om.* Q 116 corum *Lachm.* : eorum OQ : quorum *Purmann* 117 tertia] integra *otiose Merrill* 118 horum *Non.* : Harum OQ quoquis Q quale] ualet Q^1 esse OQ : eis *Non.* putandum Q

quid cordis globus aut oculi? quid membra? quid artus?
quantula sunt. quid praeterea primordia quaeque,
unde anima atque animi constet natura necessumst,
nonne uides quam sint subtilia quamque minuta?
praeterea quae cumque suo de corpore odorem
expirant acrem, panaces, absinthia taetra,
habrotonique graues et tristia centaurea,
quorum unum quiduis leuiter si forte duobus
attigeris digitis, foedum servabis odorem

* * * *

ESSE ITEM MAIORA

* * * *

quin potius noscas rerum simulacra uagari
multa modis multis, nulla ui, cassaque sensu?

Sed ne forte putes ea demum sola uagari,
quae cumque ab rebus rerum simulacra recedunt,

DE NVBIBVS ET SIMVLACRA GIGNI

sunt etiam quae sponte sua gignuntur et ipsa
constituuntur in hoc caelo, qui dicitur aër,

---

132 in hoc — aer] *Prob. in Verg. Buc. VI 31 (Seru. III 2; 338,18 ed. Hag.); Seru. Aen. I 58 (36,7 Thil.); V 18 (590,20) etc.*

---

121 *postea additum a poeta secludebat Mussehl (cf. I 131); at animum animalium nouit poeta etiam III 299, ubi cf. Heinze p. 92)* 126a *lacunam cruce notat* Q^1, *cuius primum uersum suppleui. lacunam 7 uersuum computabat Goebel, unius paginae archetypi (i. e. 25 uersiculorum et capituli) Lachm., quo inserebat fr. 9, totius denique folii archetypi (51+1) Giussani* 126b *titulus extat in indice, ubi u. : om. hic* OQ. 129—142 *coniunctos cum 168—175. 179 nullo certo loco a poeta collocatos uncis includebat Lachm.* 129 eadem sola Q 130a O : *sp. rel. om.* Q 132 caeli *Cartault* digitur O

quae multis formata modis sublime feruntur,
ut nubes facile inter dum concrescere in alto
cernimus et mundi speciem uiolare serenam,
aëra mulcentes motu: nam saepe Gigantum
ora uolare uidentur et umbram ducere late,
inter dum magni montes auolsaque saxa
montibus ante ire et solem succedere praeter,
inde alios trahere atque inducere uellera nimbos.
nec speciem mutare suam liquentia cessant
et cuiusque modi formarum uertere in oras.

Nunc ea quam facili et celeri ratione genantur
perpetuoque fluant ab rebus lapsaque cedant
percipe, ne coeptes nostris diffidere dictis.
semper enim summum quicquid de rebus abundat,
quod iaculentur. et hoc raras cum peruenit in res,
transit, ut in primis uestem; sed ubi aspera saxa
aut in materiam ligni peruenit, ibi iam
scinditur, ut nullum simulacrum reddere possit.

---

143 genantur] *cf. Arnob. IV 21 (p. 158,16)*

---

135 *transp. recte post 132 Lambin, simulque 141.142 ante 133 posuit, quod non probandum* 133 facile OQ¹ : facere Q* 140 uellera *scripsi* : belua OQ; *cf. Theophr. de sign. 13; Arat. 938 eumque secuti Verg. Georg. I 397; Varro in Epimenide [Atacinus puto in Arati versione F. P. R. 355] 'nubes [sic]ut uellera lanae constabunt'; Calpurn. Ecl. 2,7; Apul. d. deo Socr. 10* 143 quam O : quae Q facili Q : facile O genantur *Lambin, cf. III 797 (IV 159); Arnob.* : gerantur OQ 144ª *lacunam, quam Lachm. agnouit, explere conatus sum* 146 raras *Lotze* : alias OQ : laxas *Merrill* 147 uestem OQ : uitrum *Oppenrieder itemque 152 (cf. 602); at* splendida opposta *(150) uitrum excludunt, immo cogitare uidetur de uelis (75 sqq.)*

at cum splendida quae constant opposta fuerunt
densaque, ut in primis speculum est, nihil accidit horum.
nam neque, uti uestem, possunt transire, neque autem
scindi; quam meminit leuor praestare salutem.
qua propter fit ut hinc nobis simulacra redundent.
    et quamuis subito, quouis in tempore, quamque
rem contra speculum ponas, apparet imago;
perpetuo fluere ut noscas e corpore summo
texturas rerum tenuis tenuisque figuras.
ergo multa breui spatio simulacra genuntur,
ut merito celer his rebus dicatur origo.
et quasi multa breui spatio summittere debet
lumina sol, ut perpetuo sint omnia plena,
sic ab rebus item simili ratione necessest
temporis in puncto rerum simulacra ferantur
multa modis multis in cunctas undique partis;
quandoquidem, speculum quo cumque obuertimus omnis
res ibi respondent simili forma atque colore.

‖ Praeterea modo cum fuerit liquidissima caeli
tempestas, perquam subito fit turbida foede,
undique uti tenebras omnis Acherunta rearis

---

150 opposta *It.* : opposita OQ 151 specuculum Q* 152 possunt OQ : potis est *Lachm.* 153 leuior O^1Q^1 157 e *om.* Q 159 breuis Q* genuntur *Lambin* : geruntur OQ *(cf. 143)* 165 = *IV 725* 166 omnis *Cartault (cf. 242)* : oris Q : *om.* O : ollis *Brieger* 167 ibi O : sibi Q 168—175 *huc non pertinent. suspicor eos olim continuasse v. 142; ac ueri simile has turbas cum lacerata condicione exemplaris inde a v. 126—142 aliquo modo cohaerere* 170—173 = *VI 251—254* 170 reamur *VI 251*

liquisse et magnas caeli complesse cauernas:
usque adeo taetra nimborum nocte coorta
inpendent atrae Formidinis ora superne;
quorum quantula pars sit imago dicere nemost
qui possit, neque eam rationem reddere dictis. ‖

DE CELERITATE SIMVLACRORVM

Nunc age, quam celeri motu simulacra ferantur,
et quae mobilitas ollis tranantibus auras
reddita sit, longo spatio ut breuis hora teratur,
in quem quaeque locum diuerso numine tendunt,
sùauidicis potius quam multis uersibus edam;
paruus ut est cycni melior canor, ille gruum quam
clamor in aetheriis dispersus nubibus austri.
principio persaepe leuis res atque minutis
corporibus factas celeris licet esse uidere.
in quo iam genere est solis lux et uapor eius,
propterea quia sunt e primis facta minutis,
quae quasi cuduntur perque aëris interuallum
non dubitant transire sequenti concita plaga;
suppeditatur enim confestim lumine lumen,
et quasi protelo stimulatur fulgere fulgur.
qua propter simulacra pari ratione necesse est
inmemorabile per spatium transcurrere posse

---

175 rationem *It.* : ratione OQ 175ª O : *sp. rel. om.* Q 178 teratur *Pontanus* : feratur OQ 179 *transp. post 175 Lachm.* quaeque] cunque *Goebel* numine OQ : momine *Marullus* tendunt *Lambin* : tendit OQ : tendat *Lachm.* 180—182 = *IV 909—911* 182 aetherii Q 184 celeris QO¹ : sceleris O* 189 ~ *V 283* 190 fulgure *It.*

temporis in puncto, primum quod paruola causa est
pro telo a tergo quae prouehat atque propellat,
quod super est, ubi tam uolucri leuitate ferantur,
deinde quod usque adeo textura praedita rara
mittuntur, facile ut quasuis penetrare queant res
et quasi permanare per aëris interuallum.
praeterea si quae penitus corpuscula rerum
ex altoque foras mittuntur, solis uti lux
ac uapor, haec puncto cernuntur lapsa diei
per totum caeli spatium diffundere sese
perque uolare mare ac terras caelumque rigare.
quid quae sunt igitur iam prima fronte parata,
cum iaciuntur et emissum res nulla moratur?
quone uides citius debere et longius ire
multiplexque loci spatium transcurrere eodem
tempore quo solis peruolgant lumina caelum?
hoc etiam in primis specimen uerum esse uidetur,
quam celeri motu rerum simulacra ferantur,
quod simul ac primum sub diu splendor aquai
ponitur, extemplo caelo stellante serena
sidera respondent in aqua radiantia mundi.
iamne uides igitur quam puncto tempore imago
aetheris ex oris in terrarum accidat oras?

193.194 causa est | pro telo *Christ*: causa Est procul OQ 194 ~ *VI 1026* 195 *post 205 transponebat Lachm.* 202 diffundere sese O^1: defundere sese Q: diffunderes esse O* 203 circumque *Lachm., at cf. V 594* 206 Quone Q^*O^1: Quo neque O*: Nonne Q^1 207.208 = *II 163*.164 208 lumina] fulgura *II 164* 209 ueri *Goebel* 210 motu O^1Q^1: motum O^*Q^* feruntur Q 211 rimum Q^* diu OQ^*: diuo Q^1 213 mundo *Lachm.*

Quare etiam atque etiam mitti fateare necessest
corpora quae feriant oculos uisumque lacessant.
perpetuoque fluunt certis ab rebus odores;
frigus ut a fluuiis, calor ab sole, aestus ab undis
aequoris, exesor moerorum, litora circum;
nec uariae cessant uoces uolitare per auras;
denique in os salsi uenit umor saepe saporis,
cum mare uersamur propter, dilutaque contra
cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
fertur et in cunctas dimittitur undique partis,
nec mora nec requies inter datur ulla fluendi,
perpetuo quoniam sentimus et omnia semper
cernere odorari licet et sentire sonare.

TACTV VIDERI

Praeterea quoniam manibus tractata figura
in tenebris quaedam cognoscitur esse eadem quae

219.220 frigus — aequoris] *Non. 247,11 Lucr. libr. IV; 310,32*
223.224 diluta — amaror] *Gell. I 21,6 ex IV Lucreti* 224 *Seru. Georg. II 247 (III l. 241,15 Thil.)* amaror: *amaritudo; et est sermo Lucretii*

216–223 = *VI 922—929* 216 etiam mitti *ex VI 922 Lachm.*: etiam mira OQ*: etiam ita Q¹: mira *seruabat addito suo uersu 'perpetuo mitti de rebus mobilitate' Goebel* 218 fluunt *VI 924*: fluant OQ 219 ut] et Q: it *Kannegießer* pluuiis *Non. 247,11* 220 moerorum *VI 926*: meororum *hic* OQ*: murorum Q¹ circum] propter *VI 926* 221 *uersus parum apte interiectus, at eodem ordine sic VI* uoces] sonitus *VI 927* auris *Lambin* 222—228 *iterat* Q 222 in nos *utroque loco* Q 224—229 = *VI 934.935.930—933* 225 res quaeque Q¹: re quaeque OQ* *(priore loco)*: resque Q* *(altero)* 229 *(= VI 932) delebat Lachm.* 229ª *om.* OQ: *suppleui ex indice*

cernitur in luce et claro candore, necessest
consimili causa tactum uisumque moueri.
nunc igitur si quadratum temptamus et id nos
commouet [et] in tenebris, in luci quae poterit res
accidere ad speciem quadrata, nisi eius imago?
esse in imaginibus qua propter causa uidetur
cernundi neque posse sine his res ulla uideri.

Nunc ea quae dico rerum simulacra feruntur
undique et in cunctas iaciuntur didita partis;
uerum nos oculis quia solis cernere quimus,
propterea fit uti, speciem quo uertimus, omnes
res ibi eam contra feriant forma atque colore.
et quantum quaeque ab nobis res absit, imago
efficit ut uideamus et internoscere curat;
nam cum mittitur, extemplo protrudit agitque
aëra qui inter se cumque est oculosque locatus,
isque ita per nostras acies perlabitur omnis
et quasi perterget pupillas atque ita transit.
propterea fit uti uideamus quam procul absit
res quaeque. et quanto plus aëris ante agitatur
et nostros oculos perterget longior aura,
tam procul esse magis res quaeque remota uidetur.
scilicet, haec summe celeri ratione geruntur,
quale sit ut uideamus, et una quam procul absit.

---

235 et O^*Q^* : *del.* O^1Q^1 237 qua O^1 : quia O^*Q 238 iis Q
240 didita *Pontanus* : dedita OQ 244 ab nobis *om.* O^* *(in mrg. rest.* O^s) 245 curat OQ : cogit *temere Lachm.* 246 ~ *IV 280* protrudit *IV 280* : protudit O : prodit Q 247 = *IV 281* 249 perterget *It. (cf. 252)* : perteget OQ 251 *ante 250 transp. Marullus*
252 perterget O : perteget Q 253 remota O^sQ^1 : reuota $O^*(?)$,Q^*

Illud in his rebus minime mirabile habendumst,
cur, ea quae feriant oculos simulacra uideri
singula cum nequeant, res ipsae perspiciantur.
uentus enim quoque paulatim cum uerberat et cum
acre fluit frigus, non priuam quamque solemus
particulam uenti sentire et frigoris eius,
sed magis unorsum, fierique perinde uidemus
corpore tum plagas in nostro tam quam aliquae res
uerberet atque sui det sensum corporis extra.
praeterea lapidem digito cum tundimus, ipsum
tangimus extremum saxi summumque colorem,
nec sentimus eum tactu, uerum magis ipsam
duritiem penitus saxi sentimus in alto.

VLTRA SPECVLVM CVR VIDEATVR

Nunc age, cur ultra speculum uideatur imago
percipe: nam certe penitus semota uidetur.
quod genus illa, foris quae uere transpiciuntur,
ianua cum per se transpectum praebet apertum,
multa facitque foris ex aedibus ut uideantur;
is quoque enim duplici geminoque fit aëre uisus.
primus enim citra postes tum cernitur aër,
inde fores ipsae dextra laeuaque secuntur,

---

257 friant Q 261 *ante 260 transp. Marullus* 261 priuam *Gifanius*: primam OQ 262 unorsum OQ*: unuorsum Q¹ 264 det OQ¹: de Q* 265 digito contundimus O 267 ipsam Q¹: ipsa OQ* 268ª O: DE CELERITATE TACTV VIDERI VII *ex indice falso suppl.* Q: VLTRA SPECVLVM *ind.* O: VLTIMVM SAECVLVM *hic* O 270 semota *Marullus (cf. 288)*: remσta O: remmota Q *post* 270 *ponebat 290 Lachm., at cf. 107* 271 uere OQ: ⟨*sunt*⟩ bene *Lachm., itemque 278* 272 aperta *conicio*

post extraria lux oculos perterget et aër
alter, et illa, foris quae uere transpiciuntur.
sic ubi se primum speculi proiecit imago,
dum uenit ad nostras acies, protrudit agitque
aëra qui inter se cumquest oculosque locatus,
et facit ut prius hunc omnem sentire queamus
quam speculum; sed ubi [in] speculum quoque
sensimus ipsum,
continuo a nobis in eum quae fertur imago
peruenit, et nostros oculos reiecta reuisit,
atque alium prae se propellens aëra uoluit,
et facit ut prius hunc quam se uideamus, eoque
distare ab speculo tantum semota uidetur.
quare etiam atque etiam minime mirarier est par,
quod similis ratiost rerum quas ianua monstrat
illis quae reddunt speculorum ex aequore uisum.
aëribus binis quoniam res confit utraque.

Nunc ea quae nobis membrorum dextera pars est,
in speculis fit ut in laeua uideatur eo quod
planitiem ad speculi ueniens cum offendit imago,
non conuertitur incolumis, sed recta retrorsum

---

277 perterget *Lambin* : perteget O*Q : pertinget O¹ aer O : ager Q
280 protudit O 281 = *IV 247* 282 ut *om.* Q* 283 in *del. Marullus* 284 in eum OQ; *speculus (ut aeuus, caelus, fretus) intellegitur a Christio* : in idem *Munro* : iterum *Lachm.* 286 At Q
288 ab *Lachm.* : au O* : a O¹Q 289 espar Q* 289ª *lacunam statuit Goebel* : *suppleui* : *'hic quoque imaginibus spatium quod conduplicatur' suppl. Polle* 290 *(~ 107) post 270 transp. Lachm.* illic quor reddant *coni. Munro* : si quae illic reddunt *Merrill*
291 utraque Q : utraeque O *(cf. 86)*

sic eliditur, ut siquis, prius arida quam sit
cretea persona, adlidat pilaeue trabiue,
atque ea continuo rectam si fronte figuram
seruet et elisam retro sese exprimat ipsa.
fiet ut, ante oculus fuerit qui dexter, ut idem
nunc sit laeuus, et e laeuo sit mutua dexter.

PLVRES IMAGINES CVR FIANT

Fit quoque de speculo in speculum ut tradatur imago,
quinque etiam *aut* sex ut fieri simulacra suërint.
nam quae cumque retro parte interiore latebunt,
inde tamen, quamuis torte penitusque remota,
omnia per flexos aditus educta licebit
pluribus haec speculis uideantur in aedibus esse.
usque adeo speculo in speculum translucet imago,
et cum laeua data est, fit rusum ut dextera fiat,
inde retro rursum redit et conuertit eodem.

Quin etiam quae cumque latuscula sunt speculorum
adsimili lateris flexura praedita nostri,
dextera ea propter nobis simulacra remittunt,
aut quia de speculo in speculum transfertur imago,

---

298 forte *Lambini amicus* 299—347 *(i. e. archetypi fol. 76 solutum et inuersum) post 298 exhibent* OQ* : *restituit 299—322 post 347, 323—347 post 298 collocans* Q¹ 323 elisam Q¹ : lisam OQ* 324 fiet ut OQ *(cf. Holtze Synt. prisc. scr. II 165 h)* : fiet ita *Lachm.* oculos Q¹ 325 e O : *om.* Q 325ª O : *sp. rel. om.* Q 327 etiam ⟨*aut*⟩ *Lachm. (cf. 577)* : *om.* OQ *(cf. Birt Mus. Rh. 70,258)* : sexue *Marullus* 328 latebunt *Marullus* : latebit OQ 330 lucebit Q 332 adeo ⟨*e*⟩ sp. *Aldina* 334 retrorursum O* : retrorsum QO¹ conuertitur *Lachm. (cf. 295. 341)* 335 latuscula] *cf. Ptolem. q. d. de speculis 11 (Heron ed. Teubn. II 1,336 sqq.)*

inde ad nos elisa bis aduolat, aut etiam quod
circum agitur, cum uenit, imago propterea quod
flexa figura docet speculi conuertier ad nos.

Indugredi porro pariter simulacra pedemque
ponere nobiscum credas gestumque imitari
propterea quia, de speculi qua parte recedas,
continuo nequeunt illinc simulacra reuerti;
omnia quandoquidem cogit natura referri
ac resilire ab rebus ad aequos reddita flexus.

Splendida porro oculi fugitant uitantque tueri:
sol etiam caecat, contra si tendere pergas,
propterea quia uis magnast ipsius, et alte
aëra per purum grauiter simulacra feruntur
et feriunt oculos, turbantia composituras.
praeterea splendor qui cumque est acer adurit
saepe oculos ideo quod semina possidet ignis
multa, dolorem oculis quae gignunt insinuando.
lurida praeterea fiunt quae cumque tuentur
arquati, quia luroris de corpore eorum
semina multa fluunt simulacris obuia rerum,
multaque sunt oculis in eorum denique mixta,
quae contage sua palloribus omnia pingunt.

---

341 flexa O^1: flexea O*: flex Q 342 pariter porro *colloc.* Q
344 speculi QO^1: speculo O* recedas, as *in ras.* O^1 345 nequeunt Q: nequeant O 299—322 *huc transp.* Q^1 303 cumposituras O*
304 acer adurit O^1Q^1: tacer ardurit O*Q* 309 multa Q^1: mault O: mauult Q* obula Q 311 contrage Q*

311a EX TENEBRIS IN LVCE QVAE SINT VIDERI ET RVSVM
EX LVCE QVAE SVNT IN TENEBRIS VIDERI NON POSSE

E tenebris autem quae sunt in luce tuemur
propterea quia, cum propior caliginis aër
ater init oculos prior et possedit apertos,
insequitur candens confestim lucidus aër,
qui quasi purgat eos ac nigras discutit umbras
aëris illius; nam multis partibus hic est
mobilior multisque minutior et mage pollens.
qui simul atque uias oculorum luce repleuit
atque pate fecit, quas ante obsederat aër
ater, continuo rerum simulacra secuntur,
quae sita sunt in luce, lacessuntque ut uideamus.
quod contra facere in tenebris e luce nequimus
propterea quia posterior caliginis aër
crassior insequitur, qui cuncta foramina complet
obsiditque uias oculorum, ne simulacra
possint ullarum rerum coniecta moueri.

352a DE TVRRIBVS

Quadratasque procul turris cum cernimus urbis,
propterea fit uti uideantur saepe rutundae,

311a O : *3 uu. uacuos rel.* Q 311b O : *om. in indice* OQ VIDERI *Lachm.* : VIDERE O 312 E O : t *(initiali om. pro rubric.)* Q* : at Q¹ 313 propior *It.* : proprior OQ 314 posset Q* : *corr.* Q¹ 315 lugidus O* 317 illius F : ullius OQ 320.321 aer ater, continuo *Bernays* : a er (*sic*) Continuo Q : ater Continuo O : ater, aëra continuo *Lachm.* 323—347 *post 298 transp.* Q¹ 348 iacere Q 351 Obsiditque uias O¹ : Obsidit quia O*Q* : Obseditque uias Q¹ 352 coniecta *Marullus* : contecta OQ mouere *Bentley* 352a O : EX TENEBRIS IN LVCEM QVAE SINT VIDERI *falso ex indice* Q *(cf. 311a)* 353 cernimus OQ¹ : nimus Q*

angulus optusus quia longe cernitur omnis,
siue etiam potius non cernitur ac perit eius
plaga nec ad nostras acies perlabitur ictus,
aëra per multum quia dum simulacra feruntur,
cogit hebescere eum crebris offensibus aër.
hoc ubi suffugit sensum simul angulus omnis,
fit quasi ut ad turnum saxorum structa tuantur;
non tamen ut coram quae sunt uereque rutunda,
sed quasi adumbratim paulum simulata uidentur.

DE VMBRA HOMINIS

Umbra uidetur item nobis in sole moueri
et uestigia nostra sequi gestumque imitari;
aëra si credis priuatum lumine posse
indugredi, motus hominum gestumque sequentem;
nam nihil esse potest aliut nisi lumine cassus
aër id quod nos umbram perhibere suëmus.
ni mirum, quia terra locis ex ordine certis
lumine priuatur solis qua cumque meantes
officimus, repletur item quod liquimus eius,
propterea fit uti uideatur, quae fuit umbra
corporis, e regione eadem nos usque secuta.

368.369 *Seru. Aen. IV 654 umbra quam Lucretius sic definiuit 'spoliatus lumine aër'*

---

355 obtusus Q^1 : optutus O : obtutus Q* 357 Plaga O^1Q^1 : Plagas O*Q* acies Q^1 : ates OQ* perlabitur *Lambin* : deriabitur OQ* : deriuabitur Q^1 359 crebis Q 361 turnum OQ : tornum F *(cf. Sommer Handb. § 57ᵈ)* saxorum/// *(3 litt. er.)* O tuantur *(passiue)* OQ : tuamur *Lachm.* : terantur *male Munro* 363ª O *et addito* ·XI· *ex indice* Q 364 uidentur Q* 368 aliut *Lachm.* : aliui Q* : ali O* : aliud O^1Q^1 nisi O : ni Q* : quam Q^1

semper enim noua se radiorum lumina fundunt
primaque dispereunt, quasi in ignem lana trahatur.
propterea facile et spoliatur lumine terra,
et repletur item nigrasque sibi abluit umbras.

Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.
nam quo cumque loco sit lux atque umbra tueri
illorum est; eadem uero sint lumina necne,
umbraque quae fuit hic eadem nunc transeat illuc,
an potius fiat paulo quod diximus ante,
hoc animi demum ratio discernere debet,
nec possunt oculi naturam noscere rerum;
proinde animi uitium hoc oculis adfingere noli.

DE VISV

qua uehimur naui, fertur, cum stare uidetur;
quae manet in statione, ea praeter creditur ire.
et fugere ad puppim colles campique uidentur,
quos agimus praeter nauem uelisque uolamus.
sidera cessare aetheriis adfixa cauernis
cuncta uidentur, et adsiduo sunt omnia motu,
quandoquidem longos obitus exorta reuisunt,
cum permensa suo sunt caelum corpore claro.
solque pari ratione manere et luna uidetur
in statione, ea quae ferri res indicat ipsa.
exstantisque procul medio de gurgite montis,

---

377 speliatur Q* lumina Q 378 abluit *It.* : adluit OQ 382 nunc *om.* Q 384 *ante* debet *add.* possit Q* : *del.* Q¹ 386ª O : *sp. rel. om.* Q 388 irae O* 392 uidemus Q 393 quandoquidam Q reuisunt O¹ : reuisent O* : reuisant Q 395 maneret et lumine Q* uidentur *Lachm., at cf. V 1189* 397 extant usque *Lachm.*

classibus inter quos liber patet exitus ingens,
insula coniunctis tamen ex his una uidetur.
atria uersari et circum cursare columnae
usque adeo fit uti pueris uideantur, ubi ipsi
desierunt uerti, uix ut iam credere possint
non supra sese ruere omnia tecta minari.

Iamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte
cum coeptat natura supraque extollere montes,
quos tibi tum supra sol montis esse uidetur
comminus ipse suo contingens feruidus igni,
uix absunt nobis missus bis mille sagittae,
uix etiam cursus quingentos saepe ueruti;
inter eos solemque iacent immania ponti
aequora substrata aetheriis ingentibus oris,
interiectaque sunt terrarum milia multa,
quae uariae retinent gentis et saecla ferarum.
ad conlectus aquae digitum non altior unum,
qui lapides inter sistit per strata uiarum,
despectum praebet sub terras inpete tanto,
a terris quantum caeli patet altus hiatus,
nubila despicere et caeli ut uideare uidere

---

409 *cf. Fest. 514,21 'Ennius lib. X' (353)* cursus quingentos saepe ueruti

---

403 sese O : rese (?) Q 406 tibi *Naugerius* : ubi OQ : ibi ***Marullus***
407 feruidus OQ¹ : etruidus Q* 410 emmania Q* 411 subtracta Q
413 gentes O : genitis Q 414 conlectus *Lambin* : coniectus OQ
aquae OQ¹ : aeque Q* 415 stracta Q* 417 A O : Ad Q altus Q¹ :
alius OQ* 418 dispicere *Lachm.* caeli ut *Bergk* : caelum Q :
caelum ut O

corpora mirando sub terras abdita caelo.
denique ubi in medio nobis ecus acer obhaesit
flumine et in rapidas amnis despeximus undas,
stantis equi corpus transuersum ferre uidetur
uis et in aduersum flumen contrudere raptim,
et quo cumque oculos traiecimus omnia ferri
et fluere adsimili nobis ratione uidentur.
porticus aequali quamuis est denique ductu
stansque in perpetuum paribus suffulta columnis,
longa tamen parte ab summa cum tota uidetur,
paulatim trahit angusti fastigia coni,
tecta solo iungens atque omnia dextera laeuis,
donec in obscurum coni conduxit acumen.
in pelago nautis ex undis ortus in undis
sol fit uti uideatur obire et condere lumen;
quippe ubi nihil aliud nisi aquam caelumque tuentur;
ne leuiter credas labefactari undique sensus.
at maris ignaris in portu clauda uidentur
nauigia aplustris fractis obnitier undis.
nam quae cumque supra rorem salis edita pars est
remorum, recta est, et recta superne guberna;

---

419 *ante 418 transp. Lachm.* corpora OQ̇ : caerula *Polle* mirando F : mirande O *(cf. 462)* : mirandae Q : miranda L : mirandum est *Birt* sub terra subdita *Cartault* caelo OQ : caeno *Bergk* 420 ecus O* : secus Q* : equus O¹Q¹ 421 despeximus F : dispeximus OQ 423 flumen O¹ : fulmen O*Q contundere Q 424 terri Q* 427 partibus Q* sefulta Q* : efulta Q¹ 429 angusti festigia Q* coni O¹Q¹ : cogni O*Q* 431 doni Q* 432 exeundis hortus Q* 433 uidetur Q et OQ¹ : non Q* condere Q : contendere O 435 liuiter Q* 436 At Q¹ : A OQ* 437 amplustris Q fractis F : factas OQ undis *Marullus* : undas OQ : undae *Lachm.*

quae demersa liquore obeunt, refracta uidentur
omnia conuerti sursumque supina reuerti
et reflexa prope in summo fluitare liquore.
raraque per caelum cum uenti nubila portant
tempore nocturno, tum splendida signa uidentur
labier aduersum nimbos atque ire superne
longe aliam in partem ac uera ratione feruntur.
at si forte oculo manus uni subdita subter
pressit eum, quodam sensu fit uti uideantur
omnia, quae tuimur, fieri tum bina tuendo:
bina lucernarum florentia lumina flammis,
binaque per totas aedis geminare supellex,
et duplicis hominum facies et corpora bina.

Denique cum suaui deuinxit membra sopore
somnus et in summa corpus iacet omne quiete,
tum uigilare tamen nobis et membra mouere
nostra uidemur, et in noctis caligine caeca
cernere censemus solem lumenque diurnum,
conclusoque loco caelum mare flumina montis
mutare et campos pedibus transire uidemur,

---

450 lucernarum — flammis] *Porphyrio Hor. serm. II 1,25*

---

440 liquore OQ *(cf. 432. 433)* : liquorem *Lachm.* obueunt Q 444 tempora Q* 445 Lauier O : Lauiger Q atque ire Q : atquere O 446 ac uera *Is. Vossius* : aque O : atque Q : ac qua *Wakefield* 448 uti *Marullus* : ut OQ 449 tum O : um Q* : ut Q¹ 452 facias Q 453 suaui deuinxit Q¹ : sua uidet uinxit (iunxit Q*) OQ* 454 omni Q 455 tunc Q et O : ad Q* : ac Q¹ (*fuitne in archetypo ed?*) 456 uidemur *Marullus* : uideatur OQ 459 campus Q

et sonitus audire, seuera silentia noctis
undique cum constent, et reddere dicta tacentes.
cetera de genere hoc mirande multa uidemus,
quae uiolare fidem quasi sensibus omnia quaerunt
ne quiquam, quoniam pars horum maxima fallit
propter opinatus animi, quos addimus ipsi,
pro uisis ut sint quae non sunt sensibus uisa;
nam nihil aegrius est quam res secernere apertas
ab dubiis, animus quas ab se protinus addit.

Denique nihil sciri siquis putat, id quoque nescit
an sciri possit, quoniam nihil scire fatetur.
hunc igitur contra mittam contendere causam,
qui capite ipse sua in statuit uestigia sese.
et tamen hoc quoque uti concedam scire, ad id ipsum
quaeram, cum in rebus ueri nihil uiderit ante,
unde sciat quid sit scire et nescire uicissim,

475ª DE VERO SENSV QVARE COGNOSCATVR

notitiam ueri quae res falsique crearit,
et dubium certo quae res differre probarit.

Inuenies primis ab sensibus esse creatam
notitiem ueri, neque sensus posse refelli.

---

460 silentia OQ¹: silentio Q* noctis Q¹: montis OQ* 462 mirande OQ *(cf. 419)*: mirando F: miracula *Munro*: miracli *Lachm.*: miranda et *Birt*: mirandum ut *Everett*: *an* mirantes? 465 opinatos Q 466 sensibus uisa O*, *sed post* bus *inseruit* u *et litteram ante* sa *deleuit* O¹ 468 abdit Q 470 quoniam Q: quo O 471 mittam *Marullus*: mituam OQ 472 sua *Lachm.*: suo OQ sese OQ¹: esse Q* 473 id QO¹: *om.* O* 474 ante Q: an O 475 sciant O uicissem OQ 475ª O: DE VISV XIII *ex indice falso suppl.* Q 478 primus Q 479 Notitiam Q sensus *Marullus*: sensu OQ

nam maiore fide debet reperirier illud,
sponte sua ueris quod possit uincere falsa.
quid maiore fide porro quam sensus haberi
debet? an ab sensu falso ratio orta ualebit
dicere eos contra, quae tota ab sensibus orta est?
qui nisi sunt ueri, ratio quoque falsa fit omnis.
an poterunt oculos aures reprehendere, an aures
tactus? an hunc porro tactum sapor arguet oris,
an confutabunt nares oculiue reuincent?
non, ut opinor, ita est. nam seorsum cuique potestas
diuisast, sua uis cuiquest, ideoque necesse est
et quod molle sit et gelidum feruensue *seorsum*
et seorsum uarios rerum sentire colores,
et quae cumque coloribus sint coniuncta *uidere:*
seorsus item sapor oris habet uim, seorsus odoris
nascuntur, seorsum sonitus. ideoque necesse est
non possint alios alii conuincere sensus.
nec porro poterunt ipsi reprehendere sese,
aequa fides quoniam debebit semper haberi.
proinde quod in quoquest his uisum tempore, uerumst.
et si non poterit ratio dissoluere causam,
cur ea quae fuerint iuxtim quadrata, procul sint

480.482 maiora Q* 485 sunt Q : son O 486 poterunt F : poterit OQ ures O* 488 riuincent Q* 490 quique est Q* 491 molles sit gelidum Q *seorsum suppl. Bentley* : uideri OQ *(cf. 493)* 493 sint Q : sinc O *uidere Lachm. (cf. 491)* : necessest O : necesse est Q *(cf. 490)* 494 Seorsus item Q : Seorsum item O 495 nascuntur *It.* : nascantur OQ sorsum O 496 possint F : possunt OQ 497 poterunt O : potest Q* : possunt Q¹ 498 aequa F : aeque OQ habere Q* 500 poterit L : poteris OQ 501 iuxtim quadrata *It.* : iustim quadratam OQ¹ : iniustim quadrata Q*

uisa rutunda, tamen praestat rationis egentem
reddere mendose causas utriusque figurae,
quam manibus manifesta suis emittere quoquam
et uiolare fidem primam et conuellere tota
fundamenta quibus nixatur uita salusque.
non modo enim ratio ruat omnis, uita quoque ipsa
concidat extemplo, nisi credere sensibus ausis,
praecipitisque locos uitare et cetera quae sint
in genere hoc fugienda, sequi contraria quae sint.
illa tibi est igitur uerborum copia cassa
omnis, quae contra sensus instructa paratast.

DE FALSO SENSV

Denique ut in fabrica, si prauast regula prima,
normaque si fallax rectis regionibus exit,
et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,
omnia mendose fieri atque obstipa necessu est
praua cubantia prona supina atque absona tecta,
iam ruere ut quaedam uideantur uelle, ruantque
prodita iudiciis fallacibus omnia primis,
sic igitur ratio tibi rerum praua necessest
falsaque sit, falsis quae cumque ab sensibus ortast.

---

516 *Fest. 210,15 Linds.*

---

502 rationis O^1Q^1 : rationes Q^* : rationi O^* egentem *It.* : egentim O : egenitim Q 509 precepitisque Q^* 511 cassa Q^1 : casa O : cassam Q^* 512a O : *sp. rel. om.* Q 514 si Q^1 : sibi OQ^* extit Q^* 515 si O : *om.* Q 516 obstipa OQ : obstita *Fest. X* : obsita *Fest. W* necessu est O *(cf. II 468)* : necesse est *Fest.*, Q 517 praua *Marullus* : Parua OQ

Nunc alii sensus quo pacto quisque suam rem
sentiat, haud quaquam ratio scruposa relicta est.

DE AVDITIS

Principio auditur sonus et uox omnis, in auris
insinuata suo pepulere ubi corpore sensum.

CORPOREAM ESSE VOCEM

corpoream quoque enim *uocem* constare fatendumst
et sonitum, quoniam possunt inpellere sensus.
praeterea radit uox fauces saepe, facitque
asperiora foras gradiens arteria clamor.
quippe, per angustum turba maiore coorta
ire foras ubi coeperunt primordia uocum,
scilicet, expleti quoque ianua raditur oris.
haud igitur dubiumst quin uoces uerbaque constent
corporeis e principiis, ut laedere possint.
nec te fallit item quid corporis auferat et quid
detrahat ex hominum neruis ac uiribus ipsis
perpetuus sermo nigrai noctis ad umbram
aurorae perductus ab exoriente nitore,
praesertim si cum summost clamore profusus.
ergo corpoream uocem constare necessest,

528.529 *Gell. X 26,9*; *Non. 453,6 cf. Seren. Sammon. 260*

523 scrupo////licta est Q*: *in ras. rest.* re *et idem ss.* Q¹ 523ª O: *sp. rel. om.* Q 525 tibi Q 525ª O: *sp. rel. om.* Q VOCEM *index*: VOCEMVS *hic* O 526 corpoream *It.*: corporea OQ *uocem om.* OQ: *post* enim *suppl.* F *(cf. III 349)*: *post* corpoream *Lachm.* 528 Propterea Q radit OQ: tradit *Gell.*: pauit *Non.* fauces saepe *om. Non.* 529 asperia *Non.* 530 turbam Q 532 expleti *Lachm.*: expletis OQ reditur O 537 ad OQ¹: ab Q* 539 sic O* sumest Q* 540 corporeum Q

multa loquens quoniam amittit de corpore partem.
asperitas autem uocis fit ab asperitate
principiorum, et item leuor leuore creatur;
nec simili penetrant auris primordia forma,
cum tuba depresso grauiter sub murmure mugit
et reboat raucum regio cita barbara bombum,
et u*olucres ge*lidis nocte hortis ex Heliconis
cum liquidam tollunt lugubri uoce querellam.

Hasce igitur penitus uoces cum corpore nostro
exprimimus rectoque foras emittimus ore,
mobilis articulat uerborum daedala lingua,
formaturaque labrorum pro parte figurat.
hoc ubi non longum spatiumst unde una profecta
perueniat uox quaeque, necessest uerba quoque ipsa
plane exaudiri discernique articulatim:

---

549 articulat] *cf. Arnob. III 18 (p. 124,16)*

551.552 *post 541 transp. Lambin* 552 laeuor laeuore *Lambin* : leuo letiore OQ creator Q 543 sub murmure *It.* : sub murmura O : sumurmura Q 544 reboat Q^1 : reuorat OQ^* : reboant *Brieger* regio cita *Lachm.* : retro cita OQ : retro loca *Brieger* : Berecyntia *Is. Vossius* barbara] *i. e. Phrygia, cuius tibia cornu aduncо grave mugit (Stat. Th. 6,120)* 545 et u*olucres ge*lidis nocte hortis *temptaui incerta ut loco desperato coniectura* : Et ualidis necti (O^* : nete QO^1) tortis OQ : et cycni tortis conuallibus *Lachm.* : et ualidis cycni torrentibus *Is. Vossius* : et gelidis cycni nocte oris *Bernays* : et nece Dauliades moestae oris *Bergk; at neque cycni nec Dauliades ad Heliconem quadrant* 548 emittimus O^1 : mittimus O^*Q 549 uerborum *Lambin* : neruorum OQ 550 Formatus atque Q 551.552 *post 541 transp. Lambin* 553 ubi O : tibi Q longum OQ^1 : longo Q^* una *Bentley (cf. 565)* : illa OQ 554 quaeque *cum* uerba *iungit Brieger*: quoique *conieci*

seruat enim formaturam seruatque figuram.
at si inter positum spatium sit longius aequo,
aëra per multum confundi uerba necessest
et conturbari uocem, dum transuolat auras.
ergo fit, sonitum ut possis sentire, neque illam
internoscere, uerborum sententia quae sit;
usque adeo confusa uenit uox inque pedita.
praeterea uerbum saepe unum perciet auris
omnibus in populo missum praeconis ab ore.
in multas igitur uoces uox una repente
diffugit in priuas quoniam se diuidit auris,
obsignans formam uerbis clarumque sonorem.
at quae pars uocum non auris incidit ipsas,
praeter lata perit frustra diffusa per auras:
pars solidis adlisa locis reiecta sonorem
reddit et inter dum frustratur imagine uerbi.

571a DE VOCIS IMAGINIBVS

Quae bene cum uideas, rationem reddere possis
tute tibi atque aliis, quo pacto per loca sola
saxa paris formas uerborum ex ordine reddant,
palantis comites com montis inter opacos
quaerimus et magna dispersos uoce ciemus.
sex etiam aut septem loca uidi reddere uocis,

---

561 *Non. 173,11*

---

561 sit *Non.*,O : fit Q 565 multis Q 567 uerbi *Lachm.*
568 accidit *Lambin (cf. V 609)* 570 locis Q¹ : lopis OQ* 571a OQ *qui numerum* XVI *addit* 575 com O : cum Q : quom *Munro*
576 magna Q¹ : magnas O : magnus Q* dispersos OQ¹ : dispersus Q*
577 uidi reddere uoces *It.* : uidere odore uocis (uoces O) OQ

unam cum iaceres: ita colles collibus ipsi
uerba repulsantes iterabant dicta referri.
haec loca capripedes Satyros Nymphasque tenere
finitimi fingunt, et Faunos esse locuntur,
quorum noctiuago strepitu ludoque iocanti
adfirmant uolgo taciturna silentia rumpi,
chordarumque sonos fieri dulcisque querellas,
tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
et genus agricolum late sentiscere, quom Pan
pinea semiferi capitis uelamina quassans
unco saepe labro calamos percurrit hiantis,
fistula siluestrem ne cesset fundere musam.
cetera de genere hoc monstra ac portenta loquontur,
ne loca deserta ab diuis quoque forte putentur
sola tenere. ideo iactant miracula dictis,
aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne
humanum genus est auidum nimis auricularum.

594ª QVA VISVS NON TRANET VOCEM TRANARE

Quod super est, non est mirandum qua ratione,
per loca quae nequeunt oculi res cernere apertas,
haec loca per uoces ueniant aurisque lacessant,

---

579 dicta OQ : docta *Lachm.* 581 finitime Q faunos *It.* : faunes OQ 582 iocanti O^1 : locanti O*Q 584 sonus Q 585 = *V 1385* 586 quompan O*(?)Q* : cumpan O^1 (?) : pompam Q^1 587 semi fieri Q uelamina L : ullamina OQ 590 ~ *845* Cetera F : Petere OQ menstra O 594 auricularum OQ : miraclorum *Bentley* : ridiculorum *Birt* : terricularum *Bergk* : auribus horum *Cartault* : aucupiorum *Brieger* : auscultare *Merrill, omnia frustra . verum mihi uidetur* : auidum *(gen. pl.)* n. auriculorum . *tritum* auidae aures (*cf. Thes. l. l. II 1427*) *et uolgare* auriculum *ex Gloss. V 340,7.12 et Italorum 'orecchio' constat* 594ª OQ QVO Q TRANET QO^1 : TRNET O* *addit* XVIII Q

conloquium clausis foribus quoque saepe uidemus;
ni mirum, quia uox per flexa foramina rerum
incolumis transire potest, simulacra renutant;
perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant,
qualia sunt uitrei, species qua trauolat omnis.
praeterea partis in cunctas diuiditur uox,
ex aliis aliae quoniam gignuntur, ubi una
dissuluit semel in multas exorta, quasi ignis
saepe solet scintilla suos se spargere in ignis.
ergo replentur loca uocibus abdita retro
omnia quae circum feruunt sonituque cientur.
at simulacra uiis derectis omnia tendunt
ut sunt missa semel; qua propter cernere nemo
saepe supra potis est, at uoces accipere extra.
et tamen ipsa quoque haec, dum transit clausa *domorum*,
uox optunditur atque auris confusa penetrat,
et sonitum potius quam uerba audire uidemur.

614ª DE SAPORE

615 Hoc, qui sentimus sucum, lingua atque palatum
plusculum habent in se rationis plus operaeue.

---

598 *post* conloquium *add.* ⟨*ut*⟩ *Brieger* uidemus OQ : ubi demus *Lachm.* 599 nox Q 600 renutant *It.* : renuntant O : rerumtant. Q 602 uitrei O : uitre Q* : uitri Q¹ speciis Q* 603 cunctas Q¹ : cuncta OQ* 604 ubi una Q¹ : ubina OQ* 606 se spargere O : respargere Q 608 feruunt *Munro* : fuerunt OQ : feriunt *Lachm.* 609 uiis O¹ : uis O*Q tendant Q 611 saepe supra OQ *(cf. praesaepe)* : saepta supra *Wakefield* : saepem intra *Lachm.* : saepta intra *Brieger* : saepem ultra *Bernays* 612 *domorum Lachm.* : *om.* OQ 614ª O : *sp. rel. om.* Q 615 Hoc O : . oc *(initiali pro rubr. rel.)* Q; *intellego ablatiuum comparationis* : Nec *Marullus, quod non quadrat ad* plusculum 616 operaeue *Lachm.* : opere OQ : plusque operai *Lambin* : plusue operai *Goebel*

principio sucum sentimus in ore, cibum cum
mandendo exprimimus, ceu plenam spongiam aquai
siquis forte manu premere ac siccare coëpit.
inde quod exprimimus per caulas omne palati
diditur et rarae per flexa foramina linguae.
hoc ubi leuia sunt manantis corpora suci,
suauiter attingunt et suauiter omnia tractant,
umida linguai circum sudantia templa;
at contra pungunt sensum lacerantque coorta,
quanto quaeque magis sunt asperitate repleta.
deinde uoluptas est e suco fine palati;
cum uero deorsum per fauces praecipitauit,
nulla uoluptas est, dum omnis in diditur artus.
nec refert quicquam quo uictu corpus alatur,
dum modo quod capias concoctum didere possis
artubus et stomachi umidulum seruare tenorem.

632a QVARE ALIA ALIIS CONTRARIA SINT

Nunc aliis alius qui sit cibus ut uideatur,
expediam, quareue, aliis quod triste et amarumst,
hoc tamen esse aliis possit perdulce uideri,

---

617 ciuum Q*, *ss.* tum, *quae est var. lect. insequentis voculae* cum, Q¹ 621 raro Q per flexa *Victorianus* : perplexa OQ 622 manantis *Pontanus* : manantes OQ 623 suaiter O* 624 umidai lingua OQ : *corr. It.* sudantia OQ : sidentia *haud recte Lachm.* 629 diditur omnis in OQ : *transp. Brieger (cf. III 703.707)* 631 possis *It.* : posses OQ 632 umidulum *Lachm.* : umidum OQ : umectum *Pontanus . fuit cum conicerem* umidum ⟨*item*⟩, *quae elisio non uitatur a L. cf. I 1012. IV 616.618 VI 485* 632a O : *sp. rel. om.* Q 633 ut uideatur *scripsi* : ut uideamus OQ *(de periphrasi* est ut *cf. VI 1087. V 715; Plaut. Phorm. 270 al.)* : unicus aptus *Lachm.* : suauis et almus *Munro* : suppeditatus *Bernays* : utilis unus *Polle; lacunam post 633 statuebat Brieger*

tantaque *in* his rebus distantia differitasque est,
ut quod aliis cibus est aliis fuat acre uenenum;
est itaque ut serpens, hominis quae tacta saliuis
disperit ac sese mandendo conficit ipsa.
praeterea nobis ueratrum est acre uenenum,
at capris adipes et quocturnicibus auget.
id quibus ut fiat rebus cognoscere possis,
principio meminisse decet quae diximus ante,
semina multimodis in rebus mixta teneri.
porro omnes quae cumque cibum capiunt animantes
ut sunt dissimiles extrinsecus et generatim
extima membrorum circumcaessura coërcet,
proinde et seminibus constant uariante figura.
semina cum porro distent, differre necessest
interualla uiasque, foramina quae perhibemus,
omnibus in membris et in ore ipsoque palato:
esse minora igitur quaedam maioraque debent,
esse triquetra aliis, aliis quadrata necessest,
multa rutunda, modis multis multangula quaedam.
namque figurarum ratio ut motusque reposcunt,

---

636 *Non. 95,28; cf. Arnob. II 16 (p. 60,24) plurima differitate distantia* 641 *Ecl. Sang. p. 11* 643 *Arnob. p. 120,15 R.*

---

636 in *Non.* : *om.* OQ est OQ : *om. Non.* 637 quod OQ : qui *Marullus* aliis O : alius Q : ali *Lachm.*; *de* alîs *cf. Thes. l. l. I 1622,58* fuat O^1 : fiat Q : fruat O* 638 Est itaque OQ : est aliquae *Lachm.*: extetque *Munro* : est ut quae *Brieger*; *omnia falso* 641 quocturnicibus *scripsi (cf. Lukrezstud. V 52)* : cocturnicibus O* : quod turnicibus Q : coturnicibus *Ecl. Sang.*, O^1 augent *Ecl. Sang.* 642 Id quibus ut OQ : ut quibus id *Lambin* 643 dece O* 647 ~ *III 219* 648 et OQ : ex *Lachm.* uariante *Lachm.* : uariantque OQ 653 aliis *alt.* O^1 : *om.* O*Q 655 ut O : *om.* Q

proinde foraminibus debent differre figurae,
et uariare uiae proinde ac textura coërcet.
hoc ubi quod suaue est aliis aliis fit amarum,
illi, cui suaue est, leuissima corpora debent
contractabiliter caulas intrare palati,
at contra quibus est eadem res intus acerba,
aspera, ni mirum, penetrant hamataque fauces.
nunc facile est ex his rebus cognoscere quaeque
quippe? ubi cui febris bili superante coorta est
aut alia ratione aliquast uis excita morbi,
perturbatur ibi iam totum corpus, et omnes
commutantur ibi positurae principiorum;
ut prius ad sensum quae corpora conueniebant
nunc non conueniant, et cetera sint magis apta,
quae penetrata queunt sensum progignere acerbum.
utraque enim sunt in mellis commixta sapore;
id quod iam supera tibi saepe ostendimus ante.

DE ODORE

Nunc age, quo pacto naris adiectus odoris
tangat agam. primum res multas esse necessest
unde fluens uoluat uarius se fluctus odorum,
et fluere et mitti uolgo spargique putandumst;
uerum aliis alius [et] magis est animantibus aptus

---

659 corpora *It.*: corpore OQ 660 caulas Q^1: caudas OQ*
662 aspera ni mirum *It.*: asper animorum OQ 663 facilis est Q
668 ut *Lachm.*: Fit OQ, *quo seruato* ut *ante* quae *addebat* F
671.672 *post* 662 *transponebat Lachm.*; *fortasse antea aliquid intercidit*
672 = *I 429.531* 672ª O: *sp. rel. om.* Q 675 soluat Q fluctas (a *ex* u?) Q 677 alius et magis est O: alius est magis et Q (*archet.* alius magis ^{est} et): *corr. It.*

dissimilis propter formas. ideoque per auras
mellis apes quamuis longe ducuntur odore,
uolturiique cadaueribus; tum fissa ferarum
ungula quo tulerit gressum promissa canum uis
ducit, et humanum longe praesentit odorem
Romulidarum arcis seruator, candidus anser.
sic aliis alius nidor datus ad sua quemque
pabula ducit et a taetro resilire ueneno
cogit, eoque modo seruantur saecla ferarum.

‖ Hic odor ipse igitur, naris qui cumque lacessit,
est alio ut possit permitti longius alter;
sed tamen haud quisquam tam longe fertur eorum
quam sonitus, quam uox, mitto iam dicere quam res
quae feriunt oculorum acies uisumque lacessunt.
errabundus enim tarde uenit, ac perit ante
paulatim facilis distractus in aëris auras;
ex alto primum quia uix emittitur ex re;
nam penitus fluere atque recedere rebus odores
significat quod fracta magis redolere uidentur
omnia, quod contrita, quod igni conlabefacta.
deinde uidere licet maioribus esse creatum
principiis quam uox, quoniam per saxea saepta
non penetrat, qua uox uolgo sonitusque feruntur.

---

678 *nonne* propter dissimilis *ut V 443. VI 775.990?* 681 tetulit *Bergk* permissa *Gronovius cf. 688* 682 Ducit OQ : dicit *Lachm.* 685 resilere Q 687—705 *postea inseruit poeta* 695 precedere O* : *corr.* O¹ : procedere *Victorianus* 696 redolere O¹ : redolore O*Q 698 maloribus O creatum *Marullus* : creatam OQ 700 sonituque O*

quare etiam quod olet non tam facile esse uidebis
inuestigare in qua sit regione locatum.
refrigescit enim cunctando plaga per auras,
nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum.
errant saepe canes itaque et uestigia quaerunt.

Nec tamen hoc solis in odoribus atque saporum
in generest, sed item species rerum atque colores
non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
ut non sint aliis quaedam magis acria uisu.
quin etiam gallum, noctem explaudentibus alis
auroram clara consuetum uoce uocare,
noenu queunt rapidi contra constare leones
inque tueri: ita continuo meminere fugai,
ni mirum, quia sunt gallorum in corpore quaedam
semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum,
pupillas interfodiunt acremque dolorem
praebent, ut nequeant contra durare feroces;
cum tamen haec nostras acies nihil laedere possint,
aut quia non penetrant, aut quod penetrantibus illis
exitus ex oculis liber datur, in remorando
laedere ne possint ex ulla lumina parte.

DE ANIMI MOTV

Nunc age, quae moueant animum res accipe, et unde
quae ueniunt ueniant in mentem percipe paucis.

706—721 *ut hinc alienos uu. seclusit Lachm.* 706 soporum O 710 Quin O^1: Qum O*: Qur Q explaudentibus O^1: explondentibus O*: explendentibus Q 712 rabidi *Wakefield*; *cf. ad V 892* 719 illis Q^1: ilus OQ^*: hibus *Merrill* 721 ne O: non Q ulla O^1Q^1: uilla O^*Q^* 721ª O *et* Q *qui num.* XXII *addit* 723 ueniunt ueniunt Q

principio hoc dico, rerum simulacra uagari
multa modis multis in cunctas undique partis
tenuia, quae facile inter se iunguntur in auris,
obuia cum ueniunt, ut aranea bratteaque auri.
quippe etenim multo magis haec sunt tenuia textu
quam quae percipiunt oculos uisumque lacessunt,
corporis haec quoniam penetrant per rara, cientque
tenuem animi naturam intus sensumque lacessunt.
Centauros itaque et Scyllarum membra uidemus,
Cerbereasque canum facies, simulacraque eorum
quorum morte obita tellus amplectitur ossa,
omne genus quoniam passim simulacra feruntur,
partim sponte sua quae fiunt aëre in ipso,
partim quae uariis ab rebus cumque recedunt
et quae confiunt ex horum facta figuris.
nam certe ex uiuo Centauri non fit imago,
nulla fuit quoniam talis natura animata;
uerum ubi equi atque hominis casu conuenit imago,
haerescit facile extemplo, quod diximus ante,
propter subtilem naturam et tenuia texta.
cetera de genere hoc eadem ratione creantur.
quae cum mobiliter summa leuitate feruntur,
ut prius ostendi, facile uno commouet ictu
quae libet una animum nobis subtilis imago:

---

725 = *IV 165* 727 bratieaque Q 728 multo *om.* Q 730 rara *Marullus* : ara O*Q : aera O^1 733 eacies Q* 735 omne genus *Marullus* : omnigenus OQ 736 fiunt *Marullus* : flunt O* : fluunt QO^1 740 animata *Merrill* : anima OQ : animalis *Lambin* : animantis *Gifanius* 741 hominis casu (Q^1 : homines OQ) OQ* : casu *transposito post* equi *uersum emendabat Lachm.* 743 tenua O*

tenuis enim mens est et mire mobilis ipsa.
haec fieri, ut memoro, facile hinc cognoscere possis.
quatinus hoc simile est illi, quod mente uidemus
atque oculis, simili fieri ratione necesse est.
nunc igitur docui quoniam me forte leonum
cernere per simulacra, oculos quae cumque lacessunt,
scire licet mentem simili ratione moueri
per simulacra leonum *et* cetera quae uidet aeque
nec minus atque oculi, nisi quod mage tenuia cernit.
nec ratione alia, cum somnus membra profudit,
mens animi uigilat, nisi quod simulacra lacessunt
haec eadem nostros animos, quae cum uigilamus,
usque adeo, certe ut uideamur cernere eum quem
rellicta uita iam mors et terra potitast.
hoc ideo fieri cogit natura, quod omnes
corporis offecti sensus per membra quiescunt
nec possunt falsum ueris conuincere rebus.
praeterea meminisse iacet languetque sopore,
nec dissentit eum mortis letique potitum
iam pridem, quem mens uiuom se cernere credit.
quod super est, non est mirum simulacra moueri
brachiaque in numerum iactare et cetera membra.
nam fit ut in somnis facere hoc uideatur imago.

---

751 feri Q* 752 docui quoniam OQ *(cf. 740)* : quoniam docui *(cf. III 203) Lambin* leonum OQ : leonem *Lachm.* : leones *Marullus, quod utique cogitando supplendum* 753 quae *om.* Q 754 simul Q 755 leonem *Lachm.* ⟨*et*⟩ *add. Marullus* : *om.* OQ : ⟨*ut*⟩ *Merrill* 756 oculi atque OQ: *transp. It.* 758 lacessunt O: cessunt Q 760 quem *It.* : que OQ 761 rellicta *Is. Vossius cf. Verg. Georg. 3,547* : Reddita OQ: reddita ⟨*pro*⟩ *Lachm.* 765 Propterea Q 766 litique OQ: *corr. It.*

quippe? ubi prima perit alioque est altera nata
inde statu, prior hic gestum mutasse uidetur,
scilicet, id fieri celeri ratione putandumst:
tanta est mobilitas et rerum copia tanta,
tantaque sensibili quouis est tempore in uno
copia particularum, ut possit suppeditare.

Multaque in his rebus quaeruntur, multaque nobis
clarandumst, plane si res exponere auemus.

QVARE QVOD LIBVERIT STATIM COGITEMVS

Quaeritur in primis quare, quod cuique libido
uenerit, extemplo mens cogitet eius id ipsum.
anne uoluntatem nostram simulacra tuentur,
et simul ac uolumus nobis occurrit imago?
si mare, si terram cordist, si denique caelum,
conuentus hominum, pompam, conuiuia, pugnas:
omnia sub uerbone creat natura paratque?
cum praesertim aliis eadem in regione locoque
longe dissimilis animus res cogitet omnis.

quid porro, in numerum procedere cum simulacra
cernimus in somnis et mollia membra mouere,
mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt
et repetunt ollis gestum pede conuenienti?

771.772 = *IV 800.801* 772 mutasse O *(cf. 801)* : utesse *hic* Q 774 = *IV 799* 776 suppenditare Q* 777—817 *postea additos a poëta secl. Lachm.* 778 auamus Q : abemus O* : habemus O¹ 778ª O : *sp. rel. om.* Q *post* 782 *transp. 795 Lachm.* 783 cordist] *sc. uidere cf. 782* 791 repetunt OQ : referunt *Lachm.* ollis *Creech* : oculis OQ

scilicet, arte madent simulacra et docta uagantur,
nocturno facere ut possint in tempore ludos.
an magis illud erit uerum? quia tempore in uno,
com sentimus, id est, cum uox emittitur una,
tempora multa latent, ratio quae comperit esse,
propterea fit uti quouis in tempore quaeque
praesto sint simulacra locis in quisque parata.
tantast mobilitas et rerum copia tanta.
hoc ubi prima perit alioque est altera nata
inde statu, prior hic gestum mutasse uidetur.
et quia tenuia sunt, nisi quae contendit, acute
cernere non potis est animus; proinde omnia quae sunt
praeterea pereunt, nisi quae ex sese ipse parauit.
ipse parat sese porro, speratque futurum
ut uideat quod consequitur rem quamque: fit ergo.
nonne uides oculos etiam, cum tenuia quae sunt
[praeterea pereunt, nisi quae ex se ipse parauit]
cernere coeperunt, contendere se atque parare,
nec sine eo fieri posse ut cernamus acute?

---

793 lodus Q 795 com sentimus *scripsi* (cum s. *Munro*, quom s. *Mussehl*) : Consentimus OQ : quod s. *Lachm.*, *qui 795 transp. post 782* id est OQ : id et *Munro* : item ut *Madvig* : idem *Duvan* 798 Presto sin Q : Praesto in O : *corr.* F locis F : locos OQ 799—801 = 774. 771.772, *quos in nouam formam carminis transp. poeta, delebat Lachm.* 799 tantast *scripsi* : Tanta *hic* OQ, *sed seruatum* st *post* mobilitas : Tanta est *774* OQ 800 Hoc O *(cf. 360 al.)* : Huc Q* : Hac Q¹ 802 que OQ *(sc. cernere)* : se *Lambin (cf. 809)* 804 = 808 quae ex sese *It.* : quae ex se *hic et 808* OQ : ⟨*si*⟩ quae ad se *Lachm.* : qui *(abl.)* sese *Cartault* : sic se *Lambin* : queis sese *Christ* : ⟨*si*⟩ ad quae se *Brieger* 805 futurum *Pontanus* : futuram OQ 808 *ex 804 (propter exitus similitudinem uu. 803 = 807) repetitum del. It.*

et tamen in rebus quoque apertis noscere possis,
si non aduertas animum, proinde esse quasi omni
tempore semotum fuerit longeque remotum.
cur igitur mirumst, animus si cetera perdit
praeter quam quibus est in rebus deditus ipse?
deinde adopinamur de signis maxima paruis,
ac nos in fraudem induimus frustraminis ipsi. ‖

Fit quoque ut inter dum non suppeditetur imago
eiusdem generis, sed femina quae fuit ante,
in manibus uir uti factus uideatur adesse,
aut alia ex alia facies aetasque sequatur.
quod ne miremur sopor atque obliuia curant.

‖ Illud in his rebus uitium uehementer inesse
credimus atque hunc te cum primis mentis auemus
effugere errorem uitareque praemetuenter,
lumina ne facias oculorum clara creata,
prospicere ut possimus, et ut proferre queamus
proceros passus, ideo fastigia posse

---

822 *sqq. cf. Lact. de opif. 6,8; Inst. III 17,19*

---

811 noscere *It.*: nocere OQ 812 adueritas Q 814 animusque Q 815 praeter *Avancius*: Praeterea OQ 817 frustramin Q ipsis Q 818 non *It.*: nos OQ 820 uir uti Q^1: uirtuti OQ* 826 *post 821 transp.* Q^1 822—857 *quos postea scripsit poeta secl. Lachm.* 822 initis rebus uicium Q rebu' *post* vementer *Lachm.*: *post* rebus *suppl.* ⟨*possis*⟩ *Merrill* inesse OQ: necessest *Lachm.*: auessis *Munro: del. Merrill* 822ª *lac. stat. Ernout*: *suppleui* 823 errore multareque OQ*: *corr.* Q^1 praemetuentur O 824 creta Q 825 possemus *Lachm. (cf. 831)* queamus *Lachm.*: uia OQ*: uiai Q^1 827 passius Q

surarum ac feminum pedibus fundata plicari,
bracchia tum porro ualidis ex apta lacertis
esse manusque datas utraque *ex* parte ministras,
ut facere ad uitam possemus quae foret usus.
cetera de genere hoc inter quae cumque pretantur,
omnia peruersa praepostera sunt ratione,
nihil ideo quoniam natumst in corpore ut uti
possemus, sed quod natumst id procreat usum.

835a PRIVS OCVLOS LINGVAM AVRES ESSE NATA QVAM EORVM VSVM

Nec fuit ante uidere oculorum lumina nata,
nec dictis orare prius quam lingua creatast,
sed potius longe linguae praecessit origo
sermonem, multoque creatae sunt prius aures
quam sonus est auditus, et omnia denique membra
ante fuere, ut opinor, eorum quam foret usus;
haud igitur potuere utendi crescere causa.

at contra conferre manu certamina pugnae
et lacerare artus foedareque membra cruore
ante fuit multo quam lucida tela uolarent,
et uolnus uitare prius natura coëgit
quam daret obiectum parmai laeua per artem.
scilicet, et fessum corpus mandare quieti
multo antiquius est quam lecti mollia strata,

---

829 Bacchia OQ 830 ⟨*ex*⟩ *Lachm.* : *om.* OQ : ⟨*a*⟩ *Marullus*
831 foret usus O : forenses Q* : u *ss. ultimae litt.* e Q¹ 832 prȩcantur Q
834 ibeo Q orpore O* 835a O *et* Q, *qui add.* XXIIII 836 nata OQ *(sic)* : natum *Lachm.* 843 conferre O¹ : conserre O*Q 844 foedare (*om.* que) Q : foedereque O* 847 parmai *It.* : parmat OQ

et sedare sitim prius est quam pocula natum.
haec igitur possunt utendi cognita causa
credier, ex usu quae sunt uitaque reperta.
illa quidem seorsum sunt omnia, quae prius ipsa
nata dedere suae post notitiam utilitatis.
quo genere in primis sensus et membra uidemus;
quare etiam atque etiam procul est ut credere possis
utilitatis ob officium potuisse creari. ‖

Illud item non est mirandum, corporis ipsa
quod natura cibum quaerit cuiusque animantis.
quippe etenim fluere atque recedere corpora rebus
multa modis multis docui, sed plurima debent
ex animalibus; *quae* quia sunt exercita motu,
multa per os exhalantur, cum languida anhelant,
multaque per sudorem ex alto pressa feruntur.
his igitur rebus rarescit corpus et omnis
subruitur natura; dolor quam consequitur rem.
propterea capitur cibus, ut suffulciat artus
et recreet uires inter datus, atque patentem
per membra ac uenas ut amorem opturet edendi.
umor item discedit in omnia quae loca cumque
poscunt umorem; glomerataque multa uaporis
corpora, quae stomacho praebent incendia nostro,

---

856 pocul OQ : *corr. It.* crede Q 858—876 *ut postea adiecta a poeta secl. Lachm.* 861 docuissed plurima Q 862 ⟨*quae*⟩ *Lachm.* : *om.* OQ : et *It.* : haec *Wakefield* 864.863 *transp. Lachm.* 864 exal tantur Q 865 rarescit rebus *colloc.* Q* 866 consequit Q 868 uires OQ¹ : uobres Q* 869 opturet O* : optur re Q* : obduret O¹

dissupat adueniens liquor ac restinguit ut ignem,
urere ne possit calor amplius aridus artus.
sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro
abluitur, sic expletur ieiuna cupido.

DE MOTV MEMBRORVM HOC EST DE AMBVLANDO

Nunc qui fiat uti passus proferre queamus,
cum uolumus, quareque datum sit membra mouere,
et quae res tantum hoc oneris protrudere nostri
corporis insuerit, dicam: tu percipe dicta.
dico animo nostro primum simulacra meandi
accidere atque animum pulsare, ut diximus ante.
inde uoluntas fit: neque enim facere incipit ullam
rem quisquam, *quam* mens prouidit quid uelit ante.
id quod prouidet, illius rei constat imago.
ergo animus cum sese ita commouet ut uelit ire
inque gredi, ferit extemplo quae in corpore toto,
per membra atque artus, animai dissita uis est;
et facilest factu, quoniam coniuncta tenetur.
inde ea proporro corpus ferit, atque ita tota
paulatim moles protruditur atque mouetur.
praeterea tum rarescit quoque corpus, et aër
(scilicet, ut debet qui semper mobilis extat)

---

873 ut O : in Q 876 ieiuna *It.* : ieluna O : teluna Q* : c *ss. litterae* t Q¹ (*uolebatne* ceu luna?) 876ª O : *sp. rel. om.* Q 877 fiat Q¹ : flat OQ* quemus O : quiemus Q : *corr. It.* 878 quareque (*uel* quareue) *Merrill* : uareque OQ : uarieque *It.* 879 oneris O¹ : onoris O* : honoris Q 882 accedere O¹ 884 ⟨*quam*⟩ *It.* : *om.* OQ ens O 885 constat F : constare OQ 886 Ergo O¹ : Ego O*Q uelit O : uelli Q* 888 animai *It.* : anima OQ* : animam Q¹ 889 factu Q¹ : factum OQ* 890 ferit *Marullus* : perit OQ* : pellit Q¹

per patefacta uenit penetratque foramina largus,
et dispargitur ad partis ita quasque minutas
corporis. hic igitur rebus fit utrimque duabus,
corpus ut ac nauis remis uentoque feratur.
nec tamen illud in his rebus mirabile constat,
tantula quod tantum corpus corpuscula possunt
contorquere et onus totum conuertere nostrum;
quippe? etenim uentus subtili corpore tenuis
trudit agens magnam magno molimine nauem,
et manus una regit quanto uis impete euntem
atque gubernaclum contorquet quo libet unum,
multaque, per trocleas et tympana, pondere magno
commouet atque leui sustollit machina nisu.

DE SOMNO QVEM AD MODVM FIAT

Nunc quibus ille modis somnus per membra quietem
inriget atque animi curas e pectore soluat,
suauidicis potius quam multis uersibus edam;
paruus ut est cycni melior canor, ille gruum quam
clamor in aetheriis dispersus nubibus austri.

---

907 *Macrob. Sat. VI 1,44*

---

897 corpus *Lambin* : corporis OQ *(cf. 896)* : aeque id *Bernays* : scilicet *Merrill* ut ac O*Q : ac *del.* O¹ : uti ut *Lambin (de part. comparat.* ac *cf. Lindsay Synt. of Plaut. p. 94 sq.)* remis *Gassendi* : uelis *contra sensum* OQ 899 tantula Q¹ : tantuia OQ* 905 pondere magno OQ *(cf. V 556)* : pondera magna *Lachm.* 906 leui O : teui Q 906ª O : *sp. rel. om.* Q 907 modis *Macr.* O¹Q¹ : modi O*Q* ter Q* quietem *Macr.* : quiete OQ 908 Inriget OQ¹ : Inrigit Q* : inrigat *Macr.* 909—911 = *IV 180—182* 909 suauidicis Q¹ : suautdicis OQ*

tu mihi da tenuis auris animumque sagacem,
ne fieri negites quae dicam posse, retroque
uera repulsanti discedas pectore dicta,
tutemet in culpa cum sis neque cernere possis.

principio somnus fit ubi est distracta per artus
uis animae partimque foras eiecta recessit
et partim contrusa magis concessit in altum;
dissoluuntur enim tum demum membra fluuntque.
nam dubium non est, animai quin opera sit
sensus hic in nobis, quem cum sopor inpedit esse,
tum nobis animam perturbatam esse putandumst
eiectamque foras; non omnem, namque iaceret
aeterno corpus perfusum frigore leti.
quippe? ubi nulla latens animai pars remaneret
in membris, cinere ut multa latet obrutus ignis,
unde reconflari sensus per membra repente
posset, ut ex igni caeco consurgere flamma?

Sed quibus haec rebus nouitas confiat, et unde
perturbari anima et corpus languescere possit,
expediam: tu fac ne uentis uerba profundam.

principio externa corpus de parte necessum est,
aëriis quoniam uicinum tangitur auris,
tundier atque eius crebro pulsarier ictu,

---

912 *Schol. Veron. Verg. Georg. III 3 (Seru. Thilonis III 2 p. 408,12)* uacuas . . . mentes] *sic Lucretius* : *'uacuas aures animumque sagacem'*

---

912 tenuis OQ : uacuas *Schol. Ver.* 915 Tutemet Q^1 *(cf. I 102)* : Tutimet OQ* 923 omne Q^1 928 posset *Lachm.* : Possit OQ 929 confiat *Pontanus* : conflat O : conflatur QQ 934 eius *(sc. aēris)* OQ : ab ibus *Lachm.*

proptereaque fere res omnes aut corio sunt
aut etiam conchis aut callo aut cortice tectae.
interiorem etiam partem spirantibus aër
uerberat hic idem, cum ducitur atque reflatur.
quare utrimque secus cum corpus uapulet, et cum
perueniant plagae per parua foramina nobis
corporis ad primas partis elementaque prima,
fit quasi paulatim nobis per membra ruina.
conturbantur enim positurae principiorum
corporis atque animi. fit uti pars inde animai
eiiciatur, et introrsum pars abdita cedat,
pars etiam distracta per artus non queat esse
coniuncta inter se neque motu mutua fungi;
inter enim saepit coetus natura uiasque.
ergo sensus abit mutatis motibus alte.
et quoniam non est quasi quod suffulciat artus,
debile fit corpus, languescuntque omnia membra,
bracchia palpebraeque cadunt, poplitisque cubanti
saepe tamen submittuntur uirisque resoluunt.
deinde cibum sequitur somnus, quia, quae facit aër,
haec eadem cibus, in uenas dum diditur omnis,
efficit. et multo sopor ille grauissimus exstat,
quem satur aut lassus capias, quia plurima tum se
corpora conturbant magno contusa labore.
fit ratione eadem coniectus parte animai

---

952 *Non. 218,25*

---

935 fere res QO¹ : ferres O* curio O 936 callo Q¹ : gallo OQ*
945 eiiciatur] eiciatur *Lambin* : Eliciatur OQ 946 Par Q*
947 neque QO¹ : ne O* 952 cauanti *Non.* 956 efficitur multo Q*
959 parte OQ : partim *Lachm. (cf. 918)*

altior, atque foras eiectus largior eius,
et diuisior inter se ac distractior intus.

DE SOMNIIS

Et quo quisque fere studio deuinctus adhaeret,
aut quibus in rebus multum sumus ante morati
atque in ea ratione fuit contenta magis mens,
in somnis eadem plerumque uidemur obire:
causidici causas agere et componere leges,
induperatores pugnare ac proelia obire,
nautae contractum cum uentis degere bellum,
nos agere hoc autem et naturam quaerere rerum
semper et inuentam patriis exponere chartis.
cetera sic studia atque artes plerumque uidentur
in somnis animos hominum frustrata tenere.
et qui cumque dies multos ex ordine ludis
adsiduas dederunt operas, plerumque uidemus,
cum iam destiterunt ea sensibus usurpare,
relicuas tamen esse uias in mente patentis,
qua possint eadem rerum simulacra uenire;
per multos itaque illa dies eadem obuersantur
ante oculos, etiam uigilantes ut uideantur
cernere saltantis et mollia membra mouentis,
et citharae liquidum carmen chordasque loquentis
auribus accipere, et consessum cernere eundem

960 atque O : que Q* : et Q¹ 961 intus OQ : actus *otiose Lachm.* : intust *Bailey* 961ª O *et numero* XXVII *addito* Q 962 Et O : .t *(initiali pro rubr. rel.)* Q* : At Q¹ quo] quod Q* 967 praetia Q 968 uenitis degerere uelum Q 974 dederint O¹ 975 destiterint O¹ 977 possunt Q 982 consessum *Marullus* : consensum OQ

scenaique simul uarios splendere decores.
usque adeo magni refert studium atque uoluntas,
et quibus in rebus consuerint esse operati
non homines solum sed uero animalia cuncta.
quippe? uidebis equos fortis, cum membra iacebunt,
in somnis sudare tamen spirareque semper
et quasi de palma summas contendere uiris
aut quasi carceribus patefactis *tendere crura.*
uenantumque canes in molli saepe quiete
iactant crura tamen subito uocisque repente
mittunt et crebro redducunt naribus auras,
ut uestigia si teneant inuenta ferarum,
expergefactique secuntur inania saepe
ceruorum simulacra, fugae quasi dedita cernant,
donec discussis redeant erroribus ad se.
ad consueta domi catulorum blanda propago
discutere et corpus de terra corripere instant,
[iactant crura tamen subito uocisque repente
mittunt et crebro redducunt naribus auras
ut uestigia si teneant inuenta ferarum
expergefactique secuntur inania saepe]

---

983 scenaique] Scenatque OQ*: Scenaeque Q¹ 984 uoluptas *Lachm.* 989 palma *Lambin*: palmas O*Q: palmis O¹ 990 *tendere crura exempli gr. expleui*: saepe quiete *(praeceptum ex v. 999, qui propterea omissus est primo)* OQ: membra mouere *Bouterwek*: surgere raptim *Bessart*: uelle uolare *Munro*: colligere aestum *Lachm.* 999 *post 990 transp. It.* uenantumque *Pius*: uenatumque OQ 991—994 = *1000—1003* 993 Ut *u. 1002* OQ: Et *hic* OQ 995 fugae *Marullus*: fuga OQ dedita *Marullus*: ddita OQ*: didita Q¹ 996 erroribus *Turnebus*: terroribus OQ 999 *supra post 990 omissum hic suppleuerunt simulque 1000—1003 (= 991—994) falso iteraverunt* OQ

proinde quasi ignotas facies atque ora tuantur.
et quo quaeque magis sunt aspera seminiorum,
tam magis in somnis eadem saeuire necessust.
ad uariae fugiunt uolucres pinnisque repente
sollicitant diuom nocturno tempore lucos,
accipitres somno in leni si proelia pugnas
edere sunt persectantes uisaeque uolantes.
porro hominum mentes, magnis quae motibus edunt
magna, itidem saepe in somnis faciuntque geruntque:
reges expugnant, capiuntur, proelia miscent,
tollunt clamorem, quasi si iugulentur ibidem.
multi depugnant gemitusque doloribus edunt,
et quasi pantherae morsu saeuiue leonis
mandantur, magnis clamoribus omnia complent.
multi de magnis per somnum rebus loquuntur,
indicioque sui facti persaepe fuere.
multi mortem obeunt. multi, de montibus altis
ut qui praecipitent ad terram corpore toto,
exterruntur, et ex somno quasi mentibus capti
uix ad se redeunt, permoti corporis aestu.
flumen item sitiens aut fontem propter amoenum
adsidet et totum prope faucibus occupat amnem.

1009.1010 *Non. 192,26*

1006 saenire O : seruire Q 1007 uarae Q 1008 luces Q 1011 quae motibus *Victorianus* : que montibus OQ : qui mentibus *Lachm.* 1013 reges] arces *Merrill* exipugnant O*Q : *corr.* O¹ 1019 suis factis *conicio* 1021 qui O* : quasi QO¹ 1022 Exterruntur OQ *(cf. Corp. gloss. II 445,45.49; IV 573,39)* : exterrentur *It.* : externantur *Lachm.*

puri saepe lacum propter sei ac dolia curta
somno deuincti credunt se extollere uestem,
totius umorem saccatum corporis fundunt,
cum Babylonica magnifico splendore rigantur.

1029a DE REBVS VENERIIS

1030 Tum quibus aetatis freta primitus insinuatur
semen, ubi ipsa dies membris matura creauit,
conueniunt simulacra foris e corpore quoque,
nuntia praeclari uoltus pulchrique coloris,
qui ciet inritans loca turgida semine multo,
1035 ut quasi transactis saepe omnibus rebus profundant
fluminis ingentis fluctus uestemque cruentent.

Sollicitatur id *in* nobis, quod diximus ante,
semen, adulta aetas cum primum roborat artus.
namque alias aliud res commouet atque lacessit;
1040 ex homine humanum semen ciet una hominis uis.
quod simul atque suis eiectum sedibus exit,
per membra atque artus decedit corpore toto,
in loca conueniens neruorum certa, cietque
continuo partis genitalis corporis ipsas.

1028 umorem saccatum] *cf. Arnob. II 37 (p. 77,29)*

1026 Puri OQ *(idem quod* pueri *esse vix defenditur Auson. XVI 11,13 p. 63 Schenkl)* : pusi *Lambin; aetatem certe designari suadet v. 1030* : poti *Merrill* lacum *It.* : iacum OQ sei *Lachm.* : se OQ ac O : ca Q 1029a O : *sp. rel. om.* Q 1032 quodam *Lachm.* 1033 uolutus Q* colores O*Q : *corr.* O¹ 1034 *variatus infra iteratur 1047* qui *Lambin* : Quae OQ : *fuit scilicet* quei semina Q* 1035 ut *Marullus* : Et OQ 1036 cruentent F : cruentet OQ 1037 in F : *om.* OQ : e *Lachm.* 1038 adulta Q¹ : aduita Q* : et uita O 1039 alid Q*

inritata tument loca semine, fitque uoluntas
eicere id quo se contendit dira lubido,
[incitat inritans loca turgida semine multo]
idque petit corpus, mens unde est saucia amore.
namque omnes plerumque cadunt in uulnus, et illam
emicat in partem sanguis, unde icimur ictu,
et si comminus est, hostem ruber occupat umor;
sic igitur Veneris qui telis accipit ictus,
siue puer membris muliebribus hunc iaculatur
seu mulier toto iactans e corpore amorem,
unde feritur, eo tendit, gestitque coire
et iacere umorem in corpus de corpore ductum;
namque uoluptatem praesagit muta cupido.

Haec Venus est nobis; hinc autemst nomen Amoris,
hinc illaec primum Veneris dulcedinis in cor
stillauit gutta, et successit frigida cura.
nam si abest quod ames, presto simulacra tamen sunt
illius et nomen dulce obuersatur ad auris.
sed fugitare decet simulacra et pabula amoris
absterrere sibi atque alio conuertere mentem

1046 Eicere O : Ficere Q 1047 *var. lectio u. 1034* 1048 men Q*
1051 rubor Q 1052 ictis O 1053 mulebribus Q : mulieribus O*
1055 feritur O¹ : ferit O* : territur Q 1057 muta O : multa Q : mutua *probabiliter Doederlein* 1058 hinc QO¹ : hic O* momen amoris *Lachm.* 1059 illaec O¹ : illa Q : ille O* *(sec. Lachm.)* 1060 feruida *Marullus* 1061 si Q¹ : st OQ* ames OQ : aues *Lachm. cf. III 957. 1082* 1062 oberratur Q 1063 pabulamoris Q* 1064 montem Q

et iacere umorem conlectum in corpora quaeque,
nec retinere, semel conuersum unius amore,
et seruare sibi curam certumque dolorem;
ulcus enim uiuescit et inueterascit alendo,
inque dies gliscit furor atque erumna grauescit,
si non prima nouis conturbes uolnera plagis
uolgiuagaque uagus Venere ante recentia cures
aut alio possis animi traducere motus.

Nec Veneris fructu caret is qui uitat amorem,
sed potius quae sunt sine poena commoda sumit;
nam certe purast sanis magis inde uoluptas
quam miseris. etenim potiundi tempore in ipso
fluctuat incertis erroribus ardor amantum,
nec constat quid primum oculis manibusque fruantur.
quod petiere, premunt arte, faciuntque dolorem
corporis, et dentes inlidunt saepe labellis,
osculaque adfigunt, quia non est pura uoluptas
et stimuli subsunt, qui instigant laedere id ipsum,
quod cumque est, rabies unde illaec germina surgunt.
sed leuiter poenas frangit Venus inter amorem,
blandaque refrenat morsus admixta uoluptas.

namque in eo spes est, unde est ardoris origo,
restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.
quod fieri contra totum natura repugnat;

1065 conlectum *It.* : coniectum OQ corpore Q quoque Q^1 1068 Ulcus O^1 : Uicus O*Q 1071 uolgiuagaue *conicio* 1076 mireris Q 1081 adfigunt Q *(cf. 1108. 1179)* : adfligunt O 1082 instignant Q 1083 illaec germina *'amicus' Lambini* : illaecermina *(ut uidetur)* O* : illa haec germina O^s : ille germina Q 1085 refrenat Q^1 : frenat OQ*

unaque res haec est, cuius quam plurima habemus,
tam magis ardescit dira cuppedine pectus.
nam cibus atque umor membris adsumitur intus;
quae quoniam certas possunt obsidere partis,
hoc facile expletur laticum frugumque cupido;
ex hominis uero facie pulchroque colore
nihil datur in corpus praeter simulacra fruendum
tenuia; quae uento spes raptat saepe misella.
ut bibere in somnis sitiens quom quaerit, et umor
non datur, ardorem qui membris stinguere possit,
sed laticum simulacra petit frustraque laborat
in medioque sitit torrenti flumine potans,
sic in amore Venus simulacris ludit amantis,
nec satiare queunt spectando corpora coram,
nec manibus quicquam teneris abradere membris
possunt errantes incerti corpore toto.
denique cum membris conlatis flore fruuntur
aetatis, iam cum praesagit gaudia corpus
atque in eost Venus ut muliebria conserat arua,
adfigunt auide corpus iunguntque saliuas
oris et inspirant pressantes dentibus ora:
ne quiquam, quoniam nihil inde abradere possunt
nec penetrare et abire in corpus corpore toto;
nam facere inter dum uelle et certare uidentur.

1089 quam plurima OQ *(defensa a Munrone)*: proquam plurima *Brieger*: quo mage plurima *Lachm.* 1090 dire Q* 1093 Hec Q¹ 1096 uento OQ *(cf. Catull. 64,111; Landgraf Arch. f. Lex. VIII 72)*: mentem *Bentley*: uentus *Merrill* spes raptast *Wakefield*: spe captant *Bentley*: spe raptat *Merrill* 1097 quom O*? (*Lachm.*): quum Q*: cum Q¹O¹ 1098 tinguere OQ: *corr. Auancius* 1100 torrentis Q

usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent,
membra uoluptatis dum ui labefacta liquescunt.
tandem ubi se erupit neruis conlecta cupido,
parua fit ardoris uiolenti pausa parumper;
inde redit rabies eadem et furor ille reuisit,
cum sibi quod cupiunt ipsi contingere quaerunt,
nec reperire malum id possunt quae machina uincat.
usque adeo incerti tabescunt uolnere caeco.

Adde quod absumunt uiris pereuntque labore,
adde quod alterius sub nutu degitur aetas;
languent officia atque aegrotat fama uacillans,
labitur interea res et Babylonia fiunt
tegmenta, et pulchra in pedibus Sicyonia rident,
scilicet, et grandes uiridi cum luce zmaragdi
auro includuntur, teriturque thalassina uestis
adsidue et Veneris sudorem exercita potat;
et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,

1129 *Isidor. Etym. IX 5,3 : patratio enim est rei veneriae consummatio . Lucretius* 'et bene patra patrum' [et bene patratio patrum *Raban. M. de uniuers. VII c. 2. III 185 D Migne*]

1113 compaginibus O* 1115 conlecta *Lambin* : coniecta OQ 1118 quod cupiunt *scripsi (cf. 1046 sqq.)* : quod cupiant OQ : quid cupiant *Lachm.* 1119 quae OQ* : quod Q¹ uincant O 1121 uires *Pontanus* : utris OQ 1124 *transp. ante 1123 codex Lambini* 1124 languentes facia Q uacillans *Marullus* : uicillans (?) O* : uigillans QO^{s} 1123 babylonia OQ : Babylonica *ut 1029 Pius* 1125 tegmenta *scripsi* : Unguenta OQ *(at cf. 1132)* : huic lenta *Munro* : argentum *Lachm.* : uincula *conl. Verg. Aen. 8,458 Merrill* 1126 lucet Q* 1129 parta patrum OQ : patra patrum *Isidorus corrupte* [*legitne supinum* patratum?] fiunt Q¹ : flunt OQ*

inter dum in pallam atque Alidensia Ciaque uertunt;
eximia ueste et uictu conuiuia, ludi,
pocula crebra, unguenta, coronae, serta parantur:
ne quiquam, quoniam medio de fonte leporum
surgit amari aliquit, quod in ipsis floribus angat,
aut cum conscius ipse animus se forte remordet
desidiose agere aetatem lustrisque perire,
aut quod in ambiguo uerbum iaculata reliquid,
quod cupido adfixum cordi uiuescit ut ignis,
aut nimium iactare oculos aliumue tueri
quod putat in uoltuque uidet uestigia risus.

Atque in amore mala haec proprio summeque secundo
inueniuntur: in aduerso uero atque inopi sunt,
prendere quae possis oculorum lumine operto,
innumerabilia; ut melius uigilare sit ante,
qua docui ratione, cauereque ne inliciaris.
nam uitare, plagas in amoris ne iaciamur,
non ita difficile est quam captum retibus ipsis
exire et ualidos Veneris perrumpere nodos.

1130 alidensia OQ; *puto esse Ἀλινδηνά, uestes Caricae urbis Ἄλινδα, cuius ciues Plin.n. h. V 109 Alidienses uocat* : Melitensia *Pellissier (Lambin)* : alideusia *mirifice Lachm.* Ciaque *Lachm.* : chiaque OQ; *confusae sunt antiquitus Ciae et Coae uestes cf. Plin. IV 62*
1131 ludi O^1 : luidi O^*Q : lychni *infeliciter Lachm.* 1132 cornae Q^*
1134 quod *om.* Q^* : *suppl. post* ipsis Q^1 1135 demordet Q
1137 ambiguo O^sQ^1 : ambico Q^* : ambicuo (?) O^* 1138 corde Q
1141 mala F : male OQ 1145 ne O : neque Q illiciaris *Marullus* : inligniaris OQ 1148 nodo Q^*

et tamen implicitus quoque possis inque peditus
effugere infestum, nisi tute tibi obuius obstes
et praeter mittas animi uitia omnia primum
aut quae corporis sunt eius, quam praepetis ac uis.
nam faciunt homines plerumque cupidine caeci
et tribuunt ea quae non sunt is commoda uere.
multimodis igitur prauas turpisque uidemus
esse in deliciis summoque in honore uigere.
atque alios alii inrident Veneremque suadent
ut placent, quoniam foedo adflictentur amore,
nec sua respiciunt miseri mala maxima saepe:
nigra melichrus est, inmunda et fetida acosmos,
caesia Palladium, neruosa et lignea dorcas,
paruula, pumilio, chariton mia, tota merum sal,
magna atque inmanis cataplexis plenaque honoris.
balba loqui non quit, traulizi, muta pudens est;
at flagrans, odiosa, loquacula, Lampadium fit.
ischnon eromenion tum fit, cum uiuere non quit
prae macie; rhadine uerost iam mortua tussi.
at tumida et mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho,
simula Silena ac saturast, labeosa philema.
cetera de genere hoc longum est si dicere coner.

1168 *Arnob. III 10* ab Iaccho Cererem, *musa ut praedicat Lucretia*, mammosam

---

1150 nesi Q 1152 aut *Lachm.* : Ut OQ quam praepetis O : quam precis Q : *si* quam petis *Lachm.* 1154 is O*Q : his O^{s} 1156 deliciis *It.* : delictis OQ 1158 placeant Q^{1} 1162 charitomnia Q 1164 traulizunuta Q 1166 tum fit cum fit cum uiuere n. q. Q 1167 uerost QO^{1} : uest O* 1168 tumida *Bernays* : iamina OQ : Lamia *Auancius* : plena *Merrill* 1169 Simulena silena O* 1170 est si Q^{1} : esti Q* : esti≷ O* : est id O^{1}

sed tamen esto iam quanto uis oris honore,
cui Veneris membris uis omnibus exoriatur;
nempe aliae quoque sunt; nempe hac sine uiximus ante;
nempe eadem facit, et scimus facere, omnia turpi,
et miseram taetris se suffit odoribus ipsa,
quam famulae longe fugitant furtimque cachinnant.
at lacrimans exclusus amator limina saepe
floribus et sertis operit postisque superbos
unguit amaracino et foribus miser oscula figit;
quem si, iam ammissum, uenientem offenderit aura
una modo, causas abeundi quaerat honestas,
et meditata diu cadat alte sumpta querella,
stultitiaque ibi se damnet, tribuisse quod illi
plus uideat quam mortali concedere par est.
nec Veneres nostras hoc fallit; quo magis ipsae
omnia summo opere hos uitae poscaenia celant,
quos retinere uolunt adstrictosque esse in amore,
ne quiquam, quoniam tu animo tamen omnia possis
protrahere in lucem atque omnis inquirere risus,
et, si bello animost et non odiosa, uicissim,
praeter mittere *et* humanis concedere rebus.

1171 esto iam O : estolam Q* : extollam *in mrg.* Q¹ 1174 turpi *Naugerius* : turpis OQ 1176 longe F : longi OQ fugitant Q¹ : fugitan OQ* 1180 ammissum *Lambin* : missum OQ : ammissu *Lachm.* 1182 cadat *Lambin* : cadet OQ 1183 Stultitiaque OQ : stultitiaeque *Marullus* 1186 poscaenia *Lachm.* : postcaenia OQ : postscaenia *Lambin* 1188 possis *Marullus* : posses OQ 1189 anquirere nisus *Lambin* 1191 et *Marullus* : *om.* OQ

Nec mulier semper ficto suspirat amore,
quae conplexa uiri corpus cum corpore iungit
et tenet adsuctis umectans oscula labris:
nam facit ex animo saepe, et communia quaerens
gaudia sollicitat spatium decurrere amoris.
nec ratione alia uolucres armenta feraeque
et pecudes et equae maribus subsidere possunt,
si non ipsa quoque illarum subat, ardet abundans
natura et Venerem salientum laeta retractat.
nonne uides etiam quos mutua saepe uoluptas
uinxit, ut in uinclis communibus excrucientur?
in triuiis cum saepe canes, discedere auentis,
diuorsi cupide summis ex uiribus tendunt,
quom interea ualidis Veneris compagibus haerent.
quod facerent numquam, nisi mutua gaudia nossent,
quae iacere in fraudem possent uinctosque tenere.
quare etiam atque etiam, ut dico, est communis uoluptas.

Et commiscendo quom semine forte uirilem
femina uim uicit subita ui corripuitque,

1192 sqq. *Seru. Georg. III 135 bene rem turpem aperte a Lucretio tractatam uitauit translationibus, quas omnes ab agricultura traxit*
1207 *Mar. Victor. Gr. l. VI 28,6*

1194 adsuetis O^1 umectas O ocula O* 1196 decurre O*
1198 possunt *Lachm.* : possent OQ 1199 quoque *Brieger* : quod OQ illarum *Winckelmann* : illorum OQ 1200 salientum *Marullus* : sallentum O*Q : fallentum O^s retractat *Lambin* : retractant OQ
1202 Vinxit O^1 : Vixit O*Q uinclis *Marullus* : uinciis OQ communis Q
1203 cum OQ : quam *Lachm.* 1210 *post 1203 transp. Naugerius*
1204 Quom O*(?), Q : Cum O^1 compaginibus O* 1207 atque etiam *om. Mar. Victor.* 1208 quom O*Q* : cum O^1Q^1 uirilem *Is. Voss.* : uirilli O : uirili Q 1209 uim uicit *Salmasius* : ui mulcit OQ subida *conicio*

tum similes matrum materno semine fiunt,
ut patribus patrio. sed quos utriusque figurae
esse uides, iuxtim miscentes uulta parentum,
corpore de patrio et materno sanguine crescunt,
semina cum Veneris stimulis excita per artus
obuia conflixit conspirans mutuus ardor,
et neque utrum superauit eorum nec superatumst.
fit quoque ut inter dum similes existere auorum
possint et referant proauorum saepe figuras
propterea quia multa modis primordia multis
mixta suo celant in corpore saepe parentis,
quae patribus patres tradunt a stirpe profecta.
inde Venus uaria producit sorte figuras,
maiorumque refert uoltus uocesque comasque;
quandoquidem nihilo minus haec *de* semine certo
fiunt quam facies et corpora membraque nobis.
et muliebre oritur patrio de semine saeclum,
maternoque mares existunt corpore creti.
semper enim partus duplici de semine constat,
atque utri similest magis id quod cumque creatur,
eius habet plus parte aequa; quod cernere possis,
siue uirum suboles siuest muliebris origo.

1212.1213 *Non. 230,12* 1232 *Fest. 402,22 Linds.* '*Lucretius lib. V*'

1212 patribus *Non.*, Q^1: partibus OQ* patri *Non.* 1217 speratum est Q* 1218 Fit OQ^1: Sit Q* similex Q* 1220 multa modis *Lambin*: multimodis OQ 1222 a OQ: ab *Lachm. (cf. II 1135)* 1223 uarias Q^1 1224 refert O^1Q^1: refer O*Q* 1225 minus *Lambin*: magis OQ *(cf. II ad 533)* de F: *om.* OQ 1229 semine QO^1: mine O* 1230 quodcunque F: quocumque OQ creator O

Nec diuina satum genitalem numina cuiquam
absterrent, pater a gnatis ne dulcibus umquam
appelletur et ut sterili Venere exigat aeuom;
quod plerumque putant, et multo sanguine maesti
conspergunt aras adolentque altaria donis,
ut grauidas reddant uxores semine largo;
ne quiquam diuom numen sortisque fatigant.
nam steriles nimium crasso sunt semine partim,
et liquido praeter iustum tenuique uicissim.
tenue locis quia non potis est adfigere adhaesum,
liquitur extemplo et reuocatum cedit abortu.
crassius hinc porro quoniam concretius aequo
mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu
aut penetrare locos aeque nequit aut penetratum
aegre admiscetur muliebri semine semen.
nam multum harmoniae Veneris differre uidentur;
atque alias alii complent magis, ex aliisque
succipiunt aliae pondus magis inque grauescunt.
et multae steriles Hymenaeis ante fuerunt
pluribus, et nactae pos sunt tamen unde puellos
suscipere et partu possent ditescere dulci.

1234 *cf. Seren. Samon. 613 sqq.* 1242 *Non. 73,6* 1252.1253 pos—dulci] *Non. 158,19*

1234 pater a gnatis *Pontanus* : praeter agnatis O : praeter acnatis Q*: praeterea *ss.* Q^1 1240 nimioum O* crassa Q* parum Q 1242 iocis *Non.* potis est *Non.*, O : potest Q 1243 cedit *Pontanus* : credit OQ* : redit Q^1 ab ortu *haud recte Lambin* 1244 hinc *Merrill* : hic OQ : his *Lachm.* 1247 muliebri *It.* : mulieri O*Q* : *uitium significant* O^2Q^1 1248 differere Q 1249 aliccomplent (cc = a) Q* 1252 pos sunt *scripsi* (*cf. Lachm. comm.*) : possunt OQ : post sunt *Lambin* : nos (*om.* sunt) *Non.* puellum *Non.*

et quibus ante domi fecundae saepe nequissent
uxoris parere, inuentast illis quoque compar
natura, ut possent gnatis munire senectam.
usque adeo magni refert, ut semina possint
seminibus commisceri genitaliter apta,
crassaque conueniant liquidis et liquida crassis.
atque in eo refert quo uictu uita colatur;
namque aliis rebus concrescunt semina membris,
atque aliis extenuantur tabentque uicissim.
et quibus ipsa modis tractetur blanda uoluptas,
id quoque permagni refert; nam more ferarum
quadrupedumque magis ritu plerumque putantur
concipere uxores, quia sic loca sumere possunt
pectoribus positis sublatis semina lumbis.
nec molles opus sunt motus uxoribus hilum.
nam mulier prohibet se concipere atque repugnat,
clunibus ipsa uiri Venerem si laeta retractat
atque exossato ciet omni pectore fluctus.
eicit enim sulcum recta regione uiaque
uomeris, atque locis auertit seminis ictum.
idque sua causa consuerunt scorta moueri,
ne complerentur crebro grauidaeque iacerent,

1271 fluctus] *cf. Arnob. V 44 (212,9) coll. VII 33 (267,23); II 42 (82,17)* 1274—1276 *cf. Donat. Ter. Eun. 424 (I 363,8 Wessn.)*

1257 possent Q 1259 crassane *Munro* conueniant *Marullus*: conueniunt OQ 1262 aliis *cod. Barber. 154*: alii OQ tabenque O*Q* 1263 distractetur O 1266 loca *hic et* 1273 = *τόποι, χόλποι μήτρας cf. Varr. l. l. 5,15. Scribon. 156. Cic. nat. d. II 51,128* 1267 lumbis O^1Q^1: lumbris O*Q* 1268 nec *Pontanus*: Ne OQ opus Q: opes O 1270 retractet O 1275 grauidaeque *It.*: grauidaque OQ

et simul ipsa uiris Venus ut concinnior esset;
coniugibus quod nihil nostris opus esse uidetur.

Nec diuinitus inter dum Venerisque sagittis
deteriore fit ut forma muliercula ametur.
nam facit ipsa suis inter dum femina factis
morigerisque modis et munde corpore culto,
ut facile insuescat secum *te* degere uitam.
quod super est, consuetudo concinnat amorem;
nam leuiter quamuis quod crebro tunditur ictu,
uincitur in longo spatio tamen atque labascit.
nonne uides etiam guttas in saxa cadentis
umoris longo in spatio pertundere saxa?

T. LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER IV EXPLICIT.

1281 modis *Pontanus* : moris OQ 1282 secum *te scripsi* : te *om.* OQ : *te* secum *Bernays* : secum *nos Lachm.* : *uir* secum F degerere Q *Subscribit* : TITI LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA LIB̃ IIII EXPLICIT INCIPIT LIB̃. ·V· O : *om. 2 uu. uac. rel.* Q* : Lucretii liber V *suppl.* Q^2

INCIPIT LIBER QVINTVS.

CAPITVLA

V 1 PLVS HOMINIBVS PROFVISSE QVI SAPIENTIAM INVENERIT QVAM CEREREM LIBERVM HERCVLEM.

58a ANIMAM NATIVAM ESSE.

63a DE MVNDO.

75a DE SOLIS ET LVNAE CVRSV.

90a MARE CAELVM TERRAM INTERITVRA.

131a ANIMAM ET ANIMVM NON POSSE ESSE SINE CORPORE.

145a MVNDVM NON ESSE AB DIS CONSTITVTVM.

199a *DIVISIO TERRAE VEL VITIVM.*

239a CVI PARS NATIVA SIT, TOTVM NATIVVM ESSE.

250a DE TERRA.

260a DE AQVA.

272a DE AËRE SIVE ANIMA.

280a DE IGNI ET SOLE.

293a DE LAMPADE ET LVCERNA.

305a DE AEDIFICIIS, QVEMADMODVM INTEREANT.

323a QVARE NATA OMNIA DICAT.

350a QVARE AETERNITAS ESSE POSSIT.

Index capitulorum in exemplari duas paginae (f. 96r) columnas impleuit . unde confusis utriusque columnae uersibus mirae in Q *etiamque plures in* O *extiterunt turbae . ideo qui in* Q *additi sunt capitulis numeri I—XXXVI incohati in* O *inde a I—XII, tum vero omissi sunt* 4 *cap.* DE MVNDO *excipit* 30 DE LVNAE LVMINE OQ *ergo hoc caput in altera columna exemplaris summum erat (cf. Lachm. ad V 928)* 5 *post* CVRSV *habent* 31 OQ 6 TERRA O *post* 6 *habent* 32 OQ *post* 7 *ac partim post* 8 *varie turbatos uu.* 33—35 *habent* OQ 9 *in indice om.* OQ : *suppleui e textu u. 199a* O 10 CVI O : CVR Q : QVO (*i. e.* QVOI) *in textu* O *post* 10 *habent* 36.37 OQ *post* 13 *habent* 38 OQ *post* 14 *hab.* 39 OQ post 15 *hab. partem* 39 O *in u.* 16 *inseruit* 40 O 17 QVARE NATA OMNIA DICTA O : QVA RATIONE OMNIA DICANT, *tum* 40, *tum* QVARE NATA O. DICTA Q *in uu.* 17—20 *inseruerunt* 41 OQ

375a ET NATIVA ESSE.
396a DE PHAETONTE SOLIS FILIO.
418a ORIGO MVNDI ET OMNIVM.
470a DE SOLIS ET LVNAE MAGNITVDINE.
563a DE SOLIS MAGNITVDINE.
574a DE LVNA.
589a DE CALORE SOLIS.
620a DEMOCRITI DE SOLE.
628a DE LVNAE CVRSV.
662a EX IDA VISIO SOLIS.
679a DE DIE LONGO ET BREVI NOCTE.
704b DE LVNAE LVMINE.
736a DE ANNI TEMPORIBVS.
750a DE ECLIPSI.
773a DE SOLIS ET LVNAE OFFECTIONE.
779a DE NOVITATE MVNDI ET DISPOSITIONE RERVM QVAE IN EO SVNT.
877a DE CENTAVRIS.
891a DE SCYLLA.
900a DE CHIMERA.
915a NON POTVISSE CHIMERAM ET SCYLLAM ET SIMILIA EORVM GIGNI.
1160a QVOMODO HOMINIBVS INNATA SIT DEORVM OPINIO.
1240a QVEMADMODVM AVRVM ARGENTVM PLVMBVM REPERTVM SIT.
1280a QVEMADMODVM FERRVM INVENTVM SIT.

PLVS HOMINIBVS PROFVISSE QVI SAPIENTIAM
INVENERIT QVAM CEREREM LIBERVM HERCVLEM

Quis potis est dignum pollenti pectore carmen
condere pro rerum maiestate hisque repertis?
quisue ualet uerbis tantum, qui fingere laudes

---

20 PHETONTE OQ *in uu.* 21.22 *inseruerunt* 42 OQ 28.29 *ordine inuerso* OQ 28 EXIA Q VISEO OQ 30 *extat post* 4 OQ 31 *extat post* 5, 32 *post* 6, 33—35 *post* 7 OQ 32 ECLYPSI Q 34 NOVITATE *in text.* O : NATIVITATE *hic* OQ DISCŌPOSITIONE Q 37 SCVLLA O 36.37 *post* 10, 38 *post* 13, 39 *post* 14, 40 *inter partes* 16 *exhibent* OQ 38 CHIMEERA *hic* OQ 39 POSSE Q 41 *inter* 17—20, 42 *inter* 21.22 OQ 41 REPERTVM]re *scr.* O¹ 43.44 *capitulum hoc loco om.* OQ : *suppleui ex indice* 2 maiestate hisque *Lambini 'mss.'* : maiestatis atque OQ

pro meritis eius possit, qui talia nobis
pectore parta suo quaesitaque praemia liquit?
nemo, ut opinor, erit mortali corpore cretus.
nam si, ut ipsa petit maiestas cognita rerum,
dicendum est, deus ille fuit, deus, inclyte Memmi,
qui princeps uitae rationem inuenit eam quae
nunc appellatur sapientia, quique per artem
fluctibus e tantis uitam tantisque tenebris
in tam tranquillo et tam clara luce locauit.

Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
namque Ceres fertur fruges Liberque liquoris
uitigeni laticem mortalibus instituisse;
cum tamen his posset sine rebus uita manere,
ut fama est aliquas etiam nunc uiuere gentis:
at bene non poterat sine puro pectore uiui;
quo magis hic merito nobis deus esse uidetur,
ex quo nunc etiam per magnas didita gentis
dulcia permulcent animos solacia uitae.

Herculis antistare autem si facta putabis,
longius a uera multo ratione ferere.
quid Nemeaeus enim nobis nunc magnus hiatus
ille leonis obesset et horrens Arcadius sus?
denique quid Cretae taurus Lernaeaque pestis

---

6 Mico 265 (*P. lat. aeu. Car. III 289*) *c. lemmate* LVCA 6—8 *Lactant. Inst. III 14,2*

---

4 qui Q : quia O 5 quaesita O*Q : que *add.* O¹ 8 ille *Lact.*, O : ipse Q 11 tantibus O 12 locauit L : uocauit OQ 14 ceres L : geres OQ fruges Q : frugesque O 21 animum Q 22 putabas Q* 23 ferere O : referre Q 24 magnº Q (*fuit in exemplari* magnˆ) 26 lerneque O*

hydra uenenatis posset uallata colubris?
quidue tripectora ter gemini uis Geryonai
et Diomedis equi spirantes naribus ignem [*auesue*
[Thracia] Bistoniasque plagas atque Ismara propter,
tanto opere officerent nobis Stymphala colentes?
aureaque Hesperidum seruans fulgentia mala,
asper, acerba tuens, inmani corpore serpens
arboris amplexus stirpes quid denique obesset
propter Atlanteum litus pelagique seuera,
quo neque noster adit quisquam nec barbarus audet?
cetera de genere hoc quae sunt portenta perempta,
sei non uicta forent, quid tandem uiua nocerent?
nihil, ut opinor: ita ad satiatem terra ferarum
nunc etiam scatit et trepido terrore repleta est
per nemora ac montes magnos siluasque profundas;
quae loca uitandi plerumque est nostra potestas.
At nisi purgatumst pectus, quae proelia nobis
atque pericula tumst ingratis insinuandum!

---

33 *Macrob. Sat. VI 1,30; cf. Verg. Aen. IX 794*

---

post 28 *lacunam statuit, tum 30.29 coll. Munro* 29 nauibus O 31 *ante 30 transp. Marullus* Thracia OQ: Thracis *Munro*: Thracam *Lachm.*: *glossema inclusi* bistoniasque plagas O: bistonia bistonias Q auesue *addidi* 30 nobis OQ: et aues *Lachm.* Stymphala *It.*: tymphala OQ 32 hisperidum Q 33 acerba *Macr.*, Q^1: acerban OQ* 34 stirpes OQ: stirpem *Victorianus* 35 Oceanum propter (*om.* Atlanteum) L Atlanteum *Gifanius*: atianeum OQ^1: atianeam Q* pelagique OQ (*cf. Catull. 63,16*): pelageque *Lambin* seuera OQ: sonora L 38 sei *Lachm.*: Set (*ut uidetur*) Q*: Sed OQ^1: si L uincta OQ: *corr.* L 44 tumst *Lachm.*: sunt OQ: tunc *Marullus* insinuanda (*relicto* sunt) *Merrill*

quantae tum scindunt hominem cuppedinis acres
sollicitum curae, quantique perinde timores!
quidue superbia spurcitia ac petulantia? quantas
efficiunt clades! quid luxus desidiaeque?
haec igitur qui cuncta subegerit ex animoque
expulerit dictis, non armis, nonne decebit
hunc hominem numero diuom dignarier esse?
cum bene praesertim multa ac diuinitus ipsis
inmortalibu de diuis dare dicta suerit
atque omnem rerum naturam pandere dictis.

Cuius ego ingressus uestigia dum rationes
persequor ac doceo dictis, quo quaeque creata
foedere sint, in eo quam sit durare necessum
nec ualidas ualeant aeui rescindere leges,

58ª ANIMAM NATIVAM ESSE.

Quo genere in primis animi natura reperta est
natiuo primum consistere corpore creta
nec posse incolumei magnum durare per aeuom,
sed simulacra solere in somnis fallere mentem,
cernere cum uideamur eum quem uita reliquit:

50.51 nonne—esse] *Lact. Inst. III 14,4*

---

45 cuppedinis *Lambin* : cuppedines OQ acres OQ : acris *Bergk*
53 immortalibu de *Lambin* : Inmortalibus e Q : Iammortalibus e O
57 Foederisint O* 58ª O : *sp. rel. om.* Q 59 . ui (*init. pro rubr. rel.*) Q 61 incolumei *scripsi* (*sc. corpore*) : incolumen O : uinculum est Q (*fuit in archetypo* incolumē) : incolumis *Marullus* 63 *cf. I 134*

63ª MVNDVM ET NATVM ET MORTALEM ESSE

Quod super est, nunc huc rationis detulit ordo,
ut mihi mortali consistere corpore mundum
natiuoque simul ratio reddunda sit esse;
et quibus ille modis congressus materiai
fundarit terram, caelum, mare, sidera, solem,
lunaique globum; tum quae tellure animantes
extiterint, et quae nullo sint tempore natae;
quoque modo genus humanum uariante loquella
coeperit inter se uesci per nomina rerum;
et quibus ille modis diuom metus insinuarit
pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur
fana lacus lucos aras simulacraque diuom.

75ª DE SOLIS ET LVNAE CVRSV

Praeterea solis cursus lunaeque meatus
expediam qua ui flectat natura gubernans;
ne forte haec inter caelum terramque reamur
libera sponte sua cursus lustrare perennis,
morigera ad fruges augendas atque animantis,
neue aliqua diuom uolui ratione putemus.
nam bene qui didicere deos securum agere aeuom,
si tamen interea mirantur qua ratione
quaeque geri possint, praesertim rebus in illis

70.71 *Non. 415,31*

63ª O : *sp. rel. om.* Q 65 mihi O : nihil Q 66 natiuoque *scripsi* : natiuomque O : natiuumque Q 67.68 ~ *V 416. 417* 67 materiai *It.* : materiam OQ 70 sint Q¹ : sin OQ* 71 quoque *Non.* : quoue OQ 75ª O : *sp. rel. om.* Q 76 ~ *V 774* 79 sua O : su Q 82—90 = *VI 58—66*

quae supera capud aetheriis cernuntur in oris,
rursus in antiquas referuntur religiones,
et dominos acris adsciscunt, omnia posse
quos miseri credunt, ignari quid quead esse,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
qua nam sit ratione atque alte terminus haerens.

MARE CAELVM TERRAM INTERITVRA

Quod super est, ne te in promissis plura moremur,
principio maria ac terras caelumque tuere:
quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
tris species tam dissimilis, tria talia texta,
una dies dabit exitio, multosque per annos
sustentata ruet moles et machina mundi.

nec me animi fallit quam res noua miraque menti
accidat exitium caeli terraeque futurum,
et quam difficile id mihi sit peruincere dictis;
ut fit ubi insolitam rem adportes auribus ante,
nec tamen hanc possis oculorum subdere uisu
nec iacere indu manus, uia qua munita fidei
proxima fert humanum in pectus templaque mentis.
sed tamen effabor. dictis dabit ipsa fidem res

92—94 *Prob. Verg. ecl. VI 31 (Seru. III 2; 343,10 Hag.); cf. Ouid. Trist. II 425* 94 *Non. 227,21* 95 *cf. Ouid. Am. I 15,23* 96 *[Prob.] de ult. syll. 4,8 (Gr. l. IV 225, 31) 'Lucr. in sexto libro'*

---

85 super ad Q^1 aetheriis *It.* : aetheris OQ^* : aethereis Q^1 89.90 = *I 76.77. 595.596. VI 65.66* 90ª *habet* O, *sed post u. 91* : *om. spatio relicto* Q TERRA O 91 ne te O : nec Q meremur Q^* 95 existio Q 96 sustenta Q et O : set Q 100 ubi Q : ibi O insolitam Q^1 : insolitum OQ^* 102 quam O 103 humanum O : haudmanum Q

forsitan, et grauiter terrarum motibus ortis
omnia conquassari in paruo tempore cernes;
quod procul a nobis flectat fortuna gubernans,
et ratio potius quam res persuadeat ipsa
succidere horrisono posse omnia uicta fragore.

‖Qua prius adgrediar quam de re fundere fata
sanctius et multo certa ratione magis quam
Pythia quae tripode a Phoebi lauroque profatur,
multa tibi expediam doctis solacia dictis;
relligione refrenatus ne forte rearis
terras et solem et caelum, mare sidera lunam,
corpore diuino debere aeterna manere,
proptereaque putes ritu par esse Gigantum
pendere eos poenas inmani pro scelere omnis,
qui ratione sua disturbent moenia mundi
praeclarumque uelint caeli restinguere solem,
inmortalia mortali sermone notantes;
quae procul usque adeo diuino a numine distent,
inque deum numero quae sint indigna uideri,
notitiam potius praebere ut posse putentur
quid sit uitali motu sensuque remotum.

quippe? etenim non est, cum quouis corpore ut esse
posse animi natura putetur consiliumque:
sicut in aethere non arbor, non aequore salso

---

105 montibus Q* 108 persuadet O 110—234 *ut aliena ab hoc loco poetae commenta posteriora secl. Lachm.* 111.112 = *I 738.739* 113 doctis OQ¹ : dictis Q* 116 manere *It.* : meare OQ 117 par *Marullus* : pars OQ 118 poenas OQ* : p *erasa* Q¹ 120 uelin Q 121 sermone Q¹ : sermoni OQ* 122 a numine distent F : animinbistent OQ 124 notiam Q 127 consuliumque Q 128—141 = *III 784—797*

nubes esse queunt, neque pisces uiuere in aruis,
nec cruor in lignis neque saxis sucus inesse.
certum ac dispositumst ubi quicquit crescat et insit.

131a ANIMVM ET ANIMAM NON POSSE SINE CORPORE ESSE

Sic animi natura nequit sine corpore oriri
sola neque a neruis et sanguine longius esse.
quod si posset, enim multo prius ipsa animi uis
in capite aut umeris aut imis calcibus esse
posset, et innasci quauis in parte soleret
tandem in eodem homine atque in eodem uase manere.
quod quoniam nostro quoque constat corpore certum
dispositumque uidetur ubi esse et crescere possit
seorsum anima atque animus, tanto magis infitiandum
totum posse extra corpus formamque animalem
putribus in glaebeis terrarum aut solis *in* igni
aut in aqua durare aut altis aetheris oris.
haud igitur constant diuino praedita sensu,
quandoquidem nequeunt uitaliter esse animata.

145a MVNDVM NON ESSE AB DIS CONSTITVTVM

Illud item non est ut possis credere, sedes
esse deum sanctas in mundi partibus ullis.

---

145 uitaliter esse animata] *cf. Arnob. I 33 (p. 22,4)*

---

131 crescat et insit OQ *III* : crescet et inesit *hic* OQ* (insit *e corr.* Q¹) 131a O : *2 uu. uac. rel.* Q 132 . ic (*init. pro rubr. rel.*) Q 133 a neruis Q¹ (*cf. III 789*) : aruis OQ* longius OQ (*cf. III 789*) 134 quod] *cf. ad III 790* 136 in QO¹ : *om.* O* 137 maneret *Bockemüller* 138 centum Q 139 urbi Q* 142 glaebeis *Lucretio rest. Lachm.* : glebris OQ* : glebis Q¹ *in* igni F : igni O : ignis Q 145a O : *sp. rel. om.* Q 146 . llud (*initiali pro rubr. rel.*) Q

tenuis enim natura deum longeque remota
sensibus ab nostris animi uix mente uidetur;
quae quoniam manuum tactum suffugit et ictum,
tactile nihil nobis quod sit contingere debet:
tangere enim non quit quod tangi non licet ipsum.
quare etiam sedes quoque nostris sedibus esse
dissimiles debent tenuei de corpore eorum;
quae tibi posterius largo sermone probabo.

Dicere porro hominum causa uoluisse parare
praeclaram mundi naturam, proptereaque
adlaudabile opus diuom laudare decere
aeternumque putare atque inmortale futurum,
nec fas esse, deum quod sit ratione uetusta
gentibus humanis fundatum perpetuo aeuo,
sollicitare suis ulla ui ex sedibus umquam,
nec uerbis uexare et ab imo euertere summa,
cetera de genere hoc adfingere et addere, Memmi,
desiperest. quid enim inmortalibus atque beatis
gratia nostra queat largirier emolumenti,
ut nostra quicquam causa gerere adgrediantur?

156.157 — naturam] *Lactant. Inst. VII 3,13* 158 *cf. Donat. Ter. Phorm. 203 (II 402,19)* 165—167 *Lact. l. c.; cf. ib. 5,4*

---

148 deum OQ¹: adeum Q* 152 quod si OQ: si *del. Marullus* (*uar. l. ad* quod sit *151*) 154 tenuei de corpore eorum *scripsi* (*cf. Thes. l. l. V 78*): tenues de c. e. OQ: tenui pro c. e. *Lachm.* (pro *sec. Lambinum*) *in comm. p. 282*: tenuest si corpu'deorum *Lachm. text.*: tenues ceu (ut *Merrill*) corpora eorum *Bergk* 156 uolui ipse parare Q 157 Preclarum O 158 decere Q()¹: dicere O* 167 gerere OQ: agere *Lact.*

‖quidue noui potuit tanto post ante quietos
inlicere ut cuperent uitam mutare priorem?
nam gaudere nouis rebus debere uidetur
cui ueteres obsunt: sed cui nihil accidit aegri
tempore in ante acto, cum pulchre degeret aeuom,
quid potuit nouitatis amorem accendere tali?
an, credo, in tenebris uita ac merore iacebat,
donec diluxit rerum genitalis origo?‖
quidue mali fuerat nobis non esse creatis?
natus enim debet qui cumque est uelle manere
in uita, donec retinebit blanda uoluptas:
qui numquam uero uitae gustauit amorem
nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?
Exemplum porro gignundis rebus et ipsa
notities hominum diuis unde insita primum est,
quid uellent facere ut scirent animoque uiderent,
quoue modost umquam uis cognita principiorum,
quidque inter sese permutato ordine possent,
si non ipsa dedit speciem natura creandi?
namque ita multa modis multis primordia rerum
ex infinito iam tempore percita plagis

168—173.175.176 *secundis vel potius tertiis poetae curis tribuit Praechter (Herm. 56,108)* 173 quip Q* 175.176 *transp. post173 Lambin, post 169 Lachm.*; *cf. Cic. n. deor. I 10,22 (210,6 Plasb.)* 175 An credo OQ¹ (*cf. Sulpicius ap. Cic. ep. IV 5,2*) : Anc credo Q* : at credo *Lachm.* (*cf. Verg. Aen. VII 297*) : haud credo *Bruno* : an crepera *Munro* : an caeca *Bergk* ac O : hac Q 181 gignundus Q* 182 hominum diuis OQ : hominum dis *Wakefield* : diuis hominum *Munro* unde est OQ : est *del. Marullus* : est *transposui post* primum (*cf. Lachm. ad II 275, Munro ad IV 783*) 183 ~ *V 1049* uident Q* 185 sese *It.* : se OQ 186 speciem OQ (*ἰδέαν expl. Merrill*) : specimen *Pius* 187.188 ~ *V 422.423; I 1024.1025* 187 multa modis *V 422* OQ : multimodis *hic* OQ

ponderibusque suis consuerunt concita ferri
omnimodisque coire atque omnia pertemptare,
quae cumque inter se possent congressa creare,
ut non sit mirum, si in talis disposituras
deciderunt quoque et in talis uenere meatus,
qualibus haec rerum geritur nunc summa nouando.

Quod *si* iam rerum ignorem primordia quae sint,
hoc tamen ex ipsis caeli rationibus ausim
confirmare aliisque ex rebus reddere multis,
nequaquam nobis diuinitus esse paratam
naturam rerum: tanta stat praedita culpa.

DIVISIO TERRAE VEL VITIVM

Principio quantum caeli tegit impetus ingens,
inde habitam partem montes siluaeque ferarum
possedere, tenent rupes uastaeque paludes
et mare, quod late terrarum distinet oras.
inde duas porro prope partis feruidus ardor
adsiduosque geli casus mortalibus aufert.
quod super est arui, tamen id natura sua ui
sentibus obducat, ni uis humana resistat

---

205 *Non. 487,2*

189—191 = *V 424—426* 191 possent *V 426* OQ : possint *hic* OQ 192 si in O : sin Q 193 meatus F : maestus OQ 195—199 ~ *II 177—181* 195 si *Marullus* : *om.* OQ 199ª O : *sp. rel. om.* Q 201 habitam *conieci* (*i. e. habitabilem cf. Enn. Scen. 259 V.; Accius 537 R.; Plaut. Bacch. 114; Sall. Cat. 6,1 Iug. 17,7*) : auidam OQ : auide *Bernays* (*cf. II 1066*) : auidei *Munro* : amplam *Purmann* : aliquam *Lachm.* : aliam *Marullus* : unam *Birt* 205 adsiduosque *Non.* : Adsiduusque OQ 206 superest Q *et* O* (*ut uidetur*), *sed* est (ē) *in ras. 3 litt. rescripsit* O¹

uitai causa ualido consueta bidenti
ingemere et terram pressis proscindere aratris.
quae nos fecundas uertentes uomere glebas
terraique solum subigentes cimus ad ortus,
sponte sua nequeant liquidas existere in auras.
et tamen inter dum magno quaesita labore
cum iam per terras frondent atque omnia florent,
aut nimiis torret feruoribus aetherius sol
aut subiti peremunt imbris gelidaeque pruinae
flabraque uentorum uiolento turbine uexant.
praeterea genus horriferum natura ferarum
humanae genti infestum terraque marique
cur alit atque auget? cur anni tempora morbos
atportant? quare mors inmatura uagatur?
tum porro puer, ut saeuis proiectus ab undis
nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
uitali auxilio, cum primum in luminis oras
nixibus ex aluo matris natura profudit,
uagituque locum lugubri complet, ut aecumst
cui tantum in uita restet transire malorum.

---

211 *Priscian. VIII 40 (Gr. l. II 476,24 H.)* '*Lucretius aurarum (212)* cimus ad ortus' 213—217 *Macrob. VI 2,29* 227 *Lactant. de opif. dei 3,2*

---

208 bidenti *It.* : dibenti OQ 209 *om.* Q aratris O^3 : atris O^* 210.211 = *I 211.212* 210 quae nos *I 211* OQ : Si non *hic* OQ (*at desunt subiectum 211 et obiectum 210 et obstat indicatiuus* cimus) : nam quae *Kannengießer* : *lacuna post 209 posita del. 210—212 Brieger* 213 set *Macr.* 215 nimis torrens *Macr.* 220 anti Q 223 ndigus O^1 : indignus O^*Q 224 Vitalia Q 225 profundit Q 227 restet *Lact.*, L : re & OQ transire *Lact.* : transirest O : transire est Q (st *emend. lect. ad* re et *illinc translata est*)

at uariae crescunt pecudes armenta feraeque,
nec crepitacillis opus est, nec cuiquam adhibendast
almae nutricis blanda atque infracta loquella,
nec uarias quaerunt uestes pro tempore caeli,
denique non armis opus est, non moenibus altis,
qui sua tutentur, quando omnibus omnia large
tellus ipsa parit naturaque daedala rerum.‖

Principio quoniam terrai corpus et umor
aurarumque leues animae calidique uapores,
e quibus haec rerum consistere summa uidetur,
omnia natiuo ac mortali corpore constant,
debet eodem omnis mundi natura putari.

239ª QVOI PARS NATIVA SIT TOTVM NATIVVM ESSE

Quippe etenim, quorum partis et membra uidemus
corpore natiuo ac mortalibus esse figuris,
haec eadem ferme mortalia cernimus esse
et natiua simul. qua propter maxima mundi
cum uideam membra ac partis consumpta regigni,
scire licet caeli quoque item terraeque fuisse
principiale aliquod tempus clademque futuram.

---

230 infracta loquella] *cf. Arnob. IV 21 (p. 158,11)* 236 *Non. 234,2*

---

230 Alme Q^1 : Arme OQ* 233 quis *Pius; at idem signif.* qui (*cf. I 700*) tuentur Q* 236 leuas Q* 239 eodem *Pius* : eadem O : edem *post* omnis *transponens* Q 239ª O : *sp. rel. om.* Q QVOI *Lachm.* : QVO *hic* O : CVI *ind.* O : CVR *ind.* Q 241 natiuo ac *Lachm.* : natiuom O*Q : natiuum O^1 : natiuo et *Avancius* motalibus Q fuguris Q* 242 edem Q 245 item *Bentley* : idem OQ

Illud in his rebus ne corripuisse rearis
me mihi, quod terram atque ignem mortalia sumpsi
esse, neque umorem dubitaui aurasque perire,
atque eadem gigni rursusque augescere dixi,

DE TERRA

Principio pars terrai non nulla, perusta
solibus adsiduis, multa pulsata pedum ui,
pulueris exhalat nebulam nubesque uolantis,
quas ualidi toto dispergunt aëre uenti.
pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
imbribus, et ripas radentia flumina rodunt.
praeterea pro parte sua, quod cumque alit auget,
redditur: et quoniam dubio procul esse uidetur
omniparens eadem rerum commune sepulcrum,
ergo terra tibi libatur et aucta recrescit.

DE AQVA

Quod super est, umore nouo mare flumina fontes
semper abundare et latices manare perennis
nihil opus est uerbis: magnus decursus aquarum
undique declarat. sed primum quicquid aquai
tollitur, in summaque fit ut nihil umor abundet,
partim quod ualidi uerrentes aequora uenti
deminuunt radiisque retexens aetherius sol,

255.256 — imbribus] *Non. 203,26 'Lucr. l. VI'*

---

248 Me mihi Q: Memini O motalia Q* 250ª O: *sp. rel. om.* Q 251 terra non ulla OQ: *corr. It.* 255 diluuium *Non.* 257 alit auget OQ (*Lambin ed. III cf. 220.322*): alid auget *Lambin* (*ed. I, II*) 260ª O: *sp. rel. om.* Q 261 sqq. ~ *VI 608 sqq.* 266.267 ~ *V 388.389* 267 Deminuunt *V 389* OQ: Diminuunt *hic* OQ

partim quod supter per terras diditur omnis:
percolatur enim uirus, retroque remanat
materies umoris et ad caput amnibus omnis
conuenit, inde super terras fluit agmine dulci
qua uia secta semel liquido pede detulit undas.

DE AËRE SIVE ANIMA

Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto
innumerabiliter priuas mutatur in horas.
semper enim, quod cumque fluit de rebus, id omne
aëris in magnum fertur mare; qui nisi contra
corpora retribuat rebus recreetque fluentis,
omnia iam resoluta forent et in aëra uersa:
haut igitur cessat gigni de rebus et in res
reccidere, adsidue quoniam fluere omnia constat.

DE IGNI ET SOLE

Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol,
inrigat adsidue caelum candore recenti
suppeditatque nouo confestim lumine lumen.
nam primum quicquid fulgoris disperit ei,
quo cumque accidit. id licet hinc cognoscere possis,
quod simul ac primum nubeis succedere soli
coepere et radios inter quasi rumpere lucis,

---

281 liquidi] *cf. Lact. Inst. VI 2,6*

---

268 diditur Q: diuiditur O 269.270 = *VI 635.636* 271.272 ~ *VI 637.638* 272 semel *iterant ante* secta OQ* 272ª O: *sp. rel. om.* Q 273 . era (*initiali rubr. rel.*) Q qui Q: quid O 274 priuas O Q*: *in mrg.* priu: priua Q¹ 277 recreetque O: secreteque Q 280ª O: *sp. rel. om.* Q 282 recenti Q¹: regenti OQ* 283 ~ *IV 189* suppeditantque Q 286 rimum Q* nubeis Q¹ (*cf. ad I 966*): nubus Q*: nubes O 287 iumpere O*

extemplo inferior pars horum disperit omnis,
terraque inumbratur qua nimbi cumque feruntur
ut noscas splendore nouo res semper egere,
et primum iactum fulgoris quemque perire,
nec ratione alia res posse in sole uideri,
perpetuo ni suppeditet lucis caput ipsum.

DE LAMPADE ET LVCERNA

Quin etiam nocturna tibi, terrestria quae sunt
lumina, pendentes lychni claraeque coruscis
fulguribus pingues multa *e* caligine taedae
consimili properant ratione, ardore ministro,
subpeditare nouom lumen, tremere ignibus instant,
instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit:
usque adeo properanter ab omnibus ignibus ei
exitium celeri celatur origine flammae.
sic igitur solem lunam stellasque putandum
ex alio atque alio lucem iactare subortu
et primum quidquid flammarum perdere semper;
inuiolabilia haec ne credas forte uigere.

DE AEDIFICIIS QVEMADMODVM INTEREANT

Denique non lapides quoque uinci cernis ab aeuo,
non altas turris ruere et putrescere saxa,

294.295 — lychni] *Macrob. VI 4,18*

288 disperit Q^1 : disperis OQ* 290 egere O : regere Q 291 et *Marullus* : Ut OQ 293 suppeditet O^1 : suppedite O*Q 293ª O : *sp. rel. om.* Q . uin (*initiali rubr. rel.*) Q 295 lychni *Macr.*, O^1 : lyclini O*Q : lychini *Munro* 296 *e addidi* fuligine *Bentley* 297 properant *Marullus* : proferant OQ 299 instant *del.* Q^1 300 ab omnibus OQ : obortis *Bruno* 301 celatur *Marullus* : celeratur OQ 302 putandumst *Lachm.* (*cf. I 111*) 305ª O : *sp. rel. om.* Q 307 putarescere Q*

non delubra deum simulacraque fessa fatisci,
nec sanctum numen fati protollere finis
posse neque aduersus naturae foedera niti?
denique non monimenta uirum dilapsa uidemus
quaerere proporro, si cumque senescere credas,
non ruere auolsos silices a montibus altis
nec ualidas aeui uires perferre patique
finiti? neque enim caderent auolsa repente,
ex infinito quae tempore pertolerassent
omnia tormenta aetatis, priuata fragore. |omnem

Denique iam tuere hoc, circum supraque quod
continet amplexu terram: si procreat ex se
omnia, quod quidam memorant, recipitque perempta,
totum natiuo *ac* mortali corpore constat.
nam quod cumque alias ex se res auget alitque,
deminui debet, recreari, cum recipit res.

323ª QVARE NATIVA OMNIA DICAT

Praeterea si nulla fuit genitalis origo
terrarum et caeli semperque aeterna fuere,

---

313 *Non. 225,23*

309 fatipse tollere Q 310 foedera O^1: foederant O*Q 312 Quaerere proporro sibi cumque senescere credas OQ : si *ex* sibi *rescripsi* (*ut IV 514*) *cf. Prop. II 3,5*; *Morgan Proceed. of the Am. Ac. of Arts & Sc. 41 n. 23 (1906) p. 487; de* se *omisso cf. ad III 319; Draeger Synt. II 440; Reichenhart Acta sem. Erl. IV (1886) 518; de* cumque (= *quandocumque*) *cf. Lucr. II 21. 114. Horat. c. I 32,15; de tota sententia II 979* : q. p. sibi sene s. cr. *Munro* : quae fore proporro uetitumque s. cr. *Lachm.* : quare (*Bernays*) prop. sibi quicque s. cr. *Patin* : aeraque pr. silicumque s. petras *Ellis* : vergere pr. silicumque s. quadras *Bergk* 314 ualidas] s *pro 2 litt. erasis* O^1 318 omnem *Marullus* : omne OQ 321 natiuo *ac Bernays* (*cf. 238. 241*) : natiuum OQ 323ª O : *sp. rel. om.* Q NATI O* 324 . raeterea (*initiali rubr. rel.*) Q

cur supera bellum Thebanum et funera Troiae
non aliàs alii quoque res cecinere poëtae?
quo tot facta uirum totiens cecidere neque usquam
aeternis famae monimentis insita florent?
uerum, ut opinor, habet nouitatem summa, recensque
naturast mundi neque pridem exordia cepit.
quare etiam quaedam nunc artes expoliuntur,
nunc etiam augescunt: nunc addita nauigiis sunt
multa, modo organici melicos peperere sonores,
denique natura haec rerum ratioque repertast
nuper, et hanc primus cum primis ipse repertus
nunc ego sum in patrias qui possim uertere uoces.
quod si forte fuisse ante hac eadem omnia credis,
sed periisse hominum torrenti saecla uapore,
aut cecidisse urbis magno uexamine mundi,
aut ex imbribus adsiduis exisse rapaces
per terras amnes atque oppida cooperuisse,
tanto quique magis uictus fateare necessest
exitium quoque terrarum caelique futurum:
nam cum res tantis morbis tantisque periclis
temptarentur, ibi si tristior incubuisset
causa, darent late cladem magnasque ruinas.
nec ratione alia mortales esse uidemur,
inter nos nisi quod morbis aegrescimus isdem
atque illi quos a uita natura remouit.

335—337 *Lactant. Inst. III 16,14*

---

326 Cursum pera bellum Q funera O^1 : funara O*Q 327 alii *It.* : ali OQ 331 Natura mundist OQ: *corr. It.* 336 primum *Lactant.* 340 uefamine Q 342 atque F: at OQ 349 isdem *Pius*: idem OQ

350a QVARE AETERNITAS ESSE POSSIT

Praeterea quae cumque manent aeterna necessust
aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus
nec penetrare pati sibi quicquam quod queat artas
dissociare intus partis, ut materiai
corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante,
aut ideo durare aetatem posse per omnem,
plagarum quia sunt expertia, sicut inane est,
quod manet intactum neque ab ictu fungitur hilum,
aut etiam quia nulla loci fit copia circum,
quo quasi res possint discedere dissoluique,
sicut summarum summa est aeterna, neque extra
qui locus est quo dissiliant, neque corpora sunt quae
possint incidere et ualida dissoluere plaga.
at neque, uti docui, solido cum corpore mundi
naturast, quoniam admixtumst in rebus inane,
nec tamen est ut inane, neque autem corpora desunt,
ex infinito quae possint forte coorta
corruere hanc rerum uiolento turbine summam
aut aliam quamuis cladem inportare pericli,
nec porro natura loci spatiumque profundi
deficit, exspargi quo possint moenia mundi,
aut alia quauis possunt ui pulsa perire.
haut igitur leti praeclusa est ianua caelo

---

373 ianua leti] *cf. Arnob. II 30 (p. 73,17)* '*si animae* leti *adeunt* ianuas, *Epicuri ut sententia definitur*'

350a O : *sp. rel. om.* Q 351—363 = *III 806—818* 354 parcis O 359 fit *Lachm.* (*cf. VI 829*) : sit OQ (*cf. VI 814*) 362 diffugiant *uariat poeta III 817* 367 coorta *Marullus* : coperta OQ 369 per ictus *Bruno* 371 defigit Q 372 quamuis 373 ianual O*

nec soli terraeque neque altis aequoris undis,
sed patet immani ac uasto respectat hiatu.
375a ET NATIVA ESSE CVM SINT MORTALIA
quare etiam natiua necessumst confiteare
haec eadem; neque enim, mortali corpore quae sunt,
ex infinito iam tempore adhuc potuissent
inmensi ualidas aeui contemnere uires.

Denique tantopere inter se cum maxima mundi
pugnent membra, pio nequaquam concita bello,
nonne uides aliquam longi certaminis ollis
posse dari finem, uel cum sol et uapor omnis
omnibus epotis umoribus exsuperarint?
quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur:
tantum suppeditant amnes ultraque minantur
omnia diluuiare ex alto gurgite ponti:
ne quiquam, quoniam uerrentes aequora uenti
deminuunt radiisque retexens aetherius sol,
et siccare prius confidunt omnia posse
quam liquor incepti possit contingere finem.
tantum spirantes aequo certamine bellum
magnis *inter se* de rebus cernere certant,
cum semel interea fuerit superantior ignis
et semel, ut fama est, umor regnarit in aruis.

---

374 aequori fundis Q 375 ac Q^1 : ae Q^* : e O^* : et O^1 375a O : *sp. rel. om.* Q NATIVA O^1 : NATIV& O^* (*cf. Ind. VI 5* SEMIN&) SIT O : *corr. Lachm.* 377 mortali Q^1 : mortalis OQ^* 379 = *V 1217* 381 concita QO^1 : conta O^* 382 certaminis ollis F : certamini solis OQ 385 patrantur OQ, *deponens intellego* : patrarunt *Grasberger* 388.389 = *V 266.267* 393 inter se *suppl. post* magnis *Lachm.*, *post* rebus L, *ante* magnis *Merrill*

395ª DE PHAETHONTE SOLIS FILIO

Ignis enim superauit et ambiens multa perussit,
auia cum Phaethonta rapax uis solis equorum
aethere raptauit toto terrasque per omnis:
at pater omnipotens ira tum percitus acri
magnanimum Phaethonta repenti fulminis ictu
deturbauit equis in terram, Solque cadenti
obuius aeternam succepit lampada mundi,
disiectosque redegit equos iunxitque trementis,
inde suum per iter recreauit cuncta gubernans,
scilicet, ut ueteres Graium cecinere poëtae.
quod procul a uera nimis est ratione repulsum.
ignis enim superare potest ubi materiai
ex infinito sunt corpora plura coorta,
inde cadunt uires aliqua ratione reuictae,
aut pereunt res exustae torrentibus auris.
Vmor item quondam coepit superare coortus,
ut fama est hominum multas quando obruit urbis;
inde ubi uis aliqua ratione auersa recessit,
ex infinito fuerat quae cumque coorta,
constiterunt imbres et flumina uim minuerunt.

395ª O (*post u. 396*) : *sp. rel. om.* Q 396 superauit et ambens OQ* (*tueor ambiens explicans, = ambedens alii*) : s. et lambens Q¹ : superāt et lambens *Lachm.* 397 . via (*initiali rubr. rel.*) Q petontanapax Q : petontanarapax O (*archet.* PETONTA HA R.) 399 tum F : cum O : com Q 400 phaetonta O : haetonta Q fluminis O*Q (*corr.* O²) 405 graium F : gratum OQ 406 ∼ *I 880; II 645; VI 767.853* uer animis O* : ueris animis O¹ 409 *post 410 transponebat Lachm.* 410 Aut OQ¹ : Ut Q* : et *Lachm.* 412 multos F : uitas *Purmann* urbis *Pontanus* : undis OQ (F)

Sed quibus ille modis coniectus materiai
fundarit terram et caelum pontique profunda,
solis lunai cursus, ex ordine ponam.
418a ORIGO MVNDI ET OMNIVM
nam certe neque consilio primordia rerum
ordine se suo quaeque sagaci mente locarunt
nec quos quaeque darent motus pepigere profecto,
sed quia multa modis multis primordia rerum
ex infinito iam tempore percita plagis
ponderibusque suis consuerunt concita ferri
omnimodisque coire atque omnia pertemptare,
quae cumque inter se possent congressa creare,
propterea fit uti magnum uolgata per aeuom
omne genus coetus et motus experiundo
tandem conueniant ea quae conuecta repente
magnarum rerum fiunt exordia semper,
terrai maris et caeli generisque animantum.

Hic neque tum solis rota cerni lumine largo
altiuolans poterat nec magni sidera mundi

432—439 *Macrob. VI 2,23, tum verbis 'et infra' VI 2,25 transit ad 446—448 atque 'et infra' addens postremo citat 455*

416.417 ~ *V 67.68* 416 coniectus] tus *scr.* O^s 418a O : *sp. rel. om.* Q 419—423 = *I 1021—25* 422—426 = *V 187—191* 422 primorda Q 425 coire O^1Q^1 : cotre O^*Q^* 428 = *I 1026* omne genus *I 1026* OQ : omnigenus *hic* O^*Q : omnigenos O^1 429—431 ~ *II 1061—1063* 429 conuecta *Lachm.* : conuenta OQ; *hunc usum uix tuentur quae ex Vulgata Thes. l. l. III 825,35 collecta sunt* 430 fiunt F : fluunt OQ semper *Lachm.* (*cf. II 1062*) : saepe OQ 432 His *Macr.* cernitur *Macr.* (*P*) claro *Macr.* (clamore *P*) 433 altiuolans *Macr.* : Alte uolans OQ nec OQ : neque *Macr.*

nec mare nec caelum nec denique terra neque aër
nec similis nostris rebus res ulla uideri,
sed noua tempestas quaedam molesque coorta
omne genus de principiis, discordia quorum
interualla uias conexus pondera plagas
concursus motus turbabat proelia miscens
propter dissimilis formas uariasque figuras,
quod non omnia sic poterant coniuncta manere
nec motus inter sese dare conuenientis.
diffugere inde loci partes coepere, paresque
cum paribus iungi res et discludere mundum
membraque diuidere et magnas disponere partes,
hoc est, a terris altum secernere caelum,
et seorsum mare uti secreto umore pateret,
seorsus item puri secretique aetheris ignes.
Quippe etenim primum terrai corpora quaeque,
propterea quod erant grauia et perplexa, coibant
in medio atque imas capiebant omnia sedes;
quae quanto magis inter se perplexa coibant,
tam magis expressere ea quae marė sidera solem
lunamque efficerent et magni moenia mundi;
omnia enim magis haec e leuibus atque rutundis
seminibus multoque minoribus sunt elementis
quam tellus. ideo, per rara foramina, terrae

---

434 nec aer *Macr.* 440—445 *transp. post 436 Reisacker*: *non citat Macr.* 440 omne genus *Lachm.* : omnigenus Q : omnigenis O de *Lachm.* : e OQ 441.442 ~ *II 726.727.1020.1021* 441 uias Q^1 : uia OQ* 437 inde *Macr.*: indue OQ 439 magnas *Macr.*, Q^1 : magna OQ* 446 altum OQ : magnum *Macr.* 447 umore *Macr.*, Q^1 : umor OQ* 448 puris Q*

partibus erumpens primus se sustulit aether
ignifer et multos secum leuis abstulit ignis,
non alia longe ratione ac saepe uidemus,
aurea cum primum gemmantis rore per herbas
matutina rubent radiati lumina solis
exalantque lacus nebulam fluuiique perennes
ipsaque ut inter dum tellus fumare uidetur;
omnia quae sursum cum conciliantur, in alto
corpore concreto subtexunt nubila caelum.
sic igitur tum se leuis ac diffusilis aether
corpore concreto circum datus undique saepsit
et late diffusus in omnis undique partis
omnia sic auido complexu cetera saepsit.

DE SOLIS ET LVNAE MAGNITVDINE ET MOTV EORVM ET QVEMADMODVM NASCVNTVR

Hunc exordia sunt solis lunaeque secuta,
interutrasque globi quorum uertuntur in auris;
quae neque terra sibi adsciuit nec maximus aether,
quod neque tam fuerunt grauia ut depressa sederent,
nec leuia ut possent per summas labier oras,
et tamen interutrasque ita sunt, ut corpora uiua
uersent et partes ut mundi totius extent;
quod genus in nobis quaedam licet in statione
membra manere, tamen cum sint ea quae moueantur.

---

466 subtexunt . . . caelum] *cf. Arnob. VII 15 (p. 249,26)*

458 se L : et OQ 460 uidemus (*sc. fieri*) OQ : uidentur *et* 463 exalare *malebat Lachm.* 468 saepsit OQ (*cf. 470*) : flexit *Lachm.* : *fortasse* pressit ἐπιέζετο *Aët. I 4,2, Doxogr. 290,8*) : cepit *Merrill* 470 ceteras Q 470ª O : *2 uu. uac. rel.* Q 471 *initialis ante* unc *deest* Q 472.476 interutrasque OQ : interutraque *Lachm.* (*cf. II 518*

His igitur rebus retractis terra repente,
maxuma qua nunc se ponti plaga caerula tendit,
succidit et salso suffudit gurgite fossas.
inque dies quanto circum magis aetheris aestus
et radii solis cogebant undique terram
uerberibus crebris extrema ad limina in artum
in medio ut propulsa suo condensa coiret,
tam magis expressus salsus de corpore sudor
augebat mare manando camposque natantis,
et tanto magis illa foras elapsa uolabant
corpora multa uaporis et aëris, altaque caeli
densabant procul a terris fulgentia templa.
sidebant campi, crescebant montibus altis
ascensus; neque enim poterant subsidere saxa
nec pariter tantundem omnes subcumbere partis.

Sic igitur terrae concreto corpore pondus
constitit, atque omnis mundi quasi limus in imum
confluxit grauis et subsedit funditus ut faex;
inde mare, inde aër, inde aether ignifer ipse
corporibus liquidis sunt omnia pura relicta,
et leuiora aliis alia, et liquidissimus aether
atque leuissimus aërias super influit auras,

---

481 plaga O^1 : plagae Q : plage (?) O* 482 salso suffudit *Lambin* : salso suffodit O^1 : salso soffudit O* : salsos offudit Q gurgites ossas Q 484 radiis O 485 ad limina in artum *Munro* : ad limina (lumina O) partem OQ : a limini' parte *Lachm.* : ad limina raptim *Bentley* 487 expressu Q* 491 densabant OQ (*cf. Thes. l. l. V 544,38*) : densebant *Lambin* 492 sideban O* 496 aque O* 499 liquidi Q* 500 leuiora *It.* : leuior OQ 501 aetherias Q

nec liquidum corpus turbantibus aëris auris
commiscet. sinit hic uiolentis omnia uerti
turbinibus, sinit incertis turbare procellis,
ipse suos ignis certo fert impete labens.
nam modice fluere atque uno posse aethera nisu
significat Pontos, mare certo quod fluit aestu
unum labendi conseruans usque tenorem.

Motibus astrorum nunc quae sit causa canamus.
principio magnus caeli si uortitur orbis,
ex utraque polum parti premere aëra nobis
dicendum est extraque tenere et claudere utrimque;
inde alium supra fluere atque intendere eodem,
quo uoluenda micant aeterni sidera mundi.
aut alium supter, contra qui subuehat orbem;
ut fluuios uersare rotas atque austra uidemus.
est etiam quoque uti possit caelum omne manere
in statione, tamen cum lucida signa ferantur;
siue quod inclusi rapidi sunt aetheris aestus
quaerentesque uiam circum uersantur et ignes

---

516 *Non. 13,5. Isid. Etym. XX 15,1. [Raban. M. d. Univ. XXII 15 (CXI 612 B Migne)]*

---

502 auras O^1 503 commiscet *Naugerius* : Commisci OQ hic *Bentley* : haec OQ 505 suos O : uos Q 506 aether Q 507 Pontos *Lachm.* : ponto OQ : ponti *Pontanus* 509—533 *postea composita a poeta alienoque loco inserta melius poni post 563 existimauit Lachm.* 511 parte O^1 513.515 eodem Aut OQ : deorsum Hinc *Lachm., uersu 514 post 516 male transiecto* 514 aeterni OQ : alterni *Goebel (cf. 978, at cf. 980.981)* : nocturni *Merrill* 515 qui *Marullus* : quis OQ 516 Ut fluuios *Non.* : Ut fluuius OQ : In fluuio *Isid.* : In fluuios *Raban.* 518 lucida F : lucia OQ feruntur Q 520 = *VI 200*

passim per caeli uoluunt summania templa;
siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aër
uersat agens ignis; siue ipsi serpere possunt,
quo cuiusque cibus uocat atque inuitat euntis,
flammea per caelum pascentis corpora passim.
nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum
difficile est; sed quid possit fiatque per omne
in uariis mundis uaria ratione creatis,
id doceo, plurisque sequor disponere causas,
motibus astrorum quae possint esse per omne;
e quibus una tamen siet heic quoque causa necessest,
quae uegeat motum signis; sed quae sit earum
praecipere, haut quaquamst pedetemtim progredientis.‖

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
euanescere paulatim et decrescere pondus
conuenit, atque aliam naturam supter habere,
ex ineunte aeuo coniunctam atque uniter aptam
partibus aëriis mundi, quibus insita uiuit.
propterea non est oneri neque deprimit auras;
ut sua cuique homini nullo sunt pondere membra,
nec caput est oneri collo, nec denique totum

---

521 summania OQ (*i. e. Summani dei fulminatoris*?) : se immania *Auancius* : immania *Creech* 524 euntis OQ : auentis *Lachm.* 528 = *V 1345* creatis *1345* OQ : creati *hic* OQ 530 omne *Marullus* : omnem OQ 531 Ex Q^1 siet hic *Bernays* : sit et haec Q : sit et hae O : siet haec *Lachm.* : sit et heic *Nencini* : sit in hoc *Munro* 532 uegeat *Gifanius* : uigeat OQ 533 ~ *1453* pedetemtim *Lachm.* : pedetemti QO^1 : pedetem O* progredientis *V 1453* Q : progredientes *hic* OQ 535 Tuanescire Q* 536 subter F : super OQ 537 ~ *V 555* ineuntaeuo OQ* 538 uiuit OQ : creuit *Lachm.* : sidit *Lambin*

corporis in pedibus pondus sentimus inesse:
at quae cumque foris ueniunt inpostaque nobis
pondera sunt laedunt, permulto saepe minora.
usque adeo magni refert quid quaeque queat res.
sic igitur tellus non est aliena repente
allata atque auris aliunde obiecta alienis,
sed pariter prima concepta ab origine mundi
certaque pars eius, quasi nobis membra uidentur.

‖ Praeterea grandi tonitru concussa repente
terra supra quae se sunt concutit omnia motu;
quod facere haut ulla posset ratione, nisi esset
partibus aëriis mundi caeloque reuincta:
nam communibus inter se radicibus haerent
ex ineunte aeuo coniuncta atque uniter apta. ‖

nonne uides etiam quam magno pondere nobis
sustineat corpus tenuissima uis animai
propterea quia tam coniuncta atque uniter apta est?
denique iam saltu pernici tollere corpus
quid potis est nisi uis animae, quae membra gubernat?

---

559 *Ecl. Sang. p. 12*

---

545 magni *It.* : magi OQ quaeat OQ (*cf. I 586*) : aueat *Lachm.* : uehat *Gronovius* : obeat *Munro* : gerat *Howard* : grauet *Bergk, otiose omnia* 550—555 *posteriora poetae commenta not. Giussani* 550 tronitrum Q 551 supra O^1 : supru O*Q 553 aëriis *It.* (*cf. 538*) : aeri OQ 554 = *III 325* racibus O* 555 apta *Pontanus* (*cf. 537. 558*) : aucta OQ 558 aque O apta Q^1 : rapta OQ* 559 pernici *Pontanus* : pernice OQ : pernitio *Sang.* : pernice attollere F 560 quid *Faber* : Quis OQ nisi QO^1 : nobis nisi O* (*cf. 563*) animae OQ : animi *Lachm.* (*cf. 563*)

iamne uides quantum tenuis natura ualere
possit, ubi est coniuncta graui cum corpore, ut aër
coniunctus terris et nobis est animi uis?

563a DE SOLIS MAGNITVDINE

Nec nimio solis maior rota nec minor ardor
565 esse potest, nostris quam sensibus esse uidetur.
nam quibus e spatiis cumque ignes lumina possunt
adiicere et calidum membris adflare uaporem,
nihil illi his interuallis de corpore libant
569 flammarum, nihil ad speciem est contractior ignis.
573 proinde, calor quoniam solis lumenque profusum
570 perueniunt nostros ad sensus et loca fulgent,
forma quoque hinc solis debet filumque uideri,
nihil adeo ut possis plus aut minus addere uere.
574 [perueniunt nostros ad sensus et loca fulgent]

574a DE LVNA

575 Lunaque siue notho fertur loca lumine lustrans,
siue suam proprio iactat de corpore lucem,
quidquid id est, nihilo fertur maiore figura
quam, nostris oculis qua cernimus, esse uidetur.

---

575 notho] *cf. Arnob. II 20 (p. 64,22)*

---

563 coniunctus F : Coniuncta OQ 563a O : *sp. rel. om.* Q 564 . ec (*init. pro rubr. rel.*) Q 567 adiicere *Lambin* : adlicere OQ 568 nil illi (*sc.* ignes) his *Cartault* : nil illa (*sc.* lumina, *non* spatia) his *Bernays* : Nihil nisi OQ : nil ea in his *Lachm.* libant *Marullus* : librant OQ 570 = *V 574* 573 *hic omissum cum insequenti u. iterato post 572 suppleuerunt* OQ : *rest. post 569 Marullus* 570 fulgent *hic et 574* OQ : muloent *Lachm. (cf. IV 136)* 571 filumque *Turnebus (Lambin)* : illumque O : ilumque Q 574 *cf. ad 573* 574a *petiui ex indice* : *om. in text.* OQ 576 suam *It.* : sua OQ

nam prius omnia, quae longe semota tuemur
aëra per multum, specie confusa uidentur
quam minui filum. qua propter luna necesse est,
quandoquidem claram speciem certamque figuram
praebet, ut est oris extremis cumque notata
quantaque, tanta quoque hinc nobis uideatur in alto.
Postremo quos cumque uides hinc aetheris ignes,
scire licet perquam pauxillo posse minores
esse uel exigua maioris parte breuique;
quandoquidem quos cumque in terris cernimus *ignes*,
dum tremor *et* clarus dum cernitur ardor eorum,
perparuom quiddam inter dum mutare uidentur
alteram utram in partem filum, quo longius absunt.

DE CALORE SOLIS

Illud item non est mirandum, qua ratione
tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,

---

580 Aera O^1 : Aere O^*Q speciem Q uidetur O^* 581 minui *Bentley* : mi O^*Q : minimum O^1L 584 = *V 596* quantaque (*sc. cumque est*), tanta quoque *Lotze* : Quanto quoque quantast *hic* OQ^* : Quanta quoque est tanta *596* OQ *et hic* Q^1 : quantaque quantast *Eichstädt* : tantaque quantast *Bockemüller* uideatur *hic* OQ : uidetur *596* O : uiditur *596* Q 594.595 *transp. Cartault post 585, quia enuntiata causalia 'quandoquidem' uel 'quando' particulis formata numquam antecedunt, cf. e. g. II 967 (inseritur IV 98) : post 589 traiecerant inde a Marullo* 595 parte *It.* : perte OQ 586 cernimus *ignes Marullus* : *om.* ignes OQ : cernimu' flammae *Lachm.* 587 *et suppleui* : *om.* OQ : est F (dum . . . et dum *cf. II 1125, similiterque* cum . . . et cum *III 681; IV 259.939; V 1059*) 588 uidentur Q : uidetur O 589 absunt *Lachm.* : absit OQ : absint *Lambin* 589^a O : *om. sp. rel.* Q 591 Tantulus OQ^1 : Tantus Q^*

quod maria ac terras omnis caelumque rigando
compleat et calido perfundat cuncta uapore.
[quanta quoquest tanta hinc nobis uidetur in alto]
nam licet hinc mundi patefactum totius unum
largifluum fontem scatere atque erumpere lumen,
ex omni mundo quia sic elementa uapore
undique conueniunt et sic coniectus eorum
confluit, ex uno capite hic ut profluat ardor.
nonne uides etiam quam late paruus aquai
prata riget fons inter dum campisque redundet?
est etiam quoque uti non magno solis ab igni
aëra percipiat calidis feruoribus ardor,
opportunus ita est si forte et idoneus aër,
ut queat accendi paruis ardoribus ictus;
quod genus inter dum segetes stipulamque uidemus
accedere ex una scintilla incendia passim.
forsitan et rosea sol alte lampade lucens
possideat multum caecis feruoribus ignem
circum se, nullo qui sit fulgore notatus,
aestifer ut tantum radiorum exaugeat ictum.

---

598 *Eutych. II 15* (*Gr. l. V 484,7*) '*Lucretius in VI libro*' [*VI* BP : *VII* tf]; *Mico 381* (*Poet. lat. aeui Carol. III 293*)

---

592 que *om.* Q 596 *varia lectio ad* 584 599 quia OQ : qua LF uapore OQ (*cf. ad II 623*), uaporis *Lambin recte explicat* 601 hic OQ : hinc *cod. Britann.* 605 percipiat *Naugerius* : percipitat OQ 606 ita Q^1 : sita OQ* 609 accedere O* (*cf. II 1025*) : accidere Q : accendere O^1 610 et OQ : e *male Lachm.* 613 aestifer ut tantum F : aestiferi ut tantum Q : aestiferi utantur O

Nec ratio solis simplex *et* recta patescit,
quo pacto aestiuis e partibus aegocerotis
brumalis adeat flexus atque inde reuertens
canceris ut uertat metas ad solstitialis,
lunaque mensibus id spatium uideatur obire,
annua sol in quo consumit tempora cursu.
non, inquam, simplex his rebus reddita causast.

DEMOCRITI DE SOLE

nam fieri uel cum primis id posse uidetur,
Democriti quod sancta uiri sententia ponit,
quanto quaeque magis sint terram sidera propter,
tanto posse minus cum caeli turbine ferri;
euanescere enim rapidas illius et acris
imminui supter uiris, ideoque relinqui
paulatim solem cum posterioribu signis,
inferior multo quod sit quam feruida signa.

DE LVNAE CVRSV

Et magis hoc lunam: quanto demissior eius
cursus abest procul a caelo terrisque propinquat,
tanto posse minus cum signis tendere cursum.
flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
inferior quam sol, tanto magis omnia signa

---

uu. 614—649 *post 650(—662?) transpositos volebat* Q¹ (*non intellexit illius rationem Castellanus ectypi Leid. praef. p. XI*) 614 *et* recta *Marullus* : recta (*om.* et) OQ : *et* certa *Munro* : reclusa *Bernays* : rellata *Lachm.* 617 canceris OQ; *retineo uulgarem formam cf. Prisc. V 15 (151, 15)* : cancri se *Lachm.* uertat OQ (*cf. IV 1130; 1422*) 620ª O : *sp. rel. om.* Q 621 .am (*initiali rubr. rel.*) Q 622 = *III 371* 623 sin Q : in O 626 supter Q : super O* : subter O¹ relinquit Q, *quia 627 ut* O posterioribus ignis *legebat* 628ª O : *sp. rel. om.* Q 629 demisior O : dimisior Q 630 adest Q a QO¹ : *om.* O* 632 flac cidior O etiam OQ : etenim *Lachm.*

hanc adipiscuntur circum praeterque feruntur.
propterea fit ut haec ad signum quodque reverti
mobilius uideatur, ad hanc quia signa reuisunt.
fit quoque ut e mundi transuersis partibus aër
alternis certo fluere alter tempore possit,
qui quead estiuis solem detrudere signis
brumalis usque ad flexus gelidumque rigorem,
et qui reiciat gelidis a frigoris umbris
aestiferas usque in partis et feruida signa.
et ratione pari lunam stellasque putandumst,
quae uoluunt magnos in magnis orbibus annos,
aëribus posse alternis e partibus ire.
nonne uides etiam diuersis nubila uentis
diuersas ire in partis inferna supernis?
qui minus illa queant per magnos aetheris orbis
aestibus inter se diuersis sidera ferri?

At nox obruit ingenti caligine terras,
aut ubi de longo cursu sol ultima caeli
impulit atque suos efflauit languidus ignis
concussos itere et labefactos aëre multo,
aut quia sub terras cursum conuortere cogit
uis eadem, supra quae terras pertulit orbem.

---

637 e O : ea Q; *olimne fuit* ex? 639 Quique ad Q* : Quiqueat O : Quique ab Q^1 644 Quae O : Quo Q 648 illa F : ille OQ 649 inter QO^1 : in O* 650 nox] *ss.* ubi Q^1 651 sol ultima *It.* : soluet ima OQ : sol extima F 652 Implilit Q* 653 concussos QO^1 : concussus ////// O* aere multo *om.* O* : *suppl.* O^s 654 quia O : queuia Q conuortore O*Q : conuertere O^1

Tempore item certo roseam Matuta per oras
aetheris auroram differt et lumina pandit,
aut quia sol idem, sub terras ille reuertens,
anticipat caelum radiis accendere temptans,
aut quia conueniunt ignes et semina multa
confluere ardoris consuerunt tempore certo,
quae faciunt solis noua semper lumina gigni.
EX IDA VISIO SOLIS
quod genus Idaeis fama est e montibus altis
dispersos ignis orienti lumine cerni,
inde coire globum quasi in unum et conficere orbem.
nec tamen illud in his rebus mirabile debet
esse, quod haec ignis tam certo tempore possunt
semina confluere et solis reparare nitorem.
multa uidemus enim, certo quae tempore fiunt
omnibus in rebus. florescunt tempore certo
arbusta et certo dimittunt tempore florem:
nec minus in certo dentes cadere imperat aetas
tempore et inpubem molli pubescere ueste
et pariter mollem malis demittere barbam:
fulmina postremo, nix, imbres, nubila, uenti,
non nimis incertis fiunt in partibus anni.
namque ubi sic fuerunt causarum exordia prima
atque ita res mundi cecidere ab origine prima,
consequë quoque iam redeunt ex ordine certo.

---

656 roseam Matuta *Pontanus* (matuta *iam cod. Barb. 154*) : rosea matura OQ 657 differt et *It.* : deffert et O¹ : differte O*Q 662ª O : *sp. rel. om.* Q 667 possunt *Lachm.* : possit OQ 674 dimittere O 675 fulmina *Marullus* : Flumina OQ postremo O¹ : postromo O*Q 679 consequë *Lachm.* : Consequiae OQ redeunt *Lachm.* : rerum OQ

DE DIE LONGO ET NOCTE BREVI

Crescere itemque dies licet et tabescere noctes,
et minui luces, cum sumant augmina noctis,
aut quia sol idem sub terras atque superne
imparibus currens amfractibus aetheris oras
partit et in partis non aequas diuidit orbem,
et quod ab alterutra detraxit parte, reponit
eius in aduersa tanto plus parte relatus,
donec ad id signum caeli peruenit, ubi anni
nodus nocturnas exaequat lucibus umbras;
nam medio cursu flatus aquilonis et austri
distinet aequato caelum discrimine metas,
propter signiferi posituram totius orbis,
annua sol in quo consumit tempora serpens,
obliquo terras et caelum lumine lustrans,
ut ratio declarat eorum qui loca caeli
omnia dispositis signis ornata notarunt.

aut quia crassior est certis in partibus aër,
sub terris ideo tremulum iubar haesitat ignis
nec penetrare potest facile atque emergere ad ortus;
propterea noctes hiberno tempore longae
cessant, dum ueniat radiatum insigne diei.

aut etiam, quia sic alternis partibus anni
tardius et citius consuerunt confluere ignes,

679a O : *sp. rel. om.* Q 681 agmina Q noctis O^1 (O^*?) : noctes Q 683 curarens Q 684 et in O^1 : e in O^*Q caquas Q 688 &aequat Q 690 Destinet Q caeli *Marullus* : sol tum *Merrill* metans *Pontanus* 692 annua QO^1 : anna O^* quo QO^1 : qo O^* consumit *scripsi* (*cf. 619*) : contudit OQ : concludit *Lachm.* : contrudit *Merrill* 693 *transponebat ante 692 Lachm.* obliqui *mutans* 697 iubar QO^1 : iubat O^* 698 mergere O 700 diei L : dici OQ 702 tardius] ar *in ras.* O^1

propterea fit uti uideantur dicere uerum,
qui faciunt solem certa desurgere parte
inque dies priuos noua lumina suppeditare.

DE LVNAE LVMINE

Luna potest solis radiis percussa nitere,
inque dies magis *id* lumen conuertere nobis
ad speciem, quantum solis secedit ab orbi,
donique eum contra pleno bene lumine fulsit
atque oriens obitus eius super edita uidit;
inde minutatim retro quasi condere lumen
debet item, quanto propius iam solis ad ignem
labitur ex alia signorum parte per orbem;
ut faciunt, lunam qui fingunt esse pilai
consimilem cursusque uiam sub sole tenere.
est etiam quare proprio cum lumine possit
uoluier et uarias splendoris reddere formas;
corpus enim licet esse aliud, quod fertur et una
labitur omnimodis occursans officiensque,
nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.
uersarique potest, globus ut, si forte, pilai
dimidia ex parti candenti lumine tinctus,

---

704 *ante* 703 *transposui et addidi versum 704ª, qui doctrinam Xenophanis (660—665) breuiter repetit* : 704 *del. Gifanius* : *transp. post 714 Naugerius* 703 de surgere *Lambin* 704ᵇ O : *sp. rel. om.* Q 705 .una (*init. rubr. rel.*) Q solus (?) O* percussa F, *cod. Cantabr.* : perculsa OQ 706 magis *id Lachm.* : *om.* id OQ : magis, et *Pontanus* : magis hoc F : magis hinc *Merrill* : maius *Marullus* 708 bene O¹ : beneno O*Q 711 iam *Marullus* : tam OQ 714 sub sole QO¹ : subole O* tenere O : imere Q* : meare Q¹ 716 Voluir Q* splendores Q 718 Lauitur O*Q : *corr.* O¹ officiansque O* 720 potes Q si forte (*i. e. εἰ τύχοι*) OQ : sit forte *male I. Dousa fil.*

uersandoque globum uariantis edere formas,
donique eam partem, quae cumque est ignibus aucta,
ad speciem uertit nobis oculosque patentis;
inde minutatim retro contorquet et aufert
luciferam partem glomeraminis atque pilai;
ut Babylonica Chaldeum doctrina refutans
astrologorum artem contra conuincere tendit,
proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat uterque,
aut minus hoc illo sit cur amplectier ausis.
denique cur nequeat semper noua luna creari
ordine formarum certo certisque figuris,
inque dies priuos aborisci quaeque creata
atque alia illius reparari in parte locoque,
difficilest ratione docere et uincere uerbis,
ordine cum *possint* tam certo multa creari.

DE ANNI TEMPORIBVS

It Ver et Venus, et Veneris praenuntius ante
pennatus graditur, Zephyri uestigia propter
Flora quibus mater praespargens ante uiai
cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet.
inde loci sequitur calor aridus et comes una
puluerulenta Ceres *et* etesia flabra aquilonum.

---

727 babylonica F : babylonisa OQ chaldeam *genitiui nescius* O¹ 730 illo Q¹ : ilio OQ* 733 aborisci OQ* : abolisci Q¹ 736 *possint Lachm. (cf. 750)* : *om.* OQ* : uideas F : l' uideas (as *litterarum incerta lectio*) *in mrg.* Q¹ 736ª O : *sp. rel. om.* Q 737 It O : . d (*initiali rubr. rel.*) Q ueneris OQ : ueris *Pontanus* 738 zephyri O : zepyri Q : zephyrus *Pontanus* 742 puluerulenta Ceres *Pontanus* : Puluerunt aceres O* : Puluerunt acies Q* : Pulueruntaceres *corr.* Q¹ : Polluerunt aceres O¹ et *add. Marullus*

inde Autumnus adit, graditur simul Euhius Euan.
inde aliae tempestates uentique secuntur,
altitonans Volturnus et auster fulmine pollens.
tandem bruma niues adfert pigrumque rigorem
reddit; Hiemps sequitur crepitans hanc dentibus algu.
quo minus est mirum, si certo tempore luna
gignitur et certo deletur tempore rusus,
cum fieri possint tam certo tempore multa.

DE ECLIPSI

Solis item quoque defectus lunaeque latebras
pluribus e causis fieri tibi posse putandumst.
nam cur luna queat terram secludere solis
lumine et a terris altum caput obstruere ei,
obiciens caecum radiis ardentibus orbem:
tempore eodem aliut facere id non posse putetur
corpus, quod cassum labatur lumine semper?
solque suos etiam dimittere languidus ignis
tempore cur certo nequeat, recreareque lumen,
cum loca praeteriit flammis infesta per auras,
quae faciunt ignis interstingui atque perire?

---

745 *Isid. Et. XIII 11, 5*

---

743 simul OQ*: semel Q¹ euhius O: ęuius Q euã Q: aeuom O*: aeuan O¹ 745 polle Q 746 pruma Q* 747 reddit hiemps F: Redit hiemps (hiems Q) OQ: prodit hiemps, *Lachm.*: cedit hiemps *Merrill* crepitans F: creditans OQ hanc Q: ac O algu *Wakefield* (*cf. III 732*): algi OQ: algus *Lambin*: algor *Lachm.* 750 fieri *Marullus*: fleri OQ 750ª *suppleui ex indice*: *om. hic* OQ 753 solis *Lambin*: possis OQ 756 eodem *It.* (*cf. 765*): eadem OQ 761 perire *Marullus*: periri OQ

et cur terra queat lunam spoliare uicissim
lumine et oppressum solem super ipsa tenere,
menstrua dum rigidas coni perlabitur umbras:
tempore eodem aliut nequeat succurrere lunae
corpus uel supra solis perlabier orbem,
quod radios inter rumpat lumenque profusum?
et tamen ipsa suo si fulget luna nitore,
cur nequeat certa mundi languescere parte,
dum loca luminibus propriis inimica per exit?
[menstrua dum rigidas coni periabitur umbras].

Quod super est, quoniam magni per caerula mundi
qua fieri quicquid posset ratione resolui,

DE SOLIS ET LVNAE OFFECTIONE

solis uti uarios cursus lunaeque meatus
noscere possemus quae uis et causa cieret,
quoue modo *possent* offecto lumine obire
et neque opinantis tenebris obducere terras,
cum quasi coniuent et aperto lumine rursum
omnia conuisunt clara loca candida luce,

DE NOVITATE RERVM MVNDI ET DISPOSITIONE QVAE IN EO SVNT

nunc redeo ad mundi nouitatem et mollia terrae
arua, nouo fetu quid primum in luminis oras
tollere et incertis crerint committere uentis.

---

763 supera *Gifanius* 764 (*itemque 771*) coni O : cō Q perlabitur *It.* : periabitur OQ (*itemque 771*) 765 succurre O* 768 fulgit *Lambin* 771 = *764, del. It.* 773ª O : *sp. rel. om.* Q 774 ~ 76 776 possent *add. It.* : *om.* OQ : soleant F 778 coniuent Q¹ : conibent O*Q 779ª O : *2 uu. uac. rel.* Q 780 ad OQ¹ : a Q* 782 tollere et *Pontanus* : tolleret OQ crerint *Orelli* : credunt OQ

Principio genus herbarum uiridemque nitorem
terra dedit circum collis, camposque per omnis
florida fulserunt uiridanti prata colore,
arboribusque datumst uariis exinde per auras
crescendi magnum inmissis certamen habenis.
ut pluma atque pili primum saetaeque creantur
quadripedum membris et corpore pennipotentum,
sic noua tum tellus herbas uirgultaque primum
sustulit, inde loci mortalia saecla creauit
multa modis multis uaria ratione coorta.
nam neque de caelo cecidisse animalia possunt,
nec terrestria de salsis exisse lacunis.
linquitur ut merito maternum nomen adepta
terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata.
multaque nunc etiam existunt animalia terris,
imbribus et calido solis concreta uapore;
quo minus est mirum, si tum sunt plura coorta
et maiora, noua tellure atque aethere adulta.
principio genus alituum uariaeque uolucres
oua relinquebant exclusae tempore uerno,
folliculos ut nunc teretis aestate cicadae

---

803 sqq. *Lactant. Inst. II, 11, 1 sqq.* '*itaque terram nouam semen genitale retinentem folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius* '*crescebant-apti*', *eosque cum maturuissent natura cogente ruptos animalia tenera profudisse, deinde terram ipsam umore quodam qui esset lacti similis exuberasse eoque alimento animantes esse nutritas*'

---

784 dedit OQ^1 : decidit Q* circum O : cum Q camposque O^1 : campusque O*Q 787 certame O* 790 uirgultaque O^1 : uilgultaque O*Q 795 ~ *II 998* 797 animali Q* 798 concreta OQ^1 : cumgreca Q* 799 tum O^1 : tus O*Q 800 maiora *Pontanus* : maiore OQ 802 Oua O : Qua Q relinquebant O^1 : reliquebant O*Q cuerno Q

lincunt sponte sua uictum uitamque petentes.
tum tibi terra dedit primum mortalia saecla.
multus enim calor atque umor superabat in aruis:
hoc ubi quaeque loci regio opportuna dabatur,
crescebant uteri terram radicibus apti;
quos ubi tempore maturo pate fécerat aetas
infantum, fugiens umorem aurasque petessens,
conuertebat ibi natura foramina terrae
et sucum uenis cogebat fundere apertis
consimilem lactis, sicut nunc femina quaeque
cum peperit, dulci repletur lacte, quod omnis
impetus in mammas conuertitur ille alimenti.
terra cibum pueris, uestem uapor, herba cubile
praebebat multa et molli lanugine abundans.
at nouitas mundi nec frigora dura ciebat
nec nimios aestus nec magnis uiribus auras.
omnia enim pariter crescunt et robora sumunt.

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
terra tenet merito, quoniam genus ipsa creauit
humanum atque animal prope certo tempore fudit
omne quod in magnis bacchatur montibus passim
aëriasque simul uolucres uariantibus formis.

818—820 *Schol. Bern. ad Verg. Georg. II 336*

---

805 *transponebat post 796 Polle* primum OQ : passim *Lachm.* : proauum *Christ* 809 aetas *Marullus* : aestas OQ : aestus *Lachm.* 810 infandum O^1 petessens OQ^1 (*text.*) : petersens Q* : petissens Q^1 (*mrg.*) 812 et F : Ut OQ 813 femina nunc *transp.* Q* 819 uiribus] nisibus *Schol. Verg.* 823 animal *Marullus* : anima O*Q : animas O^1 fundit Q 824 magnis F : magni OQ 825 aeriasque *Marullus* : Aeriaeque OQ

sed quia finem aliquam pariendi debet habere,
destitit, ut mulier spatio defessa uetusto.
mutat enim mundi naturam totius aetas,
ex alioque alius status excipere omnia debet,
nec manet ulla sui similis res: omnia migrant,
omnia commutat natura et uertere cogit.
namque aliut putrescit et aeuo debile languet,
porro aliut succrescit et *e* contemptibus exit.
sic igitur mundi naturam totius aetas
mutat, et ex alio terram status excipit alter,
quod pote uti nequeat, possit quod non tulit ante.

Multaque tum tellus etiam portenta creare
conatast mira facie membrisque coorta, [remotum,
androgynem, interutras necutrumque utrimque
orba pedum partim, manuum uiduata uicissim,
muta sine ore etiam, sine uoltu caeca reperta,
uinctaque membrorum per totum corpus adhaesu,
nec facere ut possent quicquam nec cedere quoquam
nec uitare malum nec sumere quod uolet usus.

---

837 *sqq. cf. Lact. de opif. 6,1*

828.829 ~ 834.835 833 succrescit *in notis Lachm.* : crescit OQ : succedit (*cf. 1278*) *Merrill* : clarescit *in textu Lachm.* (*cf. 1456*) e *Marullus* : *om.* OQ 836 pote uti *Lachm.* (*cf. III 1079*) : potuit OQ : tulit ut *Bentley* : quiit ut *Ernout* 838 facie F : facit OQ membris quoque O* 839 Androgynem OQ (*cf. Val. Max. VIII 3, 1*) : androgynum *Lachm.* interutras OQ : interutraque *Lachm.* (*cf. II 518*) necutrumque *scripsi* (*cf. Martial. V 20, 11*) : necutramque OQ : nec utrum *Lachm.* utrimque *Lachm.* : utrumque Q : ututrumque O remotum O : remoti Q 841 muta *Naugerius* : Multa OQ 844 foret *Lambin* (*cf. I 184; IV 831.841*)

cetera de genere hoc monstra ac portenta creabat,
ne quiquam, quoniam natura absterruit auctum,
nec potuere cupitum aetatis tangere florem
nec reperire cibum nec iungi per Veneris res.
multa uidemus enim rebus concurrere debere,
ut propagando possint procudere saecla;
pabula primum ut sint, genitalia deinde per artus
semina qua possint membris manare remissa,
feminaque ut maribus coniungi possit, habere,
mutua qui mutent inter se gaudia uterque.

Multaque tum interiisse animantum saecla necessest
nec potuisse propagando procudere prolem.
nam quae cumque uides uesci uitalibus auris,
aut dolus aut uirtus aut denique mobilitas est
ex ineunte aeuo genus id tutata reseruans.
multaque sunt nobis ex utilitate sua quae
commendata, manent tutelae tradita nostrae.
principio genus acre leonum saeuaque saecla
tutatast uirtus, uolpes dolus, et fuga ceruos.
at leuisomna canum fido cum pectore corda,

---

845 ~ *IV 590* 846 absterruit *It.* : abserruit O : abseruit Q 848 reperiri Q 849 multa, uidemus, enim r. c. debent *Wakefield* 850 procudere *It.* (*cf. 856*) : procludere OQ 851 primum QO¹ : primunt O* ut O : *om.* Q atus Q 852 possint O¹ : possis (O*?)Q manare QO¹ : manere O* remissa *Lachm.* : remissis OQ 853 maribus *It.* : marius OQ possit O¹ : possis O*Q habere OQ : auere *Lachm.* 854 mutua qui mutent *Bernays* : Mutua qui metuent OQ : mutuaque insinuent *Lachm.* 858 mouilitas O* 859 tutata *It.* : tuta OQ 863 et Q : ut O

et genus omne quod est ueterino semine partum,
lanigeraeque simul pecudes et bucera saecla
omnia sunt hominum tutelae tradita, Memmi;
nam cupide fugere feras, pacemque secuta
sunt et larga suo sine pabula parta labore,
quae damus utilitatis eorum praemia causa.
at quis nil horum tribuit natura, nec ipsa
sponte sua possent ut uiuere nec dare nobis
utilitatem aliquam, quare pateremur eorum
praesidio nostro pasci genus esseque tutum,
scilicet, haec aliis praedae lucroque iacebant
indupedita suis fatalibus omnia uinclis,
donec ad interitum genus id natura redegit.

DE CENTAVRIS

Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo
esse queunt duplici natura et corpore bino
ex alienigenis membris compacta, potestas
hinc illinc partis ut non par esse potissit.
id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.
principio circum tribus actis impiger annis
floret ecus, puer haut quaquam: nam saepe etiam nunc
ubera mammarum in somnis lactantia quaeret:

---

865 *Non. 13,7*

---

865 ueterino *Non.* : ueteri non OQ parturiendi *Non.* 866 ~ *VI 1245* bucera *It.* (*cf. VI 1245*) : bugera OQ 868 secuta *Lambin* : secutae OQ 871 nil *Pontanus* : ni O : in Q 873 quare *It.* : quari OQ 876 indupeditas Q^1 (*mrg.*) 877a O : *sp. rel. om.* Q 879 bino O : uno Q 881 partis *Lachm.* : paruis OQ ut non par *Brieger* : ut si par *Lachm.* : ut non sit pars O : ut non sat pars Q (*archet.* ut $^{si}_{non}$ par) 882 = *IV 44* 884 quaquam L : quamquam OQ nam Q : *om.* O 885 lactantia F (*cf. Ou. Met. VII 321*) : laetantia OQ quaerit *cod. Victorianus*

post ubi ecum ualidae uires aetate senecta
membraque deficiunt fugienti languida uita,
tum demum puerili aeuo florere iuuentas
occipit et molli uestit lanugine malas;
ne forte ex homine et ueterino semine equorum
confieri credas Centauros posse neque esse,

DE SCYLLA

Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
corporibus Scyllas, et cetera de genere horum,
inter se quorum discordia membra uidemus;
quae neque florescunt pariter nec robora sumunt
corporibus neque proiiciunt aetate senecta,
nec simili Venere ardescunt nec moribus unis
conueniunt, neque sunt eadem iucunda per artus.
quippe uidere licet pinguescere saepe cicuta
barbigeras pecudes, homini quae est acre uenenum.

DE CHIMERA

Flamma quidem *uero* cum corpora fulua leonum
tam soleat torrere atque urere quam genus omne
uisceris in terris quod cumque et sanguinis extet,

---

889 *Heirici vit. S. Germani I 96 (P. l. aeui Car. III 441)* '*uestibat teneras* molli lanugine malas' 890 *Non. 13,9*

---

888 puerili O Q : pueris *Auancius* : puero illi *Munro* florere *scripsi* : florenta O Q (enta *uar. lect. pertinet ad iuuentas*) : florente *It.* 889 occipit *Marullus* : Officit O Q 890 ne *om. Non.* torte *Non.* et *om. Non.* quorum *Non.* 891ª *ex indice suppleui* : *unus u. rel. rubric. in textu* O Q 892 rapidis O Q (*i. q. rapacibus?*) *cf. IV 712* : rabidis *Heinsius* 896 proiciunt *Turnebus* : proficiunt O Q 900 homi Q* 900ª *ex indice suppleui* : *unus u. rel. rubr. in textu* O Q 901 *uero It.* (*cf. I 1001 al.*) : *om.* O Q : *initio uersus supplebant* denique *Lachm.*, ignea *Avancius* 902 Tam Q : Iam O

qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una,
prima leo, postrema draco, media ipsa, Chimera
ore foras acrem flaret de corpore flammam?
quare etiam tellure noua caeloque recenti
talia qui fingit potuisse animalia gigni,
nixus in hoc uno nouitatis nomine inani,
multa licet simili ratione effutiat ore,
aurea tum dicat per terras flumina uulgo
fluxisse, et gemmis florere arbusta suësse,
aut hominem tanto membrorum esse impete natum,
trans maria alta pedum nisus ut ponere posset
et manibus totum circum se uertere caelum.

915a NON POTVISSE CHIMERAM ET SCYLLAM ET SIMILIA GIGNI

nam quod multa fuere in terris semina rerum
tempore quo primum tellus animalia fudit,
nihil tamen est signi mixtas potuisse creari
inter se pecudes compactaque membra animantum,
propterea quia quae de terris nunc quoque abundant
herbarum genera ac fruges arbustaque laeta

---

905 *Hygin. fab. 57; Hieron. Ep. 125* (*Migne P. L. 22, 1083*); *Isid. Et. I 40,4* media—Chimera] *Hygin. f. 151* 910 *Non. 103,23* 913—915 *Lactant. Plac. ad Stat. Theb. VII 585* '*ut L. dixit* impete *pro impetu libro VI*'

---

904 una *It.* : unam OQ 905 medio O cimera OQ (*cf. ind.*) 906 foras *Naugerius* : feras OQ : ferox *Pontanus* flaret *It.* : flare OQ 910 mata licet similis ratiore *Non.* 913 hominem *Lact. Plac.*, Q : homine O 914 ponere *Lact.*, Q^1 : pondere O Q^* : pandere *Auancius* posset] iussit *Lact.* 915a *suppleui ex indice* : *om. 1* (O) *uel 2 uu.* (Q) *uac. rel.* OQ 918 signumistas Q 920 abundamus Q

non tamen inter se possunt complexa creari,
sed res quaeque suo ritu procedit, et omnes
foedere naturae certo discrimina seruant.

Et genus humanum multo fuit illud in aruis
durius, ut decuit, tellus quod dura creasset,
et maioribus et solidis magis ossibus intus
fundatum, ualidis aptum per uiscera neruis,
nec facile ex aestu nec frigore quod caperetur,
nec nouitate cibi nec labi corporis ulla.
multaque per caelum solis uoluentia lustra
uolgiuago uitam tractabant more ferarum.
nec robustus erat curui moderator aratri
quisquam, nec scibat ferro molirier arua
nec noua defodere in terram uirgulta neque altis
arboribus ueteres decidere falcibus ramos.
quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat
sponte sua, satis id placabat pectora donum.
glandiferas inter curabant corpora quercus

937.938 *Macrob. VI 1,65*

---

923 sed res *Munro* : Sed si O Q : res sic *Lambin* : sed sic *Pontanus* : sed uis *Lachm.* quodque *Maruilus* 925 At *Lachm.* 928—979 *in fine seruauerunt* QU 928 apertum Q 930 ciui Q labi Q*O¹U¹ : labo O* : labe Q¹ : labis U* 932 Volligauo U* 933 ~ *VI 1253* aratri O¹Q¹ : arari O*Q*U 934 Quicquam O sciebat Q molirier *It* (*cf. Verg. Georg. I 494*) : mollirier O (*sec. Lachm.* O¹) : mollerier QU (O* *sec. Lachm.*) 935 ~ *V 1366* de foedere Q : refodere U* : refondere U¹ uirgulta O¹Q¹ : uirguita Q* : uirguitam U (O*?) 937 dederant *Macr.*, QO¹ : dederat O* crearat *Macr.*, Q¹ : crearant OQ* : creant U 938 pectore O 939 glangiferas Q*

plerumque; et quae nunc hiberno tempore cernis
arbita puniceo fieri matura colore,
plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
multaque praeterea nouitas tum florida mundi
pabula dura tulit, miseris mortalibus ampla.
    ad sedare sitim fluuii fontesque uocabant,
ut nunc montibus e magnis decursus aquai
claru' citat late sitientia saecla ferarum.
denique nota uagis siluestria templa tenebant
nympharum, quibus e scibant umore fluenta
lubrica proluuie larga lauere umida saxa,
umida saxa, super uiridi stillantia musco,
et partim plano scatere atque erumpere campo.
    nec dum res igni scibant tractare neque uti
pellibus et spoliis corpus uestire ferarum,
sed nemora adque cauos montis siluasque colebant,
et frutices inter condebant squalida membra,
uerbera uentorum uitare imbrisque coacti.
nec commune bonum poterant spectare, neque ullis
moribus inter se scibant nec legibus uti.

---

945 *Macr. VI 1,64* 950 *Non. 504,8* 952 *Ecl. Sang. p. 12*

941 aruita O*Q*U : arbuta O¹Q¹ (*cf. 965*) 942 tus U* 944 dura *It* : dira OQU miseri Q*U¹ ampla O : impla QU 945 sedari U uocabat U : uacabant Q¹ 946 montibus e magnis ut nunc *collocanda esse signis ind.* Q¹ monitibus Q : munitibus U aquai QO¹ : aqua O* : equai U 947 claru' citat late *Forbiger* : Claricitatiate OQU¹ : claricitati ate U* : claricitat late *Simeon Bosius* : clarigitat late *Lachm.* sientia U 948 nota uagis *recte* OQU : nocte uagi *Bentley* : noctiuagi *Naugerius* 949 umore OQU¹ : amore U*; umori' *explicabat Bentley* (*cf. ad II 623*) 951 stinlantia Q 953 re Q* ignis Q¹ scibant *It.* : scribant OQ*U : sciebant Q¹ 954 uetire U 959 scibant *It.* : sciebant OQU

quod cuique obtulerat praedae fortuna, ferebat
sponte sua sibi quisque ualere et uiuere doctus.
et Venus in siluis iungebat corpora amantum;
conciliabat enim uel mutua quamque cupido
uel uiolenta uiri uis atque inpensa libido
uel pretium, glandes atque arbita uel pira lecta.
et manuum mira freti uirtute pedumque
consectabantur siluestria saecla ferarum
missilibus saxis et magno pondere clauae.
multaque uincebant, uitabant pauca latebris,
saetigerisque pares subus siluestria membra
nuda dabant terrae, nocturno tempore capti,
circum se foliis ac frondibus inuoluentes.
nec plangore diem magno solemque per agros
quaerebant pauidi palantes noctis in umbris,
sed taciti respectabant somnoque sepulti,
dum rosea face sol inferret lumina caelo;
a paruis quod enim consuerant cernere semper
alterno tenebras et lucem tempore gigni,
non erat ut fieri posset mirarier umquam
nec diffidere, ne terras aeterna teneret

---

962 iungebat L : lugebat O : lucebat Q*U : ducebat Q¹ amatum U* 965 aruita O*QU : arbuta O¹ 966 Et O : Te QU 975 *post 967 transp. Naugerius; de ablatiuis post 967 cumulatis cf. II 273.626 al. et Munro ad I 183* 969 pare U subus *recte* OQU : suibus *It.* : subus ⟨*hic*⟩ *Polle* (*poterat etiam* ⟨*hi*⟩) : subu' ⟨*sic*⟩ *Munro* : subus *conl. VI 974.977 offendit Lachm., qui lacuna post* subus *statuta et interiecto u. 975 clausulam* siluestria membra *proximo uersui extremo tribuebat* 970 nuda dabant *Lambin* : Nudabant OQU 973 pauidi O¹Q¹ : paruidi O*Q* : paluidi U 976 rosea F : rotea OQ* : rote a U : rubea Q¹ 977 paruis Q¹ : peruis OQ*U 979 *desinit* U possent *Madvig* 980 Ne O

nox in perpetuum detracto lumine solis.
sed magis illud erat curae, quod saecla ferarum
infestam miseris faciebant saepe quietem;
eiiectique domo fugiebant saxea tecta
spumigeri suis aduentu ualidique leonis,
atque intempesta cedebant nocte pauentes
hospitibus saeuis instrata cubilia fronde.
Nec nimio tum plus quam nunc mortalia saecla
dulcia linquebant lamentis lumina uitae.
unus enim tum quisque magis deprensus eorum
pabula uiua feris praebebat, dentibus haustus,
et nemora ac montis gemitu siluasque replebat,
uiua uidens uiuo sepeliri uiscera busto.
at quos effugium seruarat corpore adeso,
posterius tremulas super ulcera tetra tenentes
palmas horriferis accibant uocibus Orcum,
donique eos uita priuarunt uermina saeua,
expertis opis, ignaros quid uolnera uellent.
at non multa uirum sub signis milia ducta
una dies dabat exitio, nec turbida ponti
aequora lidebant nauis ad saxa uirosque.
sic temere in cassum frustra mare saepe coortum

---

983 faciebat O 984 eiectique F : Electique Q : Et lectique O 985 ualidique OQ : ualidiue *Lachm.* 987 intrata Q* 989 labentis *Muretus* 992 gemitu O¹ : gemitus O*Q 993 uiuo F : uino OQ 994 effigium O*Q 995 ulcera F : uicerat O*Q : uiscera O¹ 996 accibant O¹ : accibunt O*Q 997 donique *Is. Vossius* : Denique OQ priuarunt *Creech* : priuarant OQ 1001 lidebant O*Q : ledebant O¹ : fligebant *Lachm.* uisosque Q 1002 sic *scripsi* : Nec OQ : hic *Lachm.* : sed *Lamb.*

saeuibat leuiterque minas ponebat inanis,
nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.
improba nauigii ratio tum caeca iacebat.
tum penuria deinde cibi languentia leto
membra dabat, contra nunc rerum copia mersat.
illi inprudentes ipsi sibi saepe uenenum
uergebant, nunc dant *soceris* sollertius ipsi.

Inde casas post quam ac pelleis ignemque pararunt
et mulier coniuncta uiro concessit in unum
coniugium primique foci sanctissima iura
cognita sunt, prolemque ex se uidere creatam,
tum genus humanum primum mollescere coepit.
ignis enim curauit ut alsia corpora frigus
non ita iam possent caeli sub tegmine ferre,
et Venus inminuit uiris, puerique parentum
blanditiis facile ingenium fregere superbum.

1004 *Schol. Veron. Aen. II 90 (III 2, 419, 6 Hag.) mutilate* : quam p. p. p.

1003 Saeuidat (Seuidat Q) OQ : *corr. It.* ponebat *Marullus* : potebas OQ in annis Q 1006 *del. Lachm.* nauigii OQ (*cf. VI 743*) : nauigiis *Bothe* : naucleri *Munro* 1008 dabat F : deant O* : daeant Q : dedant O¹ 1009 inprudentes *Marullus* : prudentes OQ 1010 nunc dant *soceris temptaui* : nudant (*om. soceris*) OQ : *uaria prolata sunt remedia* : nunc dant letum F : *nunc se* nudant *Lachm.* : nunc dant *aliis It.* : *nurui* nunc dant *Munro* : nunc dant *alii* s. ipsis *Cartault* : nunc dant *patribus* s. ipsis *Purmann* : nunc dant *aliis* s. isti *Sauppe*; *profecto* ipsi *uix tolerabile* 1011 pelleis] (pellis *Victorianus*) : pelliis OQ (*cf. ad I 966*) 1012ª *lacunam a Marullo detectam suppleui* : *castaque priuatae ueneris conubia laeta Marullus* : *hospitium ac lecti socialia iura duobus Munro* 1013 cognita sunt] conubium *Lachm.* : coniugium *Bernays, uterque ut lacunam uitaret* 1016 ferre F : ferri OQ

Tunc et amicitiem coeperunt iungere auentes
finitimi inter se nec laedere nec uiolari,
et pueros commendarunt muliebreque saeclum,
uocibus et gestu cum balbe significarent
imbecillorum esse aequm misererier omnis.
nec tamen omnimodis poterat concordia gigni.
sed bona magnaque pars seruabat foedera caste:
aut genus humanum iam tum foret omne peremptum,
nec potuisset adhuc perducere saecla propago.
At uarios linguae sonitus natura subegit
mittere, et utilitas expressit nomina rerum,
non alia longe ratione atque ipsa uidetur
protrahere ad gestum pueros infantia linguae,
cum facit ut digito quae sint praesentia monstrent.
sentit enim uim quisque suam quod possit abuti:
cornua nata prius uitulo quam frontibus extent,
illis iratus petit atque infestus inurget.
at catuli pantherarum scymnique leonum
unguibus ac pedibus iam tum morsuque repugnant,
uix etiam cum sunt dentes unguesque creati.

1036 *Non. 457,14;* scymnique leonum] *Isid. Et. XII 2,6*

1019 habentes O¹ 1020 Finitiminter O uiolari *Lachm.* : uiolare OQ 1022 ualue O*Q 1023 miserier O omnis *Marullus* : omni OQ 1025 caste F : casti OQ 1026 Aut O : Haud Q 1032 ut O : et Q sin Q monstrent *cod. Victorianus* : monstret OQ 1033 uim *cod. Barb. 154* : uis OQ (uis—suas *coni. L. Müller*) quod OQ (*cf. ad II 850*) : quo ad *explic. Lambin* 1035 infestus Q*F : infessus OQ¹ : infensus *Auancius* 1038 etiam *Marullus* : tiam Q : iam O

alituum porro genus alis omne uidemus
fidere et a pennis tremulum petere auxiliatum.
Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse
rebus, et inde homines didicisse uocabula prima,
desiperest. nam cur hic posset cuncta notare
uocibus et uarios sonitus emittere linguae,
tempore eodem alii facere id non quisse putentur?
praeterea si non alii quoque uocibus usi
inter se fuerant, unde insita notities est
utilitatis et unde data est huic prima potestas,
quid uellet facere, ut sciret animoque uideret?
cogere item pluris unus uictosque domare
non poterat, rerum ut perdiscere nomina uellent.
nec ratione docere ulla suadereque surdeis,
quid sit opus facto, facilest; neque enim paterentur.
nec ratione ulla sibi ferrent amplius auris
uocis inauditos sonitus obtundere frustra.
postremo quid in hac mirabile tantoperest re,
si genus humanum, cui uox et lingua uigeret,
pro uario sensu uaria res uoce notaret?
cum pecudes mutae, cum denique saecla ferarum
dissimilis soleant uoces uariasque ciere,

1039.1040 *Non.* 74,16

1039 alituum] tum *Non.* porro *Non.* : proporro OQ alis *om. Non.*
1040 pennis *Non.*, O : pinnis Q (*cf. VI 834*) 1042 homine Q*
1043 Desuperest O 1046 quaeque O 1047 sita Q notitie Q
1048 utilitatis *Marullus* : Utilitas OQ 1049 ~ *V 183* scirent *et* uiderent *Auancius*; *at cf. ad II 27* 1050 uictos quodomare Q
1052 surdeis *scripsi* : surdes OQ : surdis *It.* 1053 facilest *Lachm.* : facile si OQ 1055 sonitus obtundere O^1 : sonitu subtundere O*Q
1058 uaria *Bentley* : uarias OQ

cum metus aut dolor est et cum iam gaudia gliscunt.
quippe etenim licet id rebus cognoscere apertis.
inritata canum cum primum magna Molossum
mollia ricta fremunt duros nudantia dentes,
longe alio sonitu rabies *re*stricta minatur,
et cum iam latrant et uocibus omnia complent;
et catulos blande cum lingua lambere temptant,
aut ubi eos iactant pedibus morsuque petentes
suspensis teneros minitantur dentibus haustus,
longe alio pacto gannitu uocis adulant,
et cum deserti baubantur in aedibus, aut cum
plorantis fugiunt summisso corpore plagas.
denique non hinnitus item differre uidetur,
inter equas ubi equus florenti aetate iuuencus
pinnigeri saeuit calcaribus ictus amoris,
et fremitum patulis sub naribus edit ad arma,
et cum sic alias concussis artibus hinnit?
postremo genus alituum uariaeque uolucres,
accipitres atque ossifragae mergique marinis

1064 *Non. 221,21* 1070 alio—adulant] *Non. 450,7;* gannitu—adulant] *Non. 17,7* 1071 — aedibus] *Non. 80,30*

1062 etenim *It.* : enim OQ id *Gifanii* '*codd. quidam*' : in OQ
1063 magna OQ : inmane *Lachm.* 1064 fremunt *Marullus* : tremunt *Non.* : premunt OQ nudantes *Non.* 1065 alio F : alia OQ rabies *scripsi* : rabie OQ : rabie *uox* stricta *Merrill* restricta *Lachm.* : stricta OQ : districta *Naugerius* minantur *a Pontano edd.* 1067 et *Lachm.* : At OQ : aut *Merrill* 1068 iactant *Naugerius* : lactant OQ petentes F : potentes OQ 1069 teneros] ueros *Faber* minitantur *Lachm.* : imitantur Q : (tenerosi) mittantur O 1070 adulat *Non. 17* : adulent *Non. 450* 1071 deserti baubantur *Non.*, L : desertibus aubantur OQ 1072 Plorantis O^1 : Florantis O*Q 1076 sub OQ : ubi *otiose Lachm.* 1077 sic alias] *conicio* singultans (*röchelnd*) 1079 ossi⌣frangae O

fluctibus in salso uictum uitamque petentes,
longe alias alio iaciunt in tempore uoces,
et quom de uictu certant praedataque pugnant;
et partim mutant cum tempestatibus una
raucisonos cantus, cornicum ut saecla uetusta
coruorumque gregis ubi aquam dicuntur et imbris
poscere et inter dum uentos aurasque uocare.
ergo si uarii sensus animalia cogunt,
muta tamen cum sint, uarias emittere uoces,
quanto mortalis magis aecumst tum potuisse
dissimilis alia atque alia res uoce notare!
‖ Illud in his rebus tacitus ne forte requiras,
fulmen detulit in terram mortalibus ignem
primitus, inde omnis flammarum diditur ardor;
multa uidemus enim caelestibus incita flammis
fulgere, cum caeli donauit plaga uapore.
et ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans
aestuat in ramos incumbens arboris arbor,
exprimitur ualidis extritus uiribus ignis
et micat inter dum flammai feruidus ardor,

1094.1095 *Non. 506,15*

1082 quom O* (*sec. Lachm.*) : quo in Q : cum O¹ cernant Q praedataque O*Q : praedaque O¹ : praedaeque *Auancius* pugnant *scripsi* (*cf. Cic. nat. d. I 27,75*) : repugnant OQ 1084 ut *Naugerius* : et OQ 1085 gregis Q : grecis O* : greges O¹ 1086 indum Q 1087 uarii O¹ : uariis O*Q 1088 muta F : Multa OQ 1090 res L : re OQ natare Q 1091—1160 *ut aliena ipsius poetae commenta secl. Lachm.* 1091 iis Q 1093 diditus Q 1094 uidimus *Non.* incita *Marullus* (*cf. VI 137.325*) : insita *Non.*, OQ : inlita *Lachm.* 1095 Fulgere O : Fulgure Q uapore *Lachm.* : uaporis OQ : uare *Non.* 1096 et *Marullus* : Ut OQ 1097 aestuat *It.* : Aestua OQ ardoris arbor O*Q : *corr. It.* : *uitium indic.* O¹ 1098 extrictus Q 1099 et micat *Marullus* : Emicat OQ

mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.
quorum utrumque dedisse potest mortalibus ignem.
inde cibum quoquere ac flammae mollire uapore
sol docuit, quoniam mitescere multa uidebant
uerberibus radiorum atque aestu uicta per agros.

Inque dies magis hi uictum uitamque priorem
commutare nouis monstrabant rebus et igni,
ingenio qui praestabant et corde uigebant.
condere coeperunt urbis arcemque locare
praesidium reges ipsi sibi perfugiumque,
et pecus atque agros diuisere atque dedere
pro facie cuiusque et uiribus ingenioque.
nam facies multum ualuit uiresque uigebant.
posterius res inuentast aurumque repertum,
quod facile et ualidis et pulchris dempsit honorem;
diuitioris enim sectam plerumque secuntur
quam lubet et fortes et pulchro corpore creti.
quod siquis uera uitam ratione gubernet,
diuitiae grandes homini sunt uiuere parce
aequo animo: neque enim est umquam penuria parui.
ad claros hominis uoluerunt se atque potentes,

1100 sturpesque Q 1101 ignem O (O¹?) : igne Q (O*?) 1102 quoquere L : quoq; uere O : coq.uere Q 1105 magis hi *Naugerius* : magis in OQ : mage sic *Merrill* 1106 et igni OQ : ab igni *Goebel* : benigni *Lachm.* : et ipsi *Merrill* : *conicio* et inde 1110 pecus atque *Lachm.* : pecudes atque OQ : pecudes et F diuisere atque dedere *cod. Barb. 154* : diuiseratque debere OQ 1111 Pra Q 1112 uigebant OQ (*cf. 1107*) : uigentes *Faber* : uigorque *Lachm.*, *utrumque otiose* 1115 senectam Q 1116 creti F : certi OQ

ut fundamento stabili fortuna maneret
et placidam possent opulenti degere uitam,
ne quiquam, quoniam ad summum succedere honorem
certantes iter infestum fecere uiai,
et tamen e summo, quasi fulmen, deicit ictos
inuidia inter dum contemptim in Tartara taetra,
inuidia quoniam, ceu fulmine, summa uaporant
plerumque et quae sunt aliis magis edita cumque
ut satius multo iam sit parere quietum
quam regere imperio res uelle et regna tenere.
proinde sine in cassum defessi sanguine sudent,
angustum per iter luctantes ambitionis;
quandoquidem sapiunt alieno ex ore petuntque
res ex auditis potius quam sensibus ipsis,
nec magis id nunc est neque erit mox quam fuit ante.

Ergo regibus occisis subuersa iacebat
pristina maiestas soliorum et sceptra superba,
et capitis summi praeclarum insigne cruentum
sub pedibus uulgi magnum lugebat honorem;
nam cupide conculcatur nimis ante metutum.
res itaque ad summam faecem turbasque redibat,

1121 stabili O^1 : stabuli O*Q 1122 placidam possent *It.* : placida possunt OQ 1124 certantes *Marullus* : Certantesque OQ iter F : inter O *et in mrg. suppl.* Q 1131.1132 *post* 1126 *transp. Munro* : *post 1130* habent OQ : *post 1135 transp. Lachmann* : *del. Bentley* 1132 aliis *Lambin* : altis OQ 1128 imperio res OQ* : inferiores Q^1 1129 sine F : side O : fidei Q defessis O* 1130 per iter OQ^1 : pariter Q* ambitiones OQ : *corr. It.* 1133 petuntque Q : repetuntque O 1134 Rex Q* 1136 occisi Q 1139 lucebat O 1141 res itaque *It.* : Restaque OQ redibat F : recidat O^1Q : recidit O*

imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.
inde magistratum partim docuere creare,
iuraque constituere, ut uellent legibus uti.
nam genus humanum, defessum ui colere aeuom,
ex inimicitiis languebat; quo magis ipsum
sponte sua cecidit sub leges artaque iura.
acrius ex ira quod enim se quisque parabat
ulcisci quam nunc concessumst legibus aequis,
hanc ob rem est homines pertaesum ui colere aeuom.
inde metus maculat poenarum praemia uitae.
circumretit enim uis atque iniuria quemque,
atque unde exortast, ad eum plerumque reuertit,
nec facilest placidam ac pacatam degere uitam
qui uiolat factis communia foedera pacis.
etsi fallit enim diuom genus humanumque,
perpetuo tamen id fore clam diffidere debet;
quippe ubi se multi per somnia saepe loquentes
aut morbo delirantes protraxe ferantur
et celata *acta* in medium et peccata dedisse. ‖

QVOMODO HOMINIBVS INNATA SIT DEORVM OPINIO

Nunc quae causa deum per magnas numina gentis
peruulgarit et ararum compleuerit urbis

1142 sibi O : si Q ac Q : hac O petebat O^1 : patebat O^*Q
1143 creare O^1 : recreare O^*Q 1145 ui colere F (*cf. 1150*) : uicere O^* : uigere Q : uincere O^1 1147 iura O^1 : lura O^* : lusa Q 1150 colere O^1Q^1 : colore O^*Q^* 1152 uis O : ius Q iniuria O^1Q^1 : iniuriam O^*Q^*
1160 *acta Aemilius Orth* : *om.* OQ : diu *Marullus* : mala *Lachm.* : tot *Merrill* *post* 1160 *in imo fol. 151r unum uersum rubricatori uacuum reliquit ad capitulum scribendum* O : *duos rel.* Q : *suppleui cap. ex indice*
1162 ararum QO^s : arum O^*

suscipiendaque curarit sollemnia sacra,
quae nunc in magnis florent stata rebus locisque,
unde etiam nunc est mortalibus insitus horror,
qui delubra deum noua toto suscitat orbi
terrarum et festis cogit celebrare diebus,
non ita difficilest rationem reddere uerbis.
quippe etenim iam tum diuom mortalia saecla
egregias animo facies uigilante uidebant,
et magis in somnis mirando corporis auctu.
his igitur sensum tribuebant propterea quod
membra mouere uidebantur uocesque superbas
mittere pro facie praeclara et uiribus amplis.
aeternamque dabant uitam, quia semper eorum
subpeditabatur facies et forma manebat,
et tamen omnino quod tantis uiribus auctos
non temere ulla ui conuinci posse putabant.
fortunisque ideo longe praestare putabant,
quod mortis timor haut quemquam uexaret eorum,
et simul in somnis quia multa et mira uidebant
efficere et nullum capere ipsos inde laborem.
praeterea caeli rationes ordine certo
et uaria annorum cernebant tempora uerti,
nec poterant quibus id fieret cognoscere causis:
ergo perfugium sibi habebant omnia diuis
tradere et illorum nutu facere omnia flecti.

1164 stata *Orelli* : sacra O : *om.* Q rebus] *sc. publicis* 1166 delebra Q* 1167 eogit Q* 1168 ita difficilest] itemfficilest (?) Q* 1172 proptere O*Q* 1173 uosque Q* 1178 ulla *It.* : illa OQ 1182 ipso Q 1183 Praetere Q* 1184 uaria *It.* : uarias OQ tempore Q uenti Q 1185 fieret *It.* : fierent OQ

in caeloque deum sedes et templa locarunt,
per caelum uolui quia sol et luna uidetur,
luna, dies, et nox, et noctis signa seuera,
noctiuagaeque faces caeli, flammaeque uolantes,
nubila, ros, imbres, nix, uenti, fulmina, grando,
et rapidi fremitus, et murmura magna minarum.

O genus infelix humanum, talia diuis
cum tribuit facta atque iras adiunxit acerbas!
quantos tum gemitus ipsi sibi, quantaque nobis
uolnera, quas lacrimas peperere minoribus nostris!
‖nec pietas ullast uelatum saepe uideri
uertier ad lapidem atque omnis accedere ad aras,
nec procumbere humi prostratum et pandere palmas
ante deum delubra, nec aras sanguine multo
spargere quadrupedum, nec uotis nectere uota,
sed mage pacata posse omnia mente tueri.‖
nam cum suspicimus magni caelestia mundi
templa, super stellisque micantibus aethera fixum,

1192 *cf. Isidor. Et. I 36,13 schesis onomaton multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulata ut 'nubila nix grando procellae fulmina uenti'* 1198—1202 *Lactant. Inst. II 3,11*

1189 sol *Lambin* (*cf. 1206. II 1032*) : nox (*ex 1190 praeceptum*) OQ : lux *Lachm.* 1190 Luna OQ : alma *Bockemüller* : *malim* inde et noctis *It.* : enoctis OQ signas Q^1 seuera OQ (*apta ad deorum cultum*) : serena *Candidus* 1192 ros *Lambin* : sol OQ (*cf. 1189*) uentis Q^* fulmina *It.* : flumina OQ 1193 rapidi] *conicio* rabidi 1198—1203 *postea additum poetae commentum incl. Giussani* 1198 ulla est *Lact.* : ulla OQ uelatumst OQ : uulgatum *Lact.* 1199 Vertier OQ : uertere se *Lact.* 1200 Nec OQ : et *Lact.* 1202 nectre Q^* 1203 pacata *It.* : placata OQ 1204—1240 *alteram formam partis 1183—1193 excludebat Sauppe* 1205 micantis Q

et uenit in mentem solis lunaeque uiarum,
tunc aliis oppressa malis in pectora cura
illa quoque expergefactum caput erigere infit,
ne quae forte deum nobis inmensa potestas
sit, uario motu quae candida sidera uerset:
temptat enim dubiam mentem rationis egestas,
ecquae nam fuerit mundi genitalis origo,
et simul ecquae sit finis, quoad moenia mundi
et taciti motus hunc possint ferre laborem,
an diuinitus aeterna donata salute
perpetuo possint aeui labentia tractu
inmensi ualidas aeui contemnere uiris.
praeterea cui non animus formidine diuum
contrahitur, cui non correpunt membra pauore,
fulminis horribili cum plaga torrida tellus
contremit et magnum percurrunt murmura caelum?
non populi gentesque tremunt, regesque superbi
corripiunt diuum percussi membra timore,
nequid ob admissum foede dictumue superbe
poenarum graue sit soluendi tempus adactum?
summa etiam cum uis uiolenti per mare uenti
induperatorem classis super aequora uerrit
cum ualidis pariter legionibus atque elephantis,

1207 alis Q malis] maus Q* pectore *It.* 1208 erigerinfit OQ 1212 fuerat Q 1213 quo ad O : quo a Q 1214 Et taciti OQ : solliciti *Bentley* hinc Q* 1215 salutem Q 1216 = *I 1004* 1217 = *V 379* 1219 corripunt Q 1220 fulminis *Marullus* : Fulmini O*Q : Fulmine O¹ horrida Q 1221 murmure O*Q : murmura O¹ 1224 nequid *Lachm.* : Nequod OQ superbe Q*O¹ : superue O* : superbu⟨m⟩ *corrigere uidetur* Q¹ 1225 adactum *Marullus* : adauctum OQ : adultum *Lachm.* (*cf. 1330*) 1226 summa F : Summe O : Summet Q 1227 clausis O

non diuom pacem uotis adit ac prece quaesit
uentorum pauidus paces animasque secundas,
ne quiquam, quoniam uiolento turbine saepe
correptus nihilo fertur minus ad uada leti?
usque adeo res humanas uis abdita quaedam
opterit, et pulchros fascis saeuasque secures
proculcare ac ludibrio sibi habere uidetur.
denique sub pedibus tellus cum tota uacillat
concussaeque cadunt urbes dubiaeque minantur,
quid mirum, si se temnunt mortalia saecla
atque potestatis magnas mirasque relinquunt
in rebus uiris diuum, quae cuncta gubernent?

QVEMADMODVM AVRVM ARGENTVM PLVMBVM REPERTVM SIT

Quod super est, *aes* atque aurum ferrumque repertumst
et simul argenti pondus plumbique potestas,
ignis ubi ingentis siluas ardore cremarat
montibus in magnis, seu caelo fulmine misso,
siue quod inter se bellum siluestre gerentes
hostibus intulerant ignem formidinis ergo,

1230 *cf. Horat. ep. II 1, 102 'hoc paces habuere bonae uentique secundi'*

1229 adit ac F : adita OQ 1230 *delebat Lachm., at cf. Horat.* Ueniorum O 1231 uiolenti Q 1232 ad uada Q^1 : aquada OQ^* 1233 res *om.* O^* : *add.* O^s 1234 Opterit O^* : Obterit O^1 : Operit Q facis O^* 1236 sub Q^1 : sui OQ^* 1237 dubiaeue *Bentley* 1239 requirunt *Madvig* 1240a O : *duos uu. uac. rel.* Q 1241 *aes* atque *Marullus* : aeque (*om.* aes) OQ 1243 ingentis *It.* : gentis OQ 1244 caelo O^* : caeli QO^1

siue quod inducti terrae bonitate uolebant
pandere agros pinguis et pascua reddere rura,
siue feras interficere et ditescere praeda;
nam foueat atque igni prius est uenarier ortum
quam saepire plagis saltum canibusque ciere.
quicquid id est, qua cumque e causa flammeus ardor
horribili sonitu siluas exederat altis
a radicibus et terram percoxerat igni,
manabat uenis feruentibus in loca terrae
concaua conueniens argenti riuus et auri,
aeris item et plumbi. quae cum concreta uidebant
posterius claro in terra splendere colore,
tollebant nitido capti leuique lepore,
et simili formata uidebant esse figura
atque lacunarum fuerant uestigia cuique.
tum penetrabat eos posse haec liquefacta calore
quam libet in formam et faciem decurrere rerum,
et prorsum quamuis in acuta ac tenuia posse
mucronum duci fastigia procudendo,
ut sibi tela parent, siluasque ut caedere possent
materiemque dolare ac leuia radere tigna

1248 panguis O*Q* 1253 horribilis O^1 sonitu Q^1 : sonitus OQ* altis O* : altas QO^1 1254 A OQ (*cf. VI 921*) : ab *It.* 1255 uenis Q^1 : uenit OQ* feuentibus O* 1256 Concaca Q* 1257 quae]qu *in ras. 3 litt.* O^1 cum *add.* O^1 1258 terra *Lachm.* : terras OQ : terris *Lambin* 1259 capti F : capiti QO^1 : capite O* 1260 uidebant *It.* : uidebat OQ 1263 decurare Q 1265 procundendo Q 1266 darent *Lachm.* ut caedere *Lachm.* : et caedere OQ : excidere *Wakefield* possent *Lachm.* : possint OQ 1267 dolare et leuia *Marullus* (dolare et F) : dolaret leuare ac OQ : domo, leuare ac *Lachm.* : leuare *glossam uerbi* dolare *credit Polle*

et terebrare etiam ac pertundere perque forare.
nec minus argento facere haec auroque parabant
quam ualidi primum uiolentis uiribus aeris,
ne quiquam, quoniam cedebat uicta potestas,
nec poterant pariter durum sufferre laborem.
tum fuit in pretio magis *aes*, aurumque iacebat
propter inutilitatem hebeti mucrone retusum;
nunc iacet aes, aurum in summum successit honorem.
sic uoluenda aetas commutat tempora rerum.
quod fuit in pretio, fit nullo denique honore;
porro aliut succedit et *e* contemptibus exit,
inque dies magis adpetitur floretque repertum
laudibus et miro est mortaleis inter honore.

1280a QVEM AD MODVM FERRVM INVENTVM SIT

Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
sit facilest ipsi per te cognoscere, Memmi.
arma antiqua manus ungues dentesque fuerunt,
et lapides et item siluarum fragmina rami,
et flamma atque ignes, post quam sunt cognita primum.
posterius ferri uis est aerisque reperta.

1273—1277 *Isidor Etym. XVI 20,1* *eratque* in pretio magis aes . . . aurum *uero et argentum* propter inutilitatem *reiciebantur* . nunc *uersa uice* iacet *etc.*

1272 poterat *Lambin* 1273 tum *Lachm.* : Nam OQ fuit O^1 : fui O*Q aes *Isid.*, F : *om.* OQ 1275 in summum] summo *Isid.* honore *Isid.* 1276 rerum et *Isid.* 1277 in *om.* Q* 1278 *e Pontanus* : *om.* OQ 1279 repertum OQ : repletum *Brieger* : *potius* refertum *cum contemptu*; *at nil mutandum* 1280 Laudibus Q^1 : Claudibus OQ* mortaleis Q : mortalis O 1280a O : *om. sp. rel.* Q 1281 .unc (*init. rubr. rel.*) Q 1285 flammatque OQ* : *corr.* Q^1

et prior aeris erat quam ferri cognitus usus,
quo facilis magis est natura et copia maior.
aere solum terrae tractabant, aereque belli
miscebant fluctus et uulnera uasta serebant
et pecus atque agros adimebant: nam facile ollis
omnia cedebant armatis nuda et inerma.
inde minutatim processit ferreus ensis,
uersaque in obprobrium species est falcis ahenae,
et ferro coepere solum proscindere terrae
exaequataque sunt creperi certamina belli.

Et prius est armatum in equi conscendere costas
et moderarier hunc frenis dextraque uigere
quam biiugo curru belli temptare pericla.
et biiugos prius est quam bis coniungere binos
et quam falciferos armatum escendere currus.
inde boues lucas turrito corpore, tetras,
anguimanus, belli docuerunt uolnera Poeni
sufferre et magnas Martis turbare cateruas.
sic alit ex alio peperit discordia tristis,
horribile humanis quod gentibus esset in armis,
inque dies belli terroribus addidit augmen.

1293.1294 *Macr. VI 1,63* 1296 *Non. 13,13*

1288 maior O^1Q^1 : maiore O^*Q^* 1291 pecus OQ^1 : pecudes Q^* 1292 Omni Q 1294 obprobrium OQ : obscenum *Macr.* (*codd.*) : obscurum *Macr.* (*edd.*) species est Q^1 : speciest OQ^* ahenae *It.* : athenae O : athene Q : aenae *Macr.* 1300 biiugos *Faber* : biiugo OQ 1301 escendere O^*Q^* : ascendere O^1Q^1 1302 lucas Q^1 (*cf. 1339*) : cas OQ^* tetras *Lachm.* : tetros OQ 1305 Siccalit Q : Sic alii O 1306 Korribile Q 1307 belli *It.* : bellis OQ agmen Q^1

Temptarunt etiam tauros in moenere belli,
expertique sues saeuos sunt mittere in hostis.
et ualidos partim prae se misere leones
cum doctoribus armatis saeuisque magistris,
qui moderarier his possent uinclisque tenere,
ne quiquam, quoniam permixta caede calentes
turbabant saeui nullo discrimine turmas,
terrificas capitum quatientis undique cristas;
nec poterant equites fremitu perterrita equorum
pectora mulcere et frenis conuertere in hostis.
inritata leae iaciebant corpora saltu
undique, et aduersum uenientibus ora petebant,
et nec opinantis a tergo deripiebant,
deplexaeque dabant in terram uolnere uictos,
morsibus adfixae ualidis atque unguibus uncis.
iactabantque suos tauri pedibusque terebant,
et latera ac uentres hauribant subter equorum
cornibus, et terram minitanti mente ruebant.
et ualidis socios caedebant dentibus apri,
tela infracta suo tinguentes sanguine saeui,
‖in se fracta suo tinguentes sanguine tela‖

1318 *Non. 134,7*

1309 Experitque Q* 1310 Parthi *It.* 1311 ductoribus *It.* 1312 his O : iis Q 1314 Turbabat O* 1315 ~ *II 632*; *del. Faber, post u. 1304 transp. coll. Liu. 37, 40, 4 (ex Ennio?) Housman*; *de crista leonum cf. Thes. l. l. p. 1209,78* 1316 perterrit Q 1317 hostis] o *scr.* O¹ 1319 petebant *cod. Victorianus* : patebant OQ 1320 diripiebant Q 1322 Moribus O* 1324 uentes O* 1325 ad terramque minanti mente ruebant *Marullus* mente OQ : fronte *Lachm.* 1327 *secl. Lambin (ed. II. III); at cf. Verg. Aen. 10,731* 1328 *del. Lambin (ed. I); prioris uersus uariatio fortasse ipsius poetae est*

permixtasque dabant equitum peditumque ruinas.
nam transuersa feros exibant dentis adactus
iumenta aut pedibus uentos erecta petebant,
ne quiquam, quoniam ab neruis succisa uideres
concidere atque graui terram consternere casu.
si quos ante domi domitos satis esse putabant,
efferuescere cernebant in rebus agundis,
uolneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu,
nec poterant ullam partem redducere eorum;
diffugiebat enim uarium genus omne ferarum;
ut nunc saepe boues lucae ferro male inactae
diffugiunt, fera facta suis cum multa dedere.
sic miseri sero cognorunt damna ferarum,
si fuit ut facerent. sed uix adducor, ut ante
non quierint animo praesentire atque uidere,
quam commune malum fieret foedumque, futurum.
‖et magis id possis factum contendere in omni
in uariis mundis uaria ratione creatis
quam certo atque uno terrarum quolibet orbi.‖
sed facere id non tam uincendi spe uoluerunt,

1330 dentis Q : dentibus O (*cf. 1326*) adactus *Marullus* : adauctus OQ (dentibus ictus *Politianus*) 1331 petebant O^1 : petebat O*Q 1336 tumultu QO^1 : tumulta O* 1337 reducere eorum O : redducere forum Q 1339 inactae *scripsi* : mactae OQ : tactae *Bockemüller* (*cf. Lukr. Stud. IV 237 sqq.*) 1340 facta OQ* : fata Q^1, *fortasse recte* 1341—1346 *del. Munro*, 1341—1349 *ut reiectam ab ipso poeta partem secl. Giussani*; *ego suppleta lacuna inter 1340—1341 cetera ita teneo, ut 1344—1346 seclusos a Lachmanno scidulam alii loco destinatam a poeta credam* 1341 Si OQ : sic *Marullus* 1343 *post* 1341 *transi. Lachm.* 1345 = *528*

quam dare quod gemerent hostes, ipsique perire,
qui numero diffidebant armisque uacabant.

Nexilis ante fuit uestis quam textile tegmen.
textile post ferrumst, quia ferro tela paratur,
nec ratione alia possunt tam leuia gigni
insilia ac fusi, radii, scapique sonantes.
et facere ante uiros lanam natura coëgit
quam muliebre genus (nam longe praestat in arte
et sollertius est multo genus omne uirile),
agricolae donec uitio uertere seueri,
ut muliebribus id manibus concedere uellent
‖atque ipsi pariter durum sufferre laborem‖
atque opere in duro durarent membra manusque.

At specimen sationis et insitionis origo
ipsa fuit rerum primum natura creatrix,
arboribus quoniam bacae glandesque caducae
tempestiua dabant pullorum examina subter;
unde etiam libitumst stirpis committere ramis
et noua defodere in terram uirgulta per agros.

1348 gemerent QO¹ : /////emerent (*duabus litt. erasis*) O* 1349 armisque labahant *Bockemüller*; *post* 1349 *desideres armorum definitionem uelut* : *'exaequare quibus possent certamina belli' (cf. 1296), forsitan pro* uacabant *scribendum sit* negabant 1350 tegimen Q 1353 Ininsilia Q 1354 lanam Q¹ : ianam OQ* 1357 uitio uertere OQ¹ : uertite (*om.* uitio) Q* 1358 mulieribus O 1359 ~ 1272 : *post 1360 coll.* Q* : *corr.* Q¹; *secl. Giussani (cf. 1272)* 1361 At Q¹ : A OQ* 1362 creatrix OQ¹ : coegitrix Q* (*cf. 1354*) 1365 libitum si Q 1366 ~ 935 defodere O¹ : defodire O*Q uirgu. O* : *suppl.* O²

inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli
temptabant, fructusque feros mansuescere terram
cernebant indulgendo blandeque colendo.
inque dies magis in montem succedere siluas
cogebant infraque locum concedere cultis,
prata lacus riuos segetes uinetaque laeta
collibus et campis ut haberent, atque olearum
caerula distinguens inter plaga currere posset
per tumulos et conuallis camposque profusa;
ut nunc esse uides uario distincta lepore
omnia, quae pomis intersita dulcibus ornant
arbustisque tenent felicibus opsita circum.

At liquidas auium uoces imitarier ore
ante fuit multo quam leuia carmina cantu
concelebrare homines possent aurisque iuuare.
et zephyri, caua per calamorum, sibila primum
agrestis docuere cauas inflare cicutas.
inde minutatim dulcis didicere querellas,
tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
auia per nemora ac siluas saltusque repertas,
per loca pastorum deserta atque otia dia.

1368 terram *Lachm.* : terra OQ 1370 Inqe O* 1374 curare Q 1379—1435 *ut aliena a proposito secl. Lachm., at sunt ex eodem primo auctore Democrito, unde 1360—1378 sumpta (cf. Prächter Herm. 50,149), continuata (cf. Reinhardt Herm. 47,511)* 1379 auum Q* 1380 *noli* lenia (*ut Prop. I 9,12*); *cf. Plato Phil. 51 d* 1385 = *IV 585* 1386 repertas *Bockemüller* : reperta OQ

[sic unum quicquid paulatim protrahit aetas
in medium ratioque in luminis erigit oras]
Haec animos ollis mulcebant atque iuuabant
cum satiate cibi; nam tum sunt omnia cordi.
saepe itaque inter se prostrati in gramine molli
propter aquae riuom sub ramis arboris altae
non magnis opibus iucunde corpora habebant,
praesertim cum tempestas ridebat et anni
tempora pingebant uiridantis floribus herbas.
tum ioca, tum sermo, tum dulces esse cachinni
consuerant; agrestis enim tum musa uigebat.
tum caput atque umeros plexis redimire coronis,
floribus et foliis lasciuia laeta mouebat,
atque extra numerum procedere membra mouentes
duriter et duro terram pede pellere matrem;
unde oriebantur risus dulcesque cachinni,
omnia quod noua tum magis haec et mira uigebant.
et uigilantibus hinc aderant solacia somno,
ducere multimodis uoces et flectere cantus
et supera calamos unco percurrere labro,
unde etiam uigiles nunc haec accepta tuentur.

1388.1389 (= *1454.1455*) *del. Lachm.* 1389 erigit Q¹ : eruit *hic* O : seruit *hic* Q* (*recte 1455*) 1390 iuuabant *It.* : iuuabat O*Q : iuuabante Q¹ 1391 omnia OQ : otia *Faber* : somnia *Havercamp* : Tum ⟨haec⟩ sunt omnia '*quidam*' *ap. Lambin* : carmina *Lachm.* 1392 ~ *II 29* gramine O¹ : gramina O*Q 1393—1396 ~ *II 30—33* 1393 Proptereaque O*Q 1394 iucunde O : uixunde Q 1397 ioca F : loca OQ 1398 Consuēr (*i. e.* consuerunt) Q 1399 redimere OQ : *corr. It.* 1400 mouebat OQ : monebat F 1404 uigebat OQ : *corr. It.* 1405 somno OQ : somni *Lambini cod. Vatic.* 1406 sed Q

et numerum seruare genus didicere, neque hilo
maiorem interea capiunt dulcedine fructum
quam siluestre genus capiebat terrigenarum.
nam quod adest praesto, nisi quid cognouimus ante
suauius, in primis placet et pollere uidetur,
posteriorque fere melior res illa reperta
perdit et inmutat sensus ad pristina quaeque.
sic odium coepit glandis, sic illa relicta
strata cubilia sunt herbis et frondibus aucta.
pellis item cecidit uestis contempta ferinae;
quam reor inuidia tali tunc esse repertam,
ut letum insidiis qui gessit primus obiret,
et tamen inter eos distractam sanguine multo
disperiisse neque in fructum conuertere quisse.
tunc igitur pelles, nunc aurum et purpura curis
exercent hominum uitam belloque fatigant;
quo magis in nobis, ut opinor, culpa resedit.
frigus enim nudos sine pellibus excruciabat
terrigenas; ad nos nil laedit ueste carere
purpurea atque auro signisque ingentibus apta,
dum plebeia tamen sit, quae defendere possit.
ergo hominum genus in cassum frustraque laborat
semper et *in* curis consumit inanibus aeuom,

1409 numeris LF genus OQ (*γένος ῥυθμῶν, uelut ἴσον, ἡμιόλιον, διπλάσιον*) : sonis *Lachm.* : recens *Munro* : choris *Merrill* 1410 maiorem F : Maiore OQ dulcedine OQ : dulcedinis *recte expl. Lambin* 1416 sic illa O^1 : sigilla O*Q 1418 ferinae *It.* : ferina OQ : ferinast *Lambin* 1419 tunc *It.* : nunc OQ 1421 sanguinem Q (Q^1?) 1425 in nobis O^1Q^1 : in anobis O*Q* 1428 rigentibus (*ex Verg. Aen. I 648*) *Iortin* 1429 plebe lata mens itque (idque QO^1) O*Q : *corr. It.* 1431 *in add.* F : *om.* OQ

ni mirum, quia non cognouit quae sit habendi
finis et omnino quoad crescat uera uoluptas;
idque minutatim uitam prouexit in altum
et belli magnos commouit funditus aestus.

At uigiles mundi magnum, uersatile templum
sol et luna suo lustrantes lumine circum
perdocuere homines annorum tempora uerti
et certa ratione geri rem atque ordine certo.

Iam ualidis saepti degebant turribus aeuom,
et diuisa colebatur discretaque tellus,
tum mare ueliuolis florebat *nauibus, tumque*
auxilia ac socios iam pacto foedere habebant,
carminibus cum res gestas coepere poëtae
tradere: nec multo prius sunt elementa reperta.
propterea quid sit prius actum respicere aetas
nostra nequit, nisi qua ratio uestigia monstrat.
Nauigia atque agri culturas, moenia, leges,
arma, uias, uestes, *et* cetera de genere horum,
praemia, delicias quoque uitae funditus omnis,

1436 *cf. Anth. lat. 389, 41 Riese 'sol facies mundi caelique uolubile templum'* 1442 *Seru. Aen. VII 804 Ennius et Lucretius florere dicunt omne quod nitidum est . . . Lucr.* 'florebat nauibus pontus'

1436 *post* magnum *add.* et F, *Marullus*; ac *Munro* uersatile OQ : uersatili' *male Lachm.* (*cf. test.*) 1440 degebat OQ : *corr. It.* 1441 discretaque O^1Q^1 : disceretaque O^*Q^* (*sed* ta *in ras.* O^1) 1442 Tum OQ : iam *Lachm.* *nauibus tumque scripsi* ('*nauibus*' *ex Seruio add. Marullus addens* '*pandis*') : propter odores OQ (*miro errore ex II 417 translata*) : puppibus et res *Lachm.* : puppibus urbes *Munro* 1444 re Q^* 1449 uia Q *et* F : *om.* OQ

carmina, picturas, et daedala signa polita
usus et impigrae simul experientia mentis
paulatim docuit pedetemtim progredientis.
Sic unum quicquid paulatim protrahit aetas
in medium ratioque in luminis erigit oras:
namque alid ex alio clarescere corde uidebant,
artibus ad summum donec uenere cacumen.

T. LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER V EXPLICIT

1451 polita *Bergk* : polito OQ : polire F 1453 docui Q* 1456 clarescere O : crescere Q corde uidebant *recte* OQ : cordi' uidebant *Polle* : conueniebat *Lachm.* *subscribit* : TITI LVCRETII • CARI • DE RERVM NATVRA LIB̃ ·V· EXPLICIT · INCIPIT LIB̃ ·VI· O : *4 uu. uacuos rel.* Q

INCIPIT LIBER SEXTVS.

CAPITVLA

VI 49a QVI PROCVRATIONEM DIS ATTRIBVIT MVNDI, SIBI IPSVM DE DIS IMMORTALIBVS SOLLICITVDINES CONSTITVERE.
95a DE TONITRV.
159a DE FVLGVRE.
203a IN NVBIBVS SEMINA IGNIS INESSE.
218a DE FVLMINE.
224a IGNIS EX FVLMINE NATVRA.
245a FVLMINA IN CRASSIORIBVS NVBIBVS ET ALTE GIGNI.
284a DE TONITRIBVS ET TERRAE MOTV.
356a AVTVMNO MAGIS FVLMINA ET TONITRVA FIERI.
450a DE NVBIBVS.
492a SPIRACVLA MVNDI.
494a DE IMBRIBVS.
525a DE ARQVO.
534a DE TERRAE MOTV.
607a QVARE MARE MAIVS NON FIAT.
638a DE AETNA.
711a DE NILO FLVVIO.
737a DE LACV AVERNI.
748a CORNICIS ATHENIS AD AEDEM MINERVAE NON ESSE.
755a IN SYRIA QVADRIPEDES.
839a CVR AQVA IN PVTEIS FRIGIDIOR SIT AESTATE.

Indicem capitulorum in archetypo tres paginae (f. 125r) columnas impleuisse statuit Lachmannus (comm. p. 398) et ita quidem, ut XIII uersuum spatium post ultimum quinti libri relictum et subscriptione et capitulis impleretur. his angustiis librarius coactus erat capitula uu. 357—755 in altera columna ponere, tum uu. 756—935 in uacua prioris columnae interstitia infercire, ultima denique uu. 936 ad finem in extremo dextro margine adponere, ut tabula Lachmanni l. c. oculis demonstrat; inde mira codd. OQ *confusio* 4 FVLGORE Q 5 SEMINA *text.* O : SEMIN& Q : EMIN& O IGNES OQ : IGNITA *text.* O

847ª DE FONTE AD HAMMONIS.
878ª IN AQVA TAEDAM ARDERE.
887ª DE FONTE ARADI IN MARE.
905ª DE LAPIDE MAGNETE.
920ª FLVERE AB OMNIBVS REBVS.
935ª RARAS RES OMNIS ESSE.
1089ª PESTILENTIA VNDE CREATVR.
1137ª DE PESTILENTIA ATHENIENSIVM.

Primae frugiparos fetus mortalibus aegris
dididerunt quondam praeclaro nomine Athenae
et recreauerunt uitam legesque rogarunt,
et primae dederunt solacia dulcia uitae,
cum genuere uirum tali cum corde repertum,
omnia ueridico qui quondam ex ore profudit;
cuius et extincti propter diuina reperta
diuolgata uetus iam ad caelum gloria fertur.
nam cum uidit hic ad uictum quae flagitat usus
omnia iam ferme mortalibus esse parata,
et, pro quam posset, uitam consistere tutam,
diuitiis homines et honore et laude potentis
affluere atque bona gnatorum excellere fama,
nec minus esse domi cuiquam tamen anxia cordi,

---

6 *[Prob.] de ult. syll.* (*Gr. l. IV 255,11*)

30 *tamquam tit. uu. 1 sqq.* O : *om. 2 uu. uacuis rel.* Q 1 frugiferos O^1 aegris O^1Q^2 : aegros O^*Q^* 2 Dididerunt O^* : Didederunt O^1 : Dediderunt Q 4 solacia L : solaci OQ 6 uerbidico *Prob.** profudit *Prob.*, O : profundit Q 7 extincti *Marullus* : extincta OQ 8 uetui Q 9 flaitat Q* 10 mortalibus L : acortalibus OQ 11 per quae possent uita c. tuta *Madvig* posset *Lachm.* : possent OQ 12 honor Q 13 gnotorum Q excellere *Marullus* : excollere Q : excolere O : (extollere F) 14 domui Q cordi OQ *(cf. Maas Arch. f. Lex. XII 538)* : corda *Marullus.*

atque animi ingratis uitam uexare *sine ulla*
pausa atque infestis cogei saeuire querellis,
intellegit ibi uitium uas efficere ipsum,
omniaque illius uitio corrumpier intus,
quae conlata foris et commoda cumque uenirent;
partim quod fluxum pertusumque esse uidebat,
ut nulla posset ratione explerier umquam;
partim quod taetro quasi conspurcare sapore
omnia cernebat, quae cumque receperat, intus.
ueridicis igitur purgauit pectora dictis,
et finem statuit cuppedinis atque timoris,
exposuitque bonum summum, quo tendimus omnes,
quid foret, atque uiam monstrauit, tramite paruo
qua possemus ad id recto contendere cursu,
quidue mali foret in rebus mortalibus passim,
quod fieret naturali uarieque uolaret
seu casu seu ui, quod sic natura parasset,
et quibus e portis occurri cuique deceret,
et genus humanum frustra plerumque probauit

21—28 *Lactant. Inst. VII 27,6*

---

15 *sine ulla Munro* : querellis *(ex 16)* O : querelis Q 16 Pausa atque OQ : passimque *Lachm.* : causam quae *Auancius* cogei *Lachm.* : coget OQ querellis O : querelis Q : periclis *Lachm. (ex V 44)* 17 uas *Marullus (cf. III 440. 555)* : fas OQ 19 foras Q 21 umumquam Q 24 igitur] hominum *Lact.* 25 cuppedinis O : cupedinis Q : cupidinis *Lact. (S interpolate)* : torpedinis *Lact. (cett.)* 26 quod Q* 27 tramite OQ : limite *Lact.* 28 recto *Lact.*, O¹ : recta O*Q, *quo quidem seruato conicias* : contendere cursum *ut V 631* 29 *praefero* quidque 30 fieret *Jac. Susius* : fuerit OQ : flueret *Christ* 31 casu OQ : causa *male Lachm.* sic natura O¹ : signatura O*Q 32 et F : E OQ e O : et Q 33 frustra O¹ : prustra O*Q

uoluere curarum tristis in pectore fluctus.
nam uel uti pueri trepidant atque omnia caecis
in tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
inter dum, nihilo quae sunt metuenda magis quam
quae pueri in tenebris pauitant finguntque futura.
hunc igitur terrorem animi tenebrasque necessest
non radii solis nec lucida tela diei
discutiant, sed naturae species ratioque.
quo magis inceptum pergam pertexere dictis.

Et quoniam docui mundi mortalia templa
esse *et* natiuo consistere corpore caelum,
et quae cumque in eo fiunt fierique necessest
pleraque dissolui, quae restant percipe porro,
quandoquidem semel insignem conscendere currum
Musarum institui, quo pacto fulminis ictus
et tonitrum, contra nubes pugnante furore
uentorum, existant, placentur *ut* omnia rursum
atque in tranquillum, modo toto turbida caelo
quae fuerint, sint placato conuersa furore;

---

34 uoluere *It.* : Volnere OQ 35—41 = *II 55—61; III 87—93* 35 caecis *hic* O¹ (*II III* OQ) : caelis *hic* O*Q 39—41 = *I 146—148; II 59—61; III 91—93* 39 Nunc igitur *in mrg.* Q¹ 40 radiis O 44 *et* F : *om.* OQ 45 fierique OQ : fateare *Lachm.* : possuntque *Bernays* *post* 45 *lac. stat. Brieger* 46 dissolui OQ *(cf. IV 500; Cic. Lucull. 24,75)* : ressolui *Goebel (cf. V 773)* 47 insignem OQ : institui *nulla lacuna post 47 statuta Lachm.* 47ª *lac. stat. Bernays* : *supplere conatus sum ex uu. 96 sqq.* 48 uentosum *(47 continuans) Auratus* existant *Bernays* : exirtant OQ : et certant *mutans postrema temere* plangentia flamina rursum *Lachm.* lacentur O* *ut Brieger* : om. OQ 48ª *lac. sign. Brieger* : *supplebam* 49 sint] sine *Lachm.* furore *Lambin* : fauore OQ

49ª QVI PROCVRATIONEM DIS ATTRIBVIT MVNDI, SIBI IPSVM DE DIS IMMORTALIBVS SOLLICITVDINES CONSTITVERE

cetera quae fieri in terris caeloque tuentur
mortales, pauidis cum pendent mentibus saepe
et faciunt animos humilis formidine diuom
depressosque premunt ad terram propterea quod
ignorantia causarum conferre deorum
cogit ad imperium res et concedere regnum
quorum operum causas nulla ratione uidere
possunt ac fieri diuino numine rentur.

Nam bene qui didicere deos securum agere aeuom,
si tamen interea mirantur qua ratione
quaeque geri possint, praesertim rebus in illis
quae supera caput aetheriis cernuntur in oris,
rursus in antiquas referuntur religionis,
et dominos acris adsciscunt, omnia posse
quos miseri credunt, ignari quid queat esse,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
qua nam sit rationi atque alte terminus haerens;
quo magis errantes caeca ratione feruntur.

52.53 — terrąm] *Lact. Inst. II 3,10 (Epit. 20,4)*

49ª *capitulum in Indice seruatum om.* OQ 50 ~ *I 152* 51 mentibus Q^1 : montibus OQ* 52 Et *Lact.*, OQ : haec *Lachm.* 53 ad *Lact.*, O^1Q^1 : at O* : a Q* 56.57 = *I 153.154; VI 90.91; non mutatos uersus quod poeta transtulit, est quod offendas; propterea hic delebat Bentley; cf. ad 90.91* 58—66 = *V 82—90;* 58—91 *mihi poetae amplificatio postea inserta nec satis aptata esse uidetur* 59 Satamen Q 60 praeseptim O* 61 super ad caput Q^1 64 miseri *V 88* : miseris *hic* OQ 65.66 = *I 76.77; 595.596; V 89.90*

quae nisi respuis ex animo longeque remittis
dis indigna putare alienaque pacis eorum,
delibata deum per te tibi numina sancta
saepe oberunt; non quo uiolari summa deum uis
possit, ut ex ira poenas petere inbibat acris,
sed quia tute tibi placida cum pace quietos
constitues magnos irarum uoluere fluctus,
nec delubra deum placido cum pectore adibis,
nec de corpore quae sancto simulacra feruntur
in mentes hominum diuinae nuntia formae,
suscipere haec animi tranquilla pace ualebis.
inde uidere licet, qualis iam uita sequatur.

Quam quidem ut a nobis ratio uerissima longe
reiciat, quamquam sunt a me multa profecta,
multa tamen restant et sunt ornanda politis
uersibus: est ratio caeli *species*que tenenda,
sunt tempestates et fulmina clara canenda,
quid faciant et qua de causa cumque ferantur;
ne trepides caeli diuisis partibus amens,

---

68 longeque O¹L : longique O*Q remittis Q¹F : remitti OQ* 70 Deliberata Q 71 oberunt *Wakefield* : oderunt OQ uiolari O¹Q¹ : uiolaris O*Q* 72 ira *Marullus* : ire OQ 73 quietos *Marullus* : quietus OQ 74 fluctus F *(ex III 298)* : fletus OQ 76 feruntur *It. (cf. IV 735)* : fuerunt OQ 77 nuntia Q : nuntiae O 82 tornanda F 83 Uersubus O* est ratio caeli *species*que tenenda *It.* : et ratio caelisque tenenda OQ : est r. *superum* caelique t. F : est r. *fulgendi* uisque tonandi *mire Lachm.* 84 fulmina *It.* : flumina OQ 85—89 (87—89 = *VI 383—385*) *secl. Lachm.* 85 qui fiant *Brieger* caus Q 86 trepides Q¹ : trepidas OQ*

unde uolans ignis peruenerit aut in utram se
uerterit hinc partim, quo pacto per loca septa
insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se.
quorum operum causas nulla ratione uidere
possunt ac fieri diuino numine rentur.

Tu mihi supremae praescribta ad candida calcis
currenti spatium praemonstra, callida musa
Calliope, requies hominum diuomque uoluptas,
te duce ut insigni capiam cum laude coronam.

DE TONITRV

Principio tonitru quatiuntur caerula caeli
propterea quia concurrunt sublime uolantes
aetheriae nubes contra pugnantibus uentis;
nec fit enim sonitus caeli de parte serena,
uerum ubi cumque magis denso sunt agmine nubes,
tam magis hinc magno fremitus fit murmure saepe.

praeterea neque tam condenso corpore nubes
esse queunt quam sunt lapides ac tigna, neque autem
tam tenuei quam sunt nebulae fumique uolantes;

96—98 *Apul. d. deo Socr. 10*

---

87 peruenerit *VI 383* OQ : peruenerat *hic* O : peruenere *hic* Q
88 patio O* 90.91 = *VI 56.57; I 153.154* : *secludebat Munro*
91 fier *hic* O*Q* 92 praescribta O¹ : praescribita O*Q ad *Turnebus* : ac OQ calcis *Turnebus* : callis OQ 94 requies] re *add.* O²
95 laude O¹ : laudi O*Q 95ª O : *om. sp. rel.* Q 96 caerulia Q*
97 propter alia conc. *Apul.* 98 contra pugnantibus OQ : propugnantibus *Ap.* uentis O : uestis Q : uenis *Ap.* 101 hic Q
102 Pretere O* : Pratere Q : *corr.* O¹ tamen O nubes F : nure OQ
103 lapides Q¹F : pepides OQ* ac OQ* : aut Q¹ tigna Q¹F : iigna O : igna Q* 104 tenuei *scripsi* : tenues OQ

nam cadere aut bruto deberent pondere pressae
ut lapides, aut ut fumus constare nequirent
nec cohibere niues gelidas et grandinis imbris.
dant etiam sonitum patuli super aequora mundi,
carbasus ut quondam magnis intenta theatris
dat crepitum malos inter iactata trabesque,
inter dum perscissa furit petulantibus auris
et fragilis *sonitus* chartarum commeditatur;
id quoque enim genus in tonitru cognoscere possis,
aut ubi suspensam uestem chartasue uolantis
uerberibus uenti uersant planguntque per auras.
fit quoque enim inter dum *ut* non tam concurrere nubes
frontibus aduersis possint quam de latere ire
diuerso motu radentes corpora tractim,
aridus unde auris terget sonus ille diuque
ducitur, exierunt donec regionibus artis.

Hoc etiam pacto tonitru concussa uidentur
omnia saepe graui tremere et diuolsa repente

---

119 — sonus] *Non. 245,7*

---

105 candere O* aut O *(cf. Goebel M. Rh. 15,412)* : aui Q : ab *Lachm.* 108—131 *iuxta 132—159 uix opportunum locum habent; uaria uidentur esse eiusdem rei commenta* 110 malos F : matos OQ 111 petuiantibus OQ* : *corr.* Q¹ 112 flagilis Q *sonitus* F : *om.* OQ chartarum O^{s} : chatarum (O*?)Q 114 ueste Q chartasue *Marullus* : chartasque OQ 115 planguntque *Pontanus* : planguentque O : plaguentque Q 116 *ut* F : *om.* OQ 118 corpore OQ* : *corr.* Q¹ 119 auris terget OQ : auri topet *Non.* A^{A} : auris et *Non.* LB_{A} *(Non. archet.* auriset^{top}; auris torquet *Mueller)* 120 exierunt *It.* : exierum OQ : exierit F 122 graui tremere O¹ : grauiter emere (O*?)Q

maxima dissiluisse capacis moenia mundi,
cum subito ualidi uenti conlecta procella
nubibus intorsit sese, conclusaque ibidem
turbine uersantei magis ac magis undique nubem
cogit uti fiat spisso caua corpore circum,
post ubi conminuit uis eius et impetus acer,
tum perterricrepo sonitu dat scissa fragorem.
nec mirum, cum plena animae uensicula parua
saepe ita dat magnum sonitum displosa repente.

Est etiam ratio, cum uenti nubila perflant,
ut sonitus faciant; etenim ramosa uidemus
nubila saepe modis multis atque aspera ferri;
scilicet, ut, crebram siluam cum flamina cauri
perflant, dant sonitum frondes ramique fragorem.

fit quoque ut inter dum ualidi uis incita uenti
perscindat nubem perfringens impete recto;
nam quid possit ibi flatus, manifesta docet res,
hic, ubi lenior est, in terra cum tamen alta
arbusta euoluens radicibus haurit ab imis.

---

124 *sqq. cf. Isid. Etym. XIII 8,1.2*

---

123 Maxime O 124 conlecta L : collecta O^1 : concollecta O*Q 125 intersit Q 126 uersante OQ : uersanti *It.* 127 caca Q* 128 conminuit O* (?) : comunuit Q : commouit (mmo *in ras.*) O^1 uis seius O* : uis se eius *Merrill* 129 scissa *Bernays; procella . . . nubem quam excauauit impetu magno perscindit ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures Isid.* : missa OQ : fissa *Lachm.* 131 saepe ita dat magnum *Is. Vossius (ex Isid. l. c. cum uesicula quamuis parua magnum tamen sonitum displosa emittit)* : ita dat paruum OQ : saepe det haut paruum *Lachm.* 132 perfiant O*Q* : *corr.* O^1Q^1 136 Perfiant O*Q : *corr.* O^1 138 perfringens O^1 : perfingens O* : perfrigens Q 139 qui O doce O 141 Arbusta euoluens O^1 : Arb. uoluens Q(O*?)

sunt etiam fluctus per nubila, qui quasi murmur
dant in frangendo grauiter; quod item fit in altis
fluminibus magnoque mari, cum frangitur aestus.

Fit quoque, ubi e nubi in nubem uis incidit ardens
fulminis; haec multo si forte umore recepit
ignem, continuo magno clamore trucidat;
ut calidis candens ferrum e fornacibus olim
stridit, ubi in gelidum propere demersimus imbrem.
aridior porro si nubes accipit ignem,
uritur ingenti sonitu succensa repente;
lauricomos ut si per montis flamma uagetur
turbine uentorum comburens impete magno:
nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus
terribili sonitu flamma crepitante crematur.
denique saepe geli multus fragor atque ruina
grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte:
uentus enim cum confercit franguntur in artum
concreti montes nimborum et grandine mixti.

154.155 *Macr. VI 4,5* 156 *Non. 487,4*

---

144 aestus F : aest O*Q : aestu O^1 145 Fit OQ *(sc. sonitus)* : id *Lachm.* nube O^1 *(cf. 203)* in nubem O : in ubem Q 147 continuo *ut* m. cl. trucidet *Iuntina* 149 propere *Marullus* : propter OQ 150 sin Q 151 ingenti O^1 : ingentis O*Q repente F : recente OQ 153 Turbine Q^1 : Turne O*Q* : *uitium sign.* O^1 comburins O* 154 ulla *Macrob.*, Q^1 *mrg.* : uita OQ* 155 sonitu *Macr.*, O^1Q^1 : sonitum O*Q* 158 in artum OQ *(iungatur cum* confercit; *cf. traiecta II 789; VI 176.204.274.727)* : in arto *Lachm.*

159ª DE FVLGVRE

fulgit item, nubis ignis cum semina multa
excussere suo concursu, ceu lapidem si
percutiat lapis aut ferrum; nam tum quoque lumen
exilit et claras scintillas dissipat ignis.

Sed tonitrum fit uti post auribus accipiamus,
fulgere quam cernant oculi, quia semper ad auris
tardius adueniunt, quam uisum quae moueant, res.
id licet hinc etiam cognoscere. caedere si quem
ancipiti uideas ferro procul arboris auctum,
ante fit ut cernas ictum quam plaga per auris
det sonitum: sic fulgorem quoque cernimus ante
quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni
e simili causa, concursu natus eodem.

Hoc etiam pacto uolucri loca lumine tingunt
nubes et tremulo tempestas impete fulgit.
uentus ubi inuasit nubem et uersatus ibidem
fecit ut ante cauam docui spissescere nubem,
mobilitate sua feruescit; ut omnia motu
percalefacta uides ardescere, plumbea uero
glans etiam longo cursu uoluenda liquescit.

---

160 *Non. 506,11; cf. Isidor. de nat. rer. 30* 164—166 *cf. Isid. Etym. XIII 8,2 tonitruum autem ad auras tardius peruenit* 175 *cf. Isid. de nat. rer. 29,1; Apul. de deo Socr. 10 nonne audis quid super tonitru Lucretius facundissime disserat* 179 glans] *Prisc. VI 96 (Gr. l. II 281,18 H.) cf. Ouid. Met. XIV 825*

159ª O : *om. sp. rel.* Q 160 nubis *Non.* : nubes OQ 165 Fulgere Q¹L : Fugere OQ* 166 adueniunt OQ : perueniunt *uariat Isidori paraphrasis* 168 ancipiti F : Ungipiti OQ uideas *Marullus* : uideat OQ 170 fulgorem *It.* : fulgurem OQ alte Q* 172 E O : Et Q 176 spiscessere Q 178 ardescere Q¹ *mrg.* : adescere OQ* 179 liquescit *Pontanus* : quiescit OQ : calescit *male Lachm.*

ergo feruidus hic nubem cum perscidit atram,
dissipat ardoris quasi per uim expressa repente
semina, quae faciunt nictantia fulgura flammae.
inde sonus sequitur, qui tardius adficit auris
quam quae perueniunt oculorum ad lumina nostra.
scilicet, hoc densis fit nubibus et simul alte
extructis aliis alias super impete miro.
ne tibi sit frudi quod nos inferne uidemus [extent.
quam sint lata magis quam sursum extructa quid
contemplator enim, cum montibus adsimulata
nubila portabunt uenti transuersa per auras,
aut ubi per magnos montis cumulata uidebis
insuper esse aliis alia atque urguere superne
in statione locata sepultis undique uentis;
tum poteris magnas moles cognoscere eorum
speluncasque uel ut saxis pendentibus structas
cernere, quas uenti cum tempestate coorta
conplerunt, magno indignantur murmure clausi
nubibus, in caueisque ferarum more minantur,

---

189 *sqq. Isidor. de nat. rer. 46,1 terram in modum spongiae esse conceptumque uentum rotari et ire per cauernas; cumque tantum ierit, quantum terra capere non possit, huc adque illuc uentus fremitum et murmura mittit. dehinc quaerentis ui uiam euadendi, dum sustinere eum terra non potuerit, aut tremit aut dehiscit, ut uentum egerat.*

---

180 perscidit F: perscindit OQ aram O* 181 repete Q*
183 adficit *Bentley*: adlicit OQ 184 lumina Q: limina O 185 alte *Marullus*: alti OQ 186 Extrunctis O*: Exstructis Q 187. 188 *transp. post 193 Lachm.* 187 nec *Marullus* 188 sint *Marullus*: sit OQ extructa *It.*: extricta OQ 191 cumulata Q^1 *mrg.*: culata OQ* 192 superne *Bentley*: superna OQ 193 statione Q^1 *mrg.*: satione OQ*

nunc hinc nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
quaerentesque uiam circum uersantur, et ignis
semina conuoluunt *e* nubibus atque ita cogunt
multa, rotantque cauis flammam fornacibus intus,
donec diuolsa fulserunt nube corusci.

IN NVBIBVS SEMINA IGNITA INESSE

Hac etiam fit uti de causa mobilis ille
deuolet in terram liquidi color aureus ignis,
semina quod nubes ipsas permulta necessust
ignis habere: etenim cum sunt umore sine ullo,
flammeus est plerumque colos et splendidus ollis.
quippe? etenim solis de lumine multa necessest
concipere, ut merito rubeant ignesque profundant.
hasce igitur cum uentus agens contrusit in unum
compressitque locum cogens, expressa profundunt
semina, quae faciunt flammae fulgere colores.
fulgit item, cum rarescunt quoque nubila caeli;
nam cum uentus eas leuiter diducit euntis
dissoluitque, cadant ingratiis illa necessest
semina quae faciunt fulgorem; tum sine taetro
terrore et sonitu fulgit nulloque tumultu.

204.205 *Macrob. Sat. VI 5,4* 205 *Seru. in Buc. 6,33* 214 *Non. 506,13*

---

199 *post* nunc *alterum add.* hinc O* (*del.* O¹) fremitus *It.*: fremitu OQ 200 = *V 520* quaerentis ui uiam *legisse uid. Isid.* 201 *e* L: *om.* OQ 202 flamma Q 203 fuerunt Q* 203ª O: *om. sp. rel.* Q 205 color *Seru.*: calor OQ 207 Ignes OQ: *corr. It.* 208 est F: *1 uel 2 litt. er.* O: *om.* Q ollis Q¹F: olis O*Q*: solis O¹ 209 Quippe etenim Q¹: Quippe enim OQ* *(cf. 271)*: quin etiam *Lachm.* 210 rubeant F: iubeant OQ 213 fulgore *male Auancius* 216 cacadant O* ingratiis *scripsi (cf. III 1069)*: ingratius OQ: ingratis *praeiuit Pius* 218 sonitu *It.*: sonis OQ: sonitis F: atque sonis *Pontanus*

218ª DE FVLMINE

Quod super est, *quali* natura praedita constent
fulmina, declarant ictu *icta* et inusta uaporis
signa notaeque grauis halantis sulpuris auras;
ignis enim sunt haec non uenti signa neque imbris.
praeterea saepe accendunt quoque tecta domorum
et celeri flamma dominantur in aedibus ipsis.

224ª IGNIS EX FVLMINE NATVRA

hunc tibi subtilem cum primis ignibus ignem
constituit natura minutis mobilibusque
corporibus, cui nihil omnino obsistere possit.
transit enim ualidum fulmen per saepta domorum
clamor ut ac uoces, transit per saxa, per aera
et liquidum puncto facit aes in tempore et aurum,
curat item, uasis integris uina repente
diffugiant, quia, ni mirum, facile omnia circum
conlaxat rareque facit laterámina uasi
adueniens calor eius, et insinuatus in ipsum

---

233 rareque—uasi] *Mart. Cap. III 295 Lucretius tamen genetiuo* uasi *ut* 'rarique facit lateramina uasi'

218ª O : *sp. rel. om.* Q 219 *quali Lambin* : *om.* OQ 220 ictu OQ : ictus F *icta (sc. loca) addidi post* ictu *(cf. IV 1050), ante* ictu *Merrill* et OQ : loca *Lachm.* 221 sulpuris O^1 : sulduris O*Q : sulphuris O^2 auras *Victorianus* : auris OQ 223 saepe *Is. Vossius* : se OQ 224ª O : *sp. rel. om.* Q EX *Ind.* OQ : ET O FVLMINE O* : E *in* is *corr.* O^s 226 mobilibusque *It.* : montibusque OQ 227 absistere O 228 ~ *I 489*, 229 ~ *I 490* : *ambos ita coagmentabat ut* transit — fulmen per saxa, per aera *scriberet ceteris resectis Lachm.* 229 saxa Q^1 : sasca OQ* 230 tempore taurum Q* : tempore ut aurum Q^1 231 item OQ : item *ut Lambin (at cf. Thes. l. l. IV 1499,16)* : utei *Lachm.* 233 rarique *Martian.* (Q*?) fac& Q lateramina *Martian.*, Q : latera minua O uasi *Martian.* : uasis OQ 234 et *Lachm.* : ut OQ

mobiliter soluens differt primordia uini.
quod solis uapor aetatem non posse uidetur
efficere usque adeo pollens feruore corusco:
tanto mobilior uis et dominantior haec est.

Nunc ea quo pacto gignantur et impete tanto
fiant, ut possint ictu discludere turris,
disturbare domos, auellere tigna trabesque
et monimenta uirum commoliri atque ciere,
exanimare homines, pecudes prosternere passim,
cetera de genere hoc qua ui facere omnia possint,
expediam, neque *te* in promissis plura morabor.

FVLMINA IN CRASSIORIBVS NVBIBVS ET ALTE GIGNI

Fulmina gignier e crassis alteque putandumst
nubibus extructis; nam caelo nulla sereno
nec leuiter densis mittuntur nubibus umquam.
nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res;
quod tunc per totum concrescunt aëra nubes,

---

235 difer Q 236 aetatum Q 237 Efficeret usque Q : Efficeretur quae O*(?) : *corr.* O^{s} pollens *Lamb.* : tellens O*Q : tollens O^{1} feruore O^{1}Q^{1} : feruere O*Q* 239 Nunc ea O, *sed* cea *in ras.* O^{1} : Non ea Q* : Nam (*mrg.*) ea Q^{1} 241 tigna *Lambin* : igna Q* : ligna *in mrg.* O^{s} : signa Q^{1} : *om.* O* 242 monimenta OQ : lamenta *Lachm.* demoliri *Marullus; immo intellege : commoliendo quasi uectibus concutere ac ciere i. e. loco mouere* 244 possint Q : possunt O 245 neque *te* in F *(cf. V 91)* : neque iu O : nequiquam Q 245ª O : *sp. rel. om.* Q FVMINA O* : *corr.* O^{s} 246 gignier *Marullus* : gignie OQ crassis L *(cf. 245ª)* : classis OQ 249 doce O* 250 tunc OQ : tum *Lachm.; cf. III 710*

undique uti tenebras omnis Acherunta reamur
liquisse et magnas caeli complesse cauernas
(usque adeo tetra nimborum nocte coorta
inpendent atrae formidinis ora superne),
cum commoliri tempestas fulmina coeptat.
praeterea persaepe niger quoque per mare nimbus,
ut picis e caelo demissum flumen, in undas
sic cadit effertus tenebris procul et trahit atram
fulminibus grauidam tempestatem atque procellis,
ignibus ac uentis cum primis ipse repletus,
in terra quoque ut horrescant ac tecta requirant.
sic igitur supera nostrum caput esse putandumst
tempestatem altam; neque enim caligine tanta
obruerent terras, nisi inaedificata superne
multa forent multis exempto nubila sole;
nec tanto possent uenientes opprimere imbri,
flumina abundare ut facerent camposque natare,
si non extructis foret alte nubibus aether.
hic igitur uentis atque ignibus omnia plena
sunt; ideo passim fremitus et fulgura fiunt.
quippe? etenim supra docui permulta uaporis
semina habere cauas nubes, et multa necessest
concipere ex solis radiis ardoreque eorum.
hoc ubi uentus eas idem qui cogit in unum

251—254 = *IV 170—173* 251 rearis *IV* 254 inpendant O 257 demissum flumen *It.* : dimissum fulmen OQ 258 effertus *Lachm.* : et fertus OQ : ecfertus *Ernout* : et fetus *Merrill* 262 caput nostrum Q* 264 inaedificatas Q* 268 alie O* 269 plena F : plana OQ 271 quippe enim Q 272 semina habere *Pontanus (cf. 207)* : Semine *(sic)* haecdere OQ necessest *It.* : necess& OQ 274 unum O : um Q

forte locum quemuis, expressit multa uaporis
semina seque simul cum eo commiscuit igni,
insinuatus ibi uortex uersatur in arto
et calidis acuit fulmen fornacibus intus;
nam duplici ratione accenditur: ipse sua cum
mobilitate calescit, et e contagibus ignis.
inde ubi percaluit uenti uis *et* grauis ignis
impetus incessit, maturum tum quasi fulmen
perscindit subito nubem, ferturque coruscis
omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.

DE TONITRIBVS ET TERRAE MOTV

quem grauis insequitur sonitus, displosa repente
opprimere ut caeli uideantur templa superne.
inde tremor terras grauiter pertemptat, et altum
murmura percurrunt caelum; nam tota fere tum
tempestas concussa tremit fremitusque mouentur.
quo de concussu sequitur grauis imber et uber,
omnis uti uideatur in imbrem uertier aether
atque ita praecipitans ad diluuiem reuocare;
tantus discidio nubis uentique procella
mittitur, ardenti sonitus cum prouolat ictu.

---

290 sequitur — uber] *Prisc. V 16 (Gr. l. II 152,15 H.)*

---

277 arto *Lachm.* : alto OQ 279 dupli Q 281 uenti uis *et* grauis ignis *Bentley* : grauis uenti uis igni OQ (grauis *post* uis *omissum falso loco suppletum*) : grauida, aut uis ignis *et acer mire Lachm.* 284ª O : *om.* Q TRONITRIBVS O* 285 repente Q^1O^a : repenati Q* (O*?) 286 Opprimere OQ *(cf. 266)* : exprimere *Lachm.* : obruere *Goebel* : occidere *Bernays* uideatur *Munro* 288 percurrunt O^1Q^1L : pecurrunt O* : appecurrunt Q* 290 concussu Q^1 : concussus O^1Q^* : concussas O* (*sec. Lachm.*) 291 uti *Pontanus* : ut OQ 292 reuocare OQ *(cf. 286)* : reuocari *Bentley* 294 prouolant Q

est etiam cum uis extrinsecus incita uenti
incidit in ualidam maturo culmine nubem;
quam cum perscidit, extemplo cadit igneus ille
uertex, quem patrio uocitamus nomine fulmen.
hoc fit idem in partis alias, quo cumque tulit uis.
fit quoque ut inter dum uenti uis missa sine igni
igniscat tamen in spatio longoque meatu,
dum uenit amittens in cursu corpora quaedam
grandia, quae nequeunt pariter penetrare per auras,
atque alia ex ipso conradens aëre portat
paruola, quae faciunt ignem commixta uolando;
non alia longe ratione ac plumbea saepe
feruida fit glans in cursu, cum multa rigoris
corpora dimittens ignem concepit in auris.
fit quoque ut ipsius plagae uis excitet ignem,
frigida cum uenti pepulit uis missa sine igni,
ni mirum, quia, cum uehementi perculit ictu,
confluere ex ipso possunt elementa uaporis,
et simul ex illa quae tum res excipit ictum;
ut, lapidem ferro cum caedimus, euolat ignis,
nec, quod frigida uis ferrist, hoc setius illi
semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.

---

295 *sqq. Schol. Veron. Aen. II 649 Epicuri (i. e. Epicurii) autem ita tractant, ut poeta elocutus est, uentumque igneum fulmen uocant ac nubibus excuti aiunt, sicut et Lucretius tradit*

295 Est etiam O^1 : Es etiam O* : Esset iam Q 296 ualidam Q^1 : ualida OQ* : grauidam *Bentley* : calidam *Bernays* culmine OQ : fulmine *ex u. 282 Marullus; at superfluus tum 298* 297 Quam QO^1 : Quem O* 298 patrio F : spatio O : expatio Q* : e latio Q^1 302 cum *Lachm.* 306 plumea O* 307 Feuida O 308 concepit F : concipit OQ 309 ipsius *Marullus* : ipsis OQ 315 Nec O : Ne Q illi *Lachm.* : ille OQ : illa F

sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
opportuna fuit si forte et idonea flammis.
nec temere omnino plane uis frigida uenti
esse potest, ea quae tanta ui missa supernest,
quin, prius in cursu si non accenditur igni,
ad tepefacta tamen ueniat commixta calore.

Mobilitas autem fit fulminis et grauis ictus,
et celeri ferme percurrunt fulmina lapsu,
nubibus ipsa quod omnino prius incita se uis
colligit et magnum conamen sumit eundi,
inde ubi non potuit nubes capere inpetis auctum,
exprimitur uis atque ideo uolat impete miro,
ut ualidis quae de tormentis missa feruntur.
adde quod e paruis et leuibus est elementis,
nec facilest tali naturae opsistere quicquam;
inter enim fugit ac penetrat per rara uiarum,
non igitur multis offensibus in remorando
haesitat, hanc ob rem celeri uolat impete labens.
deinde, quod omnino natura pondera deorsum
omnia nituntur, cum plagast addita uero,
mobilitas duplicatur et impetus ille grauescit,

317 igitur res quaeque *Merrill* 318 idonea *It.* : indoneat OQ* : indonea Q¹ 320 ea *Lachm.* : ex OQ tanta ui F : tantau OQ supernist Q 321 cursu si F : cursus OQ 322 Attepatefacta Q calore *It.* : colore O¹Q : colorem O* 323 Mobilitas O¹ : Nobilitas O*Q 324 *delebat Brieger* et *Marullus* : At OQ percurrunt *Lachm.* : percunt O*Q : pergunt O³; *fortasse* ut celeri f. percurrant 332 penetrant O* 335 Deinde OQ *(sc. adde cf. 330)* : adde *otiose Lachm.* deorsum *It.* : deorum OQ 336 plagast *Lachm.* : plagasi OQ 337 dupricatur O*

ut uehementius et citius quae cumque morantur
obuia discutiat plagis itinerque sequatur.
denique quod longo uenit impete, sumere debet
mobilitatem etiam atque etiam, quae crescit eundo
et ualidas auget uiris et roborat ictum;
nam facit ut quae sint illius semina cumque
e regione locum quasi in unum cuncta ferantur,
omnia coniciens in eum uoluentia cursum.
forsitan ex ipso ueniens trahat aëre quaedam
corpora, quae plagis incendunt mobilitatem.
incolumisque uenit per res atque integra transit
multa, foraminibus liquidus quia transuiat ignis,
multaque perfringit, cum corpora fulminis ipsa
corporibus rerum inciderunt, qua texta tenentur.
dissoluit porro facile aes aurumque repente
conferue facit, e paruis quia facta minute
corporibus uis est et leuibus ex elementis,
quae facile insinuantur et insinuata repente
dissoluont nodos omnis et uincla relaxant.

AVTVMNO MAGIS FVLMINA ET TONITRVA FIERI

Autumnoque magis stellis fulgentibus apta
concutitur caeli domus undique totaque tellus,

---

339 *Non. 482,23*

339 plagis OQ : gladis *Non.* sequantur O* 342 ualidis Q* 344 E regione O¹ : E regionem Q : Regionem O* 346 aere O¹ : here Q(O*?) quēdam Q* 347 incedunt O 349 transuiat OQ : transuolat ***uix recte*** *Naugerius* : transfluit *Merrill* 350 perfringit *Marullus* : perfigit O* : perfrigit Q : perfregit O¹ fulminis O : sublimis Q 351 inciderunt rerum *colloc.* Q* inciderint O¹ tenetur Q 356 uincla O¹ : uincia O* : uicia Q 356ª O : *sp. 2 uers. uacuo rel.* Q 357 apta *Turnebus(ex Ennio 29 V.)* : alta OQ

et cum tempora se ueris ilorentia pandunt.
frigore enim desunt ignes, uentique calore
deficiunt neque sunt tam denso corpore nubes.
interutrasque igitur cum caeli tempora constant,
tum uariae causae concurrunt fulminis omnes.
nam fretus ipse anni permiscet frigus ed aestum,
quorum utrumque opus est fabricanda ad fulmina nubi,
ut discordia *sit* rerum magnoque tumultu
ignibus et uentis furibundus fluctuet aër.
prima caloris enim pars est postrema rigoris:
tempus id est uernum; quare pugnare necessest
dissimilis inter se *res* turbareque mixtas.
et calor extremus primo cum frigore mixtus
uoluitur, autumni quod fertur nomine tempus,
hic quoque confligunt hiemes aestatibus acres.
propterea *freta* sunt haec anni nominitanda,
nec mirumst, in eo si tempore plurima fiunt
fulmina tempestasque cietur turbida caelo,
ancipiti quoniam bello turbatur utrimque,
hinc flammis, illinc uentis, umoreque mixto.

---

364 *Non. 205,25* 365 *cf. Manil. I 853 fabricantis fulmina nubes*

---

359 se ueris F : seris OQ*, *sed* v *ss.* Q¹ 360 Frigora Q¹ calore *Marullus* : calores OQ 362 interutraque *Lachm.* (*at cf. II 518*) 363 Tum O : Cum Q 364 frigidus O¹ ed *scripsi* : ad *Non.* : *om.* OQ : et *praeiuit Marullus* 365 nubi *Lachm.* : nobis OQ 366 *sit add. Marullus* : *om.* OQ agnoque O* 368 est OQ : et *Marullus* rigoris *Marullus* : ligoris Q : li//////O* : liquoris O^{s} 369 id| ut *Lachm.* 370 *res post* se *add. Lachm.* : *ante* inter F : sese *cod. Barb. 154* 372 Vouitur O*Q* : *corr.* O¹Q¹ 374 *freta add. Lachm.* : *om.* OQ haec QO^{s} : *om.* O* 375 eo si Q¹ : eos OQ* 376 cieturbida OQ* : *corr.* Q¹ 377 bello O¹ : bellio O*Q

Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
perspicere et qua ui faciat rem quamque uidere,
non Tyrrhena retro uoluentem carmina frustra
indicia occultae diuum perquirere mentis,
unde uolans ignis peruenerit aut in utram se
uerterit hinc partim, quo pacto per loca saepta
insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se,
quidue nocere queat de caelo fulminis ictus.
quod si Iuppiter atque alii fulgentia diui
terrifico quatiunt sonitu caelestia templa
et iaciunt ignem quo cuiquest cumque uoluptas,
cur quibus incautum scelus auersabile cumquest
non faciunt icti flammas ut fulguris halent
pectore perfixo, documen mortalibus acre,
et potius nulla sibi turpi conscius in re
uoluitur in flammis innoxius inque peditur
turbine caelesti subito correptus et igni?
cur etiam loca sola petunt frustraque laborant?
an tum bracchia consuescunt firmantque lacertos?
in terraque patris cur telum perpetiuntur
obtundi? cur ipse sinit, neque parcit in hostis?
denique cur numquam caelo iacit undique puro

---

390 auersabile] *cf. Arnob. VII 45 (279,12)*

---

380 facit Q 382 mentis F : menti OQ 383—385 = *VI 87—89*
383 se *VI 87* OQ : e *hic* O : *om. in chartae foramine* Q 384 hinc *VI 88* OQ : hic *hoc loco* OQ 385 extulerit *VI 89* OQ : eatulerit *hic* Q : fatulerit *hic* O 386 docere *otiose Housman* fulminis O^1 : fulmines O*Q 389 cuique est F (quoiquest *Munro*) : inquest O : que est Q uoluptas *It.* : uoluntas OQ 393 concius O*Q
396 petant Q* 398 in terra atque petris Q^1

Iuppiter in terras fulmen sonitusque profundit?
an simul ac nubes successere, ipse in eas tum
descendit, prope ut hinc teli determinet ictus?
in mare qua porro mittit ratione? quid undas
arguit et liquidam molem camposque natantis?
praeterea si uult caueamus fulminis ictum,
cur dubitat facere ut possimus cernere missum?
si nec opinantis autem uolt opprimere igni,
cur tonat ex illa parte, ut uitare queamus,
cur tenebras ante et fremitus et murmura concit?
et simul in multas partis qui credere possis
mittere? an hoc ausis numquam contendere factum,
ut fierent ictus uno sub tempore plures?
at saepest numero factum fierique necessest,
ut pluere in multis regionibus et cadere imbris,
fulmina sic uno fieri sub tempore multa.
postremo cur sancta deum delubra suasque
discutit infesto praeclaras fulmine sedes
et bene facta deum frangit simulacra suisque
demit imaginibus uiolento uolnere honorem?
altaque cur plerumque petit loca, plurimaque eius
montibus in summis uestigia cernimus ignis?

Quod super est, facilest ex his cognoscere rebus,
presteras Graii quos ab re nominitarunt,

---

405 et liquidam — natantis] *Macrob. VI 1,45*

401 Iuppiterras O : Iupiterras Q* : *corr.* Iupiter in terras Q¹ 402 eas tum *Lambin* : aestum OQ 403 determinat Q 406 Propterea O uult Q¹ : uiuit Q* : iuuit O 408 uolt oprimere O : uel opprimere Q 417 dilubra OQ 421 loca Q¹ : ioca OQ* eius *Lachm.* : plus OQ 424 graii Q¹ : grali OQ* : Graiei *Lachm.*

in mare qua missi ueniant ratione superne.
nam fit ut inter dum tam quam demissa columna
in mare de caelo descendat, quam freta circum
feruescunt grauiter spirantibus incita flabris,
et quae cumque in eo tum sint deprensa tumultu
nauigia in summum ueniant uexata periclum.
hoc fit ubi inter dum non quit uis incita uenti
rumpere quam coepit nubem, sed deprimit, ut sit
in mare de caelo tam quam demissa columna,
paulatim, quasi quid pugno bracchique superne
coniectu trudatur et extendatur in undas;
quam cum discidit, hinc prorumpitur in mare uenti
uis et feruorem mirum concinnat in undis.
uersabundus enim turbo descendit et illam
deducit pariter lento cum corpore nubem;
quam simul ac grauidam detrusit ad aequora ponti
ille in aquam subito totum se inmittit et omne
excitat ingenti sonitu mare feruere cogens.
fit quoque ut inuoluat uenti se nubibus ipse
uertex, conradens ex aëre semina nubis,
et quasi demissum caelo prestera imitetur;
hic ubi se in terras demisit dissoluitque,
turbinis inmanem uim prouomit atque procellae.
sed quia fit raro omnino montisque necessest

---

426 quam F *(cf. 433)* : cum OQ 427 discendat O 428 incita F : lacita OQ 429 sunt F 430 ueniant *Lachm.* : ueniunt OQ 431 uis QO¹ : us O* inscita Q 436 uenti O¹ : uent O* : uentus Q 438 discendit Q 440 detrusit *Lambin* : detruit O*Q : detrudit O¹ 442 sonitum Q 444 aere O¹ : aeri O*Q 447 promomit O* (?) procellae F : procellat OQ : *an* procellit?

officere in terris, apparet crebrius idem
prospectu maris in magno caeloque patenti.

DE NVBIBVS

Nubila concrescunt, ubi corpora multa uolando
hoc super in caeli spatio coïere repente
asperiora, moris quae possint indupedita
exiguis tamen inter se compressa teneri.
haec faciunt primum paruas consistere nubes;
inde ea comprendunt inter se conque gregantur
et coniungendo crescunt uentisque feruntur
usque adeo donec tempestas saeua coortast.
fit quoque uti montis uicina cacumina caelo
quam sint quoque magis, tanto magis edita fument
adsidue fuluae nubis caligine crassa
propterea quia, cum consistunt nubila primum
ante uidere oculi quam possint, tenuia, uenti
portantes cogunt ad summa cacumina montis;
hic demum fit uti turba maiore coorta
et condensa queant apparere et simul ipso
uertice de montis uideantur surgere in aethram.

---

449 officere F : Officeret OQ 450 caeloqui O* 450a O : *sp. rel. om.* Q 452 Hoc OQ : hic *Bockemüller* : *immo* hinc *(cf. 478)* super OQ *(cf. 481)* : supero *Lachm.* : supera *Lambin* coiere F : coire OQ 453 moris *Lachm.* : modis QO¹ : modos O* (?) 454 compressa OQ *(cf. Epic. ep. II 99 [44,3 sqq.] παρὰ πιλήσεις ἄέρος)* : comprensa *Marullus* 455 primam Q* 456 ea OQ : haec *Lachm., at cf. VI 188* 458 Usque Q : Utque O 460 quaeque *cod. Cantabr.* 461 furnae *Bentley* nubis *Marullus* : nubes OQ 465 hic] sic *Merrill* turba maiore *Pontanus* : turbammor O : turbamur Q 466 condensa queant apparere *Lachm'* : condensatque arta parere OQ* : condensa atque arta aparere Q¹ 467 uideantur F : uideatur OQ

nam loca declarat sursum uentosa patere
res ipsa et sensus, montis cum ascendimus altos.
praeterea permulta mari quoque tollere toto
corpora naturam declarant litore uestis
suspensae, cum concipiunt umoris adhaesum.
quo magis ad nubis augendas multa uidentur
posse quoque e salso consurgere momine ponti:
nam ratio consanguineast umoribus omnis.
praeterea fluuiis ex omnibus et simul ipsa
surgere de terra nebulas aestumque uidemus,
quae uel ut alitus hinc ita sursum expressa feruntur
suffunduntque sua caelum caligine et altas
sufficiunt nubis paulatim conueniundo;
urget enim quoque signiferi super aetheris aestus
et quasi densendo subtexit caerula nimbis.
fit quoque ut hunc ueniant in caelum extrinsecus illa
corpora quae faciunt nubis nimbosque uolantis;
innumerabilem enim numerum summamque profundi
esse infinitam docui, quantaque uolarent

---

476 *Seru. ad Aen. I 743 (I 207,18 Thil.) de nubibus, quae secundum Lucretium de terrae anhelitu nascuntur, qui nebulas creat; quae cum altius fuerint eleuatae, aut solis calore resolutae aut ui uentorum conpressae mittunt leues pluuias uel exprimunt concitatiores; Lact. Plac. in Stat. Theb. I 206* ET SUMMIS COGNATI NUBIBUS AMNES *secundum Lucretium qui dicit ex sudore [udore L] terrae nebulas oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluuias, e quibus amnes augentur*

---

468 loca F : lo OQ parere Q* 469 sensus *Auancius* : sensum OQ 473 quo *Victorianus* : Quod OQ iugendas Q 474 consurgere momine F : consurgeremhomine OQ 475 consanguinease OQ : *corr. Is. Vossius* ollis *Lachm.* 476 Pretera O 478 hnc *sic* Q 481 Urget O^1 : Urgit O*Q super *It.* : supe O : sub Q 483 huc *male Vatic. lat. 3276* extrinxecus Q illa F : illi O : ille Q 486 cunctaque O

corpora mobilitate ostendi quamque repente
inmemorabile *per* spatium transire solerent.
haut igitur mirumst, si paruo tempore saepe
tam magnis nimbis tempestas atque tenebrae
coperiant maria ac terras inpensa superne,
undique quandoquidem per caulas aetheris omnis

SPIRACVLA MVNDI

et quasi per magni circum spiracula mundi
exitus introitusque elementis redditus extat.

DE IMBRIBVS

Nunc age, quo pacto pluuius concrescat in altis
nubibus umor, et in terras demissus ut imber
decidat, expediam. primum iam semina aquai
multa simul uincam consurgere nubibus ipsis
omnibus ex rebus, pariterque ita crescere utrumque,
et nubis, et aquam, quae cumque in nubibus extat,
ut pariter nobis corpus cum sanguine crescit,
sudor item, atque umor qui cumque est denique
membris.
concipiunt etiam multum quoque saepe marinum
umorem, uel uti pendentia uellera lanae,

---

488 *per Pontanus* : *om.* OQ 490 nimbis *haud certa emendatione Lachm.* : moutis OQ : monstris *Merrill* 491 coperiunt *Lachm.* 492 caulas *Marullus* : cauias O*Q : caueas O¹ 492ª O : *sp. rel. om.* Q 494ª O : *sp. rel. om.* Q 496 demissus F : dimissus OQ 498 uincam F : uineam OQ 500 nubis *It.* : nubibus OQ 502 item *It.* : idem OQ est OQ¹ : *om.* Q* 503 Concidiunt OQ : *corr. Barb. 154*

cum supera magnum mare uenti nubila portant.
consimili ratione ex omnibus amnibus umor
tollitur in nubis. quo cum bene semina aquarum
multa modis multis conuenere undique adaucta,
confertae nubes umorem mittere certant
dupliciter; nam uis uenti contrudit, et ipsa
copia nimborum turba maiore coacta
urget et e supero premit ac facit effluere imbris.
praeterea cum rarescunt quoque nubila uentis
aut dissoluuntur, solis super icta calore,
mittunt umorem pluuium, stillantque, quasi igni
cera super calido tabescens multa liquescat.
sed uemens imber fit, ubi uehementer utraque
nubila aquis cumulata premuntur et impete uenti.
at retinere diu pluuiae longumque morari
consuerunt, ubi multa cientur semina aquarum,
atque aliis aliae nubes nimbique rigantes
insuper atque omni uulgo de parte feruntur,
terraque cum fumans umorem tota redhalat.

---

509 umorem *Munro* : uiuenti *(ex 510 praeceptum)* OQ : umentia *Wakefield* : uuentia *Ellis* : imbris demittere *Bernays* 510 uis *om.* Q* 511 turba maiore *Marullus* : turbammore *(cf. 465)* OQ 512 Urget et e O^1 : Urgite O*Q* : urgete Q^1 : urget, de *Lachm.* premit O^1 : primit O*Q 514 calore O^1 : calorem O*Q 515 stillantque Q^1 : stillante OQ* : stillantue *Merrill* 516 cera F : Tela OQ* : ł teda Q^1 518 aquis *Lachm.* : ui OQ 519 At retinere *(intransitiue?)* O^1Q^1 : At retiner& O*Q* : atque tenere *Lachm.* 520 cientur *Wakefield* : fientur OQ 521 rigantes O^1 : rignante O*Q 522 atque O^1 : aque O*Q 523 redhalat *Is. Vossius* : redralat Q : re/////alat O* : rehalat O^1

DE ARQVO

Hic ubi sol radiis, tempestatem inter opacam,
aduersa fulsit nimborum aspargine contra,
tum color in nigris existit nubibus arqui.

Cetera quae sursum crescunt sursumque creantur,
et quae concrescunt in nubibus, omnia, prorsum
omnia, nix, uenti, grando, gelidaeque pruinae,
et uis magna geli, magnum duramen aquarum,
et mora quae fluuios passim refrenat auentis,
perfacilest tamen haec reperire animoque uidere
omnia quo pacto fiant qua reue creentur,
cum bene cognoris elementis reddita quae sint.

DE TERRAE MOTV

Nunc age, quae ratio terrai motibus extet
percipe. et in primis terram fac ut esse rearis
subter item ut supera uentosis undique plenam
speluncis, multosque lacus multasque lucunas

---

526 *Non. 425,4* 538 *Isid. d. nat. rer. 41,1 uidemus lacus multasque lacunas paruo sub momenti spatio uentorum flatibus solisque ardore consumi*

523ª O (*post u. 525*) : *ibid. sp. rel. om.* Q ARQVO *ind.* OQ : ARQ// *hic* O* : ARCI O¹ 524 tempestatem inter L : tempestate inte O¹Q (in//e O*) 526 existit O¹Q¹ : exsistit *Non.* : existin Q* : existi O* 527 sursum c. sursumque OQ *(cf. V 465; VI 468)* : sorsum c. sorsumque *Koch* : cursu c. cursuque *Lachm.* 531 *ut dittographiam poetae del. Bergk* fluuios QO¹ : fluuius O* auentis O¹ : auintis O*Q* : euntis Q¹ 532 perfacilest *It.* : Perfacile si OQ 533 fiant *Marullus* : fluant O : fluuant Q 534ª O : *sp. rel. om.* Q 536 terram F : terras OQ asse O* 537 supera *Auancius* : super OQ uentosis *Wakefield* : uentis OQ

in gremio gerere et rupes deruptaque saxa:
multaque sub tergo terrai flumina tecta
uoluere ui fluctus summersaque saxa putandumst:
undique enim similem esse sui res postulat ipsa.
his igitur rebus subiunctis subpositisque
terra superne tremit magnis concussa ruinis,
subter ubi ingentis speluncas subruit aetas:
quippe cadunt toti montes, magnoque repente
concussu late disserpunt inde tremores.
et merito, quoniam plaustris concussa tremescunt
tecta uiam propter non magno pondere tota,
nec minus exultant, res dura ubi cumque uiai
ferratos utrimque rotarum succutit orbes.
fit quoque, ubi in magnas aqüae uastasque lucunas
gleba uetustate e terra prouoluitur ingens,
ut iactetur aquae fluctu quoque terra uacillans;
ut uas intortum non quit constare, nisi umor
destitit in dubio fluctu iactarier intus.

---

552 *Seru. Georg. II 479 (III 264,17) alii aquam dicunt genitalem sub terris moueri et eas simul concutere, sicut uas aquae, ut dicit L. (Isid. Et. XIV 1,3)*

---

539 *post* rupes *habent* derupes OQ* : *del.* Q¹ 541 uis Q summersos caputandumst OQ : *corr.* F 542 similem *(sc. terram) It.* : simile OQ sui *It.* : ui OQ 546 Quipe O* magnoque O¹ : magnosque O*Q 547 discerpunt O¹ 548 plaustris OQ : plaustri *Lachm.* 550 res dura ubi cumque *conieci* : esdupuis cumque OQ : fissura ubicumque *Rusch* : res ut lapi' cumque *Brieger* : et ubi lapi' cumque *Lachm.* : ut scrupus cumque *Munro* uiai *Lachm.* : uim OQ 553 e Q : & O 554 uacillans Q¹ : uacillas Q* : uacilla (?) O* : uacillat O¹ 555 intortum *scripsi (cf. Liu. 21, 58, 3 uertice intorti, Plin. N. H. 9, 102 uertice muricatim intorto)* : inter OQ : in terra *Marullus* : interdum *Lachm.* non QO¹ : no//n *(erasae duae litterae)* O*

Praeterea uentus cum per loca subcaua terrae
collectus parte ex una procumbit et urget
obnixus magnis speluncas uiribus altas,
incumbit tellus quo uenti prona premit uis:
tum supera terram quae sunt extructa domorum
ad caelumque magis quanto sunt edita quaeque,
inclinata minent in eandem prodita partem,
protractaeque trabes inpendent ire paratae.
et metuunt magni naturam credere mundi
exitiale aliquod tempus clademque manere,
cum uideant tantam terrarum incumbere molem.
quod nisi respirent uenti, uis nulla refrenet
res neque ab exitio possit reprehendere euntis;
nunc quia respirant alternis inque grauescunt
et quasi collecti redeunt ceduntque repulsi,
saepius hanc ob rem minitatur terra ruinas
quam facit; inclinatur enim retroque recellit,
et recipit prolapsa suas in pondere sedes.
hac igitur ratione uacillant omnia tecta
summa magis mediis, media imis, ima perhilum.

---

558 urget O^1Q^1 : urges Q^* (O^*?) 563 minent OQ^* : ł manent Q^1 : meant *Lachm.* : minantur eandem in prod. p. *Goebel* eandem *It.* : eadem OQ prodita partem aqueq., *ultimo uocabulo ss.* uacat Q^1 : prodit partem aqueq. Q^* : prodit partem ·a·a·q·q· O *(in archetypo, immo eius exemplari,* quaeque *inferius delatum sic correctum erat* : PRODITAQ·Q·, PARTEM *quod dico propter Lachmannum inopem consilii)* 565 Et Q : Te O 567 tantam Q : tantum tantum, u *prius in* a *corr. ead. man. et alterum* tantum *del.* O 568 uenti Q^1 : uentis OQ^* uis *Marullus* : *om.* OQ refrenet *It.* : refremet O : refert met Q 569 necque Q reprehendereuntis O 571 *an* prodeunt *coll. 558?* 574 pondere O : pondera Q 576 summagis Q^*

Est haec eiusdem quoque magni causa tremoris,
uentus ubi atque animae subito uis maxima quaedam
aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta
in loca se caua terrai coniecit, ibique
speluncas inter magnas fremit ante tumultu
uersabunda*que* portatur, post incita cum uis
est agitata, foras erumpitur et simul altam
diffindens terram magnum concinnat hiatum.
in Syria Sidone quod accidit et fuit Aegi
in Peloponneso, quas exitus hic animai
disturbat urbes et terrae motus obortus.
multaque praeterea cecidérunt moenia magnis
motibus in terris, et multae per mare pessum
subsedere suis pariter cum ciuibus urbes.
quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai
et fera uis uenti per crebra foramina terrae
dispertitur ut horror et incutit inde tremorem;
frigus uti nostros penitus cum uenit in artus,
concutit inuitos cogens tremere atque mouere.
ancipiti trepidant igitur terrore per urbis,
tecta superne timent, metuunt inferne cauernas
terrai ne dissoluat natura repente,
neu distracta suum late dispandat hiatum
idque suis confusa uelit complere ruinis.

---

582 que *add.* F 583 est agitata *scripsi (cf. 631.683 al.)* : Exagitata OQ 584 diffindens *It.* : Diffidens OQ concinat Q^1 : concinant Q* 586 quas *Auancius* : qua O : que Q 588 cecidérunt *cod. Victorianus* : cecider& O : caecideret Q 589 pessum Q^1 : possum Q^*O^1 : dossum O* 590 subsidere Q^1 594 uti Q^1 : ut in OQ* conuenit Q 600 Idque OQ *(sc.* hiatum, *quod neutri generis est cf. Corp. gloss. IV 86,60; 524,12; V 300,32)* : adque (= atque) *Lachm.* complere O^s : comple O*Q

proinde licet quamuis caelum terramque reantur
incorrupta fore aeternae mandata saluti:
et tamen inter dum praesens uis ipsa pericli
subdit et hunc stimulum quadam de parte timoris,
ne pedibus raptim tellus subtracta feratur
in barathrum, rerumque sequatur prodita summa
funditus, et fiat mundi confusa ruina.

QVARE MARE MAIVS NON FIAT

Principio mare mirantur non reddere maius
naturam, quo sit tantus decursus aquarum,
omnia quo ueniant ex omni flumina parte.
adde uagos imbris tempestatesque uolantes,
omnia quae maria ac terras sparguntque rigantque:
adde suos fontis: tamen ad maris omnia summam
guttai uix instar erunt unius adaugmen;
quo minus est mirum mare non augescere magnum.
praeterea magnam sol partem detrahit aestu.
quippe? uidemus enim uestis umore madentis
exsiccare suis radiis ardentibus solem;
ad pelage multa et late substrata uidemus.
proinde licet quamuis ex uno quoque loco sol
umoris paruam delibet ab aequore partem,
largiter in tanto spatio tamen auferet undis.

---

604 Subdit et hunc O* : subdita et hunc O¹Q : subdit athuc *male Lachm.* parte O¹ : parti O*Q 605 subtracta L : substructa OQ 607ª O : *sp. rel. om.* Q 608—638 *parum apto loco collocati conferendi sunt cum V 261—272; uncis incl. Lachm.* 609 naturam *Pontanus* : Natura OQ decursu O* 611 tempestateque O* 613 summa Q 615 non QO^{s} : *om.* O* 616 sol magnam (magnum O*) O¹Q : *transp. Pontanus* 619 Ad O : At Q 621 ab O¹Q¹ : ad Q*(O*?)

tum porro uenti quoque magnam tollere partem
umoris possunt uerrentes aequora, uentis
una nocte uias quoniam persaepe uidemus
siccari mollisque luti concrescere crustas.
praeterea docui multum quoque tollere nubes
umorem magno conceptum ex aequore ponti,
et passim toto terrarum spargere in orbi,
cum pluit in terris et uenti nubila portant.
postremo quoniam raro cum corpore tellus
est, et coniunctast, oras maris undique cingens,
debet, ut in mare de terris uenit umor aquai,
in terras itidem manare ex aequore salso:
percolatur enim uirus, retroque remanat
materies umoris et ad caput amnibus omnis
confluit, inde super terras redit agmine dulci
qua uia secta semel liquido pede detulit undas. ‖

638ª DE AETNA

Nunc ratio quae sit, per fauceis montis ut Aetnae
expirent ignes inter dum turbine tanto,

---

630 *Seru. ad. Aen. X 807 (II 469,1 Thil.)* DVM PLVIT IN TERRIS] *sciendum est hemistichium hoc Lucretii esse quod ita ut inuenit Vergilius ad suum transtulit carmen* 633—638 ut—undas] *Commenta Bern. Lucan. X 247*

---

624 uentis *Lachm.* : uenti OQ : ponti L 629 orbi *Marullus* : orbis OQ
632 oris *Brieger* maris Q^1 : magis OQ*; *an* oris maria?
634 ęquore O^1 : equore Q : ecore *Comm. Bern.* : quor// O* 635.636 = *V 269.270* 637 ~ *V 271* 638 = *V 272* pede detulit O^1 : pedetulit O*Q undae *Comm. Bern.* 638ª O : *sp. rel. om.* Q 639 fauceis *scripsi* : faucas O*Q : fauces O^1

expediam: neque enim mediocri clade coorta
flammea tempestas Siculum dominata per agros
finitimis ad se conuertit gentibus ora,
fumida cum caeli scintillare omnia templa
cernentes pauida complebant pectora cura,
quid moliretur rerum natura nouarum.

Hisce tibi in rebus latest alteque uidendum
et longe cunctas in partis dispiciendum,
ut reminiscaris summam rerum esse profundam,
et uideas caelum summai totius unum
quam sit paruula pars et quam multesima constet,
nec tota pars, homo terrai quota totius unus.
quod bene propositum si plane contueare
ac uideas plane, mirari multa relinquas.

numquis enim nostrum miratur, siquis in artus
accepit calido febrim feruore coortam
aut alium quemuis morbi per membra dolorem?
opturgescit enim subito pes, arripit acer
saepe dolor dentes, oculos inuadit in ipsos,
existit sacer ignis et urit corpore serpens
quam cumque arripuit partim, repitque per artus,
ni mirum, quia sunt multarum semina rerum,

---

642 *Non. 495,15* 651 *Non. 136,10*

---

641 media gręcia decoorta OQ : *corr.* mediocri *Is. Vossius*, clade *It.* 642 flammea *Non.* : Flammę (ae Q) OQ 644 caeli Q, *in mrg.* O^{3} : *om.* O* 648 dispiciendum L : despiciendum OQ 650 summai *It.* : summa OQ* : *ss.* summam ad Q^{1} 651 sit *om. Non.* 652 quoa O* 653 propositum Q^{1} : propositus OQ* plane Q^{1} : plani OQ* 661 partem O^{1} 662 quia O^{1} : qui O*Q

et satis haec tellus morbi caelumque mali fert,
unde queat uis immensi procrescere morbi.
sic igitur toti caelo terraeque putandumst
ex infinito satis omnia suppeditare,
unde repente queat tellus concussa moueri
perque mare ac terras rapidus percurrere turbo,
ignis abundare Aetnaeus, flammescere caelum:
id quoque enim fit, et ardescunt caelestia templa,
et tempestatis pluuiae grauiore coortu
sunt, ubi forte ita se tetulerunt semina aquarum.
'ad nimis est ingens incendi turbidus ardor.'
scilicet, et fluuius qui uisus maximus ei
qui non ante aliquem maiorem uidit, et ingens
arbor homoque uidetur, et omnia de genere omni
maxima quae uidit quisque, haec ingentia fingit,
cum tamen omnia cum caelo terraque marique
nil sint ad summam summai totius omnem.
Nunc tamen illa modis quibus inritata repente
flamma foras uastis Aetnae fornacibus efflet,
expediam. primum totius subcaua montis
est natura, fere silicum suffulta cauernis.
omnibus est porro in speluncis uentus et aër.

---

663 morbi OQ *(parum defenditur iterato* tactu *778 sq.)* : orbi *Lachm* : nobis *Marullus, incredibile utrumque; fuit cum conicerem* inibi *i. e. in se ipsa, opp.* ex infinito *666* male O 667 quea O* concussa O^1Q^1 : concusso O*Q* 672 tetulerint Q* 674 et] ut *Postgate* qui uisus OQ : quiuis est *Bentley, at cf. 677* : qui uisust *Ernout* : qui uisu est *Merrill* eist *Postgate* 675 maiore Q* 676 omni *It.* : omnis OQ 678 maiorique Q* 679 sit O* 684 et aer O : a&her Q *(cf. ad VI 346)*

uentus enim fit, ubi est agitando percitus aër.
hic ubi percaluit cale fecitque omnia circum
saxa furens, qua contingit, terramque, et ab ollis
excussit calidum flammis uelocibus ignem,
tollit se ac rectis ita faucibus eicit alte.
fert itaque ardorem longe, longeque fauillam
differt, et crassa uoluit caligine fumum,
extruditque simul mirando pondere saxa;
ne dubites quin haec animai turbida sit uis.
praeterea magna ex parti mare montis ad eius
radices frangit fluctus aestumque resorbet.
ex hoc usque mari speluncae montis ad altas
perueniunt subter fauces. hac ire fatendumst
fluctibus admixtum uentum quem surgere saepe
et penetrare mari penitus res cogit aperto
atque efflare foras, ideoque extollere flammam
saxaque subiectare et arenae tollere nimbos.
in summo sunt uertice enim crateres, ut ipsi
nominitant, nos quod fauces perhibemus et ora.

---

685 *Isid. d. nat. rer. 36,1*

---

687 fuerens Q contingit F : contigit OQ 690 itaque *Heinsius* : itque OQ 695 frangit] rangit *in ras.* O^{s} resorbet F : resoluet OQ *post* 697 *unum, fortasse plures uersus intercidisse ratus Munro talia supplebat : fluctibus admixtam uim uenti, intrareque ab isto. hinc similia suppleui* 698 mari penitus res cogit aperto OQ : m. p. res cogit aperta *Creech* : maris penitus percocta in apertum *Lachm.* : animam penitus res c. ap. *uan d. Valk* : maris fluctus cogique ita uentum *Purmann* : mari uentum res cogit aperto *Merrill, omnes illi lacuna nulla ante 698 statuta* 701 uertice enim *Turnebus* : uerticeni O : uertigeni Q

Sunt aliquod quoque res quarum unam dicere causam
non satis est, uerum pluris, unde una tamen sit;
corpus ut exanimum siquod procul ipse iacere
conspicias hominis, fit ut omnis dicere causas
conueniat leti, dicatur ut illius una;
nam neque eum ferro nec frigore uincere possis
interiisse neque a morbo neque forte ueneno,
uerum aliquid genere esse ex hoc quod contigit ei
scimus; item in multis hoc rebus dicere habemus.

DE NILO FLVVIO

Nilus in aestatem crescit campisque redundat,
unicus in terris, Aegypti totius amnis.
is rigat Aegyptum medium per saepe calorem,
aut quia sunt aestate aquilones ostia contra,
anni tempore eo qui etesiae esse feruntur,
et contra fluuium flantes remorantur et undas
cogentes sursus replent coguntque manere.
nam dubio procul haec aduerso flabra feruntur
flumine, quae gelidis ab stellis axis aguntur;

---

716 sqq. *cf. Isid. Orig. XIII 11,15*

---

703 aliquod O*Q : aliquot O¹ 704 *initio f. 178ʳ iterat* O 705 iacere F : iaccret OQ 707 couenia O* 708 neque F : que OQ 710 uerum *Marullus* : Utrum OQ aliquid genere *Auancius* : genere aliquid OQ contigit ei *Is. Vossius* : contioitel O : contioite Q 711ª O : *sp. rel. om.* Q 712 redundant O* 713 totiu O* 715 aestate *om.* Q 716 qui etesire OQ* : *ss.* ł qui ethesie Q¹ 718 manere O*Q : manare *in ras.* O¹ 719 dubi O flabra F : flabro OQ

ille ex aestifera parti uenit amnis ab austro,
inter nigra uirum percocto saecla colore
exoriens penitus media ab regione diei.
est quoque uti possit magnus congestus harenae
fluctibus aduersis oppilare ostia contra,
cum mare permotum uentis ruit intus harenam;
quo fit uti pacto liber minus exitus amni
et procliuis item fiat minus impetus undis.
fit quoque uti pluuiae, forsan, magis ad caput ei
tempore eo fiant, quod etesia flabra aquilonum
nubila coniciunt in eas tunc omnia partis.
scilicet, ad mediam regionem eiecta diei
cum conuenerunt, ibi ad altos denique montis
contrusae nubes coguntur uique premuntur.
forsitan Aethiopum penitus de montibus altis
crescat, ubi in campos albas descendere ningues
tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

737a

DE LACV AVERNI

Nunc age, Auerna tibi quae sint loca cumque lacusque
expediam quali natura praedita constent.

---

725 *Ecl. Sang. p. 12* 736 *Seru. Aen. IV 250 Lucretius* albas effundere ningues 737 tabificis] *cf. Arnob. I 49 (p. 33,3)*

---

721 annis Q^1 722 ~ *VI 1109* 723 Exorins O*Q* 725 aduersis *scr.* O^s oppilare O : opilare *Ecl. Sang.*, Q 726 rui O*Q*. 727 amni *Marullus* : amnis OQ 730 quod *Marullus* : quo OQ 736 albas *Seru.* : albos OQ descendere *Lambin* : decedere OQ : effundere *Seru.* 737 subicit Q 737a O : *sp. rel. om.* Q

principio, quod Auerna uocantur nomine, id ab re
inpositumst, quia sunt auibus contraria cunctis,
e regione ea quod loca cum uenere uolantes,
remigii oblitae pennarum uela remittunt,
praecipitesque cadunt molli ceruice profusae
in terram, si forte ita fert natura locorum,
aut in aquam, si forte lacus substratus Auerni.
is locus est Cumas aput, acri sulpure montis
oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti.

748ª CORNICES ATHENIS AT AEDEM MINERVAE NON ESSE

Est et Athenaeis in moenibus, arcis in ipso
uertice, Palladis ad templum Tritonidis almae,
quo numquam pennis appellunt corpora raucae
cornices, non cum fumant altaria donis;

740.741 *Non. 14,5; Geruasius Tilberiensis Otia Imperialia dec. III, tit. 19. De Auerno (Scr. rer. Brunsu. I 966 Leibniz) Est et inter Neapolim et Puteolos locus quidam quasi stagni sicca uestigia, terra quidem lutosa. in hunc locum si proiectum quid licet animatum fuerit, statim moritur. de coelo isto scripsit Lucretius 'principio . . . cunctis'* 742 sqq. *cf. Seru. Aen. VI 239*

740 quod *Non., Geruas.*, OQ : quo *Lachm.* nomine *Non.*, OQ : nomen *Geruas.*, F *(Non. cod. H³)* id ab re] aornis *interpolat Geruas.* 741 auibus *Non., Geruas.*, O : quibus Q* : ł uiuis Q^1 743 *incipiunt Schedae Vindob. alterae* (U) *f. 15ʳ* remigii *Marullus cf. V 1006* : Remigio OQ : *oblitterata in* U : remigi *Lachm.* 744 *an* protusae? 746 *ante* si *addebat* est *Lachm.* substratus *It.* : subiratus OQU; *post* substratus *interpunxit Madvig* Auernist *uerisimiliter Munro* : Auernost *Lambin* 747 Is Q : His O : *oblitt.* U acri sulpure *Salmasius* : ecri (egri O* *sec. Lachm.*) suiper OQU 748ª OU : *2 uers. uac. rel.* Q 749 et OQU(?) : ut *male Lachm.* athenis Q ipso, ip *in ras.* O^1 : piso QU 750 tritodis U* 751 appellunt, unt *in ras.* O^1 : appelunt Q : apelunt U

usque adeo fugitant non iras Palladis acris
peruigili causa, Graium ut cecinere poëtae,
sed natura locis ope sufficit ipsa suapte.

IN SYRIA QVADRIPEDES

In Syria quoque fertur item locus esse uideri,
quadripedes quoque quo simul ac uestigia primum
intulerint, grauiter uis cogat concidere ipsa,
manibus ut si sint diuis mactata repente.
omnia quae naturali ratione geruntur,
et quibus e fiant causis apparet origo;
ianua ne potis his Orci regionibus esse
credatur, post hinc animas Acheruntis in oras
ducere forte deos manis inferne reamur,
naribus alipedes ut cerui saepe putantur
ducere de latebris serpentia saecla ferarum.
quod procul a uera quam sit ratione repulsum
percipe; nam de re nunc ipsa dicere conor.

---

754 graium O^s : glaium QU : claium *(sec. Lachm.)* O* 755 locis *scripsi* : loci OQU : locorum *Purmann* ope sufficit *Munro* : opus efficit OQU : sponte efficit *Polle* : ui ibus officit *Lachm.* suapte OQU : sua ui *Lambin* 755ª OU : *spat. rel. om.* Q 759 si fit diuis mactatu' *mire Lachm.* 761 e fiant OQU : effiant *Lachm.* : e causis fiant *transp.* F 762 potis his *scripsi* : poteis QU(O*?) : potis, is *in ras. 3 litt.* O^1; *scriptura* pote *antiquis idem ualebat atque* potis *cf. Leo Plaut. Forsch.² 304; idque idem esse atque ‚potesse' intellexit Goebel Mus. Rh. 15,404, qui corrigebat* ianvam ne pote eis, *at* ianua *uerum est cf. IV 388;* pote *explicant ‚fortasse' glossaria (C. gl. IV 420,4; V 474,46; 524,38). — coniecturae nil ualent* : potius F : Puteis (= Puteolanis!) *Lachm.* : forte his *Munro al.* 764 inferne *Lachm.* : inferna OQU 767 ~ *I 880; II 645; V 406; VI 853* uera] uere *hic* OQU 768 de re *om.* O. *qui post* nunc *spat. 3 litt. uacuum exhibet*

Principio hoc dico, quod dixi saepe quoque ante,
in terra cuiusque modi rerum esse figuras;
multa, cibo quae sunt, uitalia, multaque, morbos
incutere et mortem quae possint adcelerare.
et magis esse aliis alias animantibus aptas
res ad uitai rationem ostendimus ante
propter dissimilem naturam dissimilisque
texturas inter sese primasque figuras.
multa meant inimica per aureis, multa per ipsas
insinuant naris infesta adque aspera tactu,
nec sunt multa parum tactu uitanda neque autem
aspectu fugienda saporeque tristia quae sint.
Deinde uidere licet quam multae sint homini res
acriter infesto sensu spurcaeque grauisque;
arboribus primum certis grauis umbra tributa
usque adeo, capitis faciant ut saepe dolores,
siquis eas subter iacuit prostratus in herbis.
est etiam magnis Heliconis montibus arbos
floris odore hominem taetro consueta necare.

781.782 *Non. 394,18*

---

769 quod] quo Q*U 770 cuiusque O *(ut mihi uidetur)* Q* : culusque UQ¹ (*et sec. Lachm.* O*) 771 quae *Wakefield* : ęque O : eque QU 772 adcaelerare O*Q (U *incert.*) 774 uita O*QU : uitae O¹ 777 maneant Q aureis *Wakefield* (auris *Marullus*) : auras OQU 778 insinuat U* tactu OQU *(cf. 1150)* : tractu *Polle* : iactu *Munro* : adactu *Lachm.* : sensu *Bentley* : sese *Brieger* 779 Nenc U* uida U* 780 tristia F : tristitia OU : tristicia Q 781 sint *om. Non.* 782 infeste Q¹ : infestu *Non.* : infestae *Bernays* spurcae (*om.* que) *Non.* 783 Arboribusque O* 784 facint U* 786 motibus QU 787 necare O¹ : netare O*QU

scilicet, haec ideo terris ex omnia surgunt,
multa modis multis multarum semina rerum
quod permixta gerit tellus discretaque tradit.
nocturnumque recens extinctum lumen ubi acri
nidore offendit nares, consopit ibidem
concidere et spumas qui morbo mittere sueuit.
castoreoque graui mulier sopita recumbit,
et manibus nitidum teneris opus effluit ei,
tempore eo si odoratast quo menstrua soluit.
multaque praeterea languentia membra per artus
soluunt adque animam labefactant sedibus intus.
denique si calidis etiam cunctare lauabris
plenior et lueris solio feruentis aquai,
quam facile in medio fit uti des saepe ruinas.
carbonumque grauis uis atque odor insinuatur
quam facile in cerebrum, nisi aquam praecepimus ante.
ad cum membra domans percepit feruida febris,
tum fit odor uini plagae mactabilis instar.

---

788 ideo terris *Marullus* : indeo tris OQU 791 acri *Lambin* : acris OQU¹ : ecris (?) U* 793 *intellege epilepticum; male post u. 801 transp. Lachm.* spumas *corrector cod. Memmiani ap. Lambinum* : pumos OQU : spumam ⟨*ut*⟩ *Lachm.* 795 tenuis Q effuit U* 798 labefaciant OQ : labefatiant U : *corr.* F 799 cunctare *Lachm.* : cunctere OU : cumtere Q lauabris O*QU : lauaris O¹ 800 et lueris *scripsi* : efflueris OQ : effueris U : et laueris *Lachm.* : et fueris *Wakefield iungens cum proximis, item sed iungens cum* plenior *Brieger* : et frueris *Madvig* : effluuiis *Merrill* 801 des *It.* : de OQ* : dę U : det Q¹ 802 insinuat U 803 celebrum (cael. Q) OQU aquam F : aqua OQU praecipimus O* 804 nembra U domans *Marullus* : domnus OQU : domus F praecepit U feruida febris *Lambin* : fernida seruis O : feruida feruis Q : feruidia feruis U* (fernida *corr.* U¹) : feruidior uis *Lachm.* 805 uini OQU : uiri *Pius otiose*

nonne uides etiam terra quoque sulpur in ipsa
gignier et taetro concrescere odore bitumen,
denique ubi argenti uenas aurique secuntur,
terrai penitus scrutantes abdita ferro,
qualis expiret Scaptensula subter odores?
quidue mali fit ut exalent aurata metalla,
quas hominum reddunt facies qualisque colores.
nonne uides audisue, perire in tempore paruo
quam soleant, et quam uitai copia desit,
quos opere in tali cohibet uis magna necessus?
hos igitur tellus omnis exaestuat aestus
expiratque foras in apertum promptaque caeli.
Sic et Auerna loca alitibus summittere debent
mortiferam uim, de terra quae surgit in auras,
ut spatium caeli quadam de parte uenenet.
quo simul ac primum pennis delata sit ales,
impediatur ibi caeco correpta ueneno,
ut cadat e regione loci, qua derigit aestus.
quo cum conruit, hic eadem uis illius aestus
reliquias uitae membris ex omnibus aufert.

---

810 *Fest. p. 442,24 Linds. (Paul. ibid. p. 443,14)*

---

806 ipsa Q^1F : ipso OQ*U 808 argenti F : argento OQU uenes Q 811 metalla O^1 : metulla O*QU 813 audisue F : audire OQU paruo]aruo *in ras.* O² 814 soliant QU et *om.* O* 815 Quo O* necessus *(i. e. necessitatis) Cartault* : necessest O : necesse est Q : necese est U : necessis *Lachm.* 816 Nos O exaesta at aestuat U* 817 apertum QU : aperta O promtamque U*, m *alt. del.* U^1 818 et]ea *male Lachm.* loca Q^1F : locam OQ*U alitbus OQ*U : *corr.* Q^1F : halitibus *Bergk* 820 spatium Q^1 : patium OQ*U quadam *It.* : quodam OQU uenenet QU^1 : ueneni (i *e corr.* O^1 *sec. Lachm.*)O : uenenit (?) U* 821 rimum O* delatas sit Q* 823 dirigit O^1 825 uitae *It.* : uita OQ : uitam U

quippe etenim primo quasi quendam conciet aestum,
posterius fit uti, cum iam cecidere ueneni
in fontis ipsos, ibi sit quoque uita uomenda
propterea quod magna mali fit copia circum.
Fit quoque ut inter dum uis haec adque aestus Auerni
aëra, qui inter auis cumquest terramque locatus,
discutiat, prope uti locus hic linquatur inanis.
cuius ubi e regione loci uenere uolantis,
claudicat extemplo pinnarum nisus inanis,
et conamen utrimque alarum proditur omne.
hic ubi nixari nequeunt insistereque alis,
scilicet, in terram delabi pondere cogit
natura, et uacuum prope iam per inane iacentes
dispergunt animas per caulas corporis omnis.

* * *

CVR AQVA IN PVTEIS AESTATE FRIGIDIOR SIT

Frigidior porro in puteis aestate fit umor,

---

840 *Seru. ad Georg. IV 51* PVLSAM HIEMEM SOL AVREVS EGIT SVB TERRAS *] Secundum physicos qui dicunt, quo tempore hic hiems est, aestatem esse sub terris et uersa uice, cum hic aestas, illic hiemem. quod etiam Lucretius exsequitur, et trahit in argumentum putealem aquam, quae aestate frigidissima est; hieme uero tepidior*

---

826 quondam Q 828 mouenda QU 832 hic *Victorianus* : hinc OQU linquatur F : linquitur O : linquit QU 833 e O^1 : e e O*QU 834 nisus QO^1 : nissus U : nisis O* inanus U* 836 ubi OQ^1 : bi Q*U insistireque Q *post* 839 *schedam integram exemplaris intercidisse statuit Lachm., (f. 142r et v puto); de argumento cf. Seru.; frustra lacunam negat Goebel mutans* 840 frigidior fit ut in puteis aestate sit umor; *frustra etiam Lachm. lacunam fragmentis 4 aliquo modo sarciebat* 839a OU : *2 uersus uacuos rel.* Q CVR O : COR U FRIGIDIO OU 840 *ante* frigidior *habent* Quę O : Que U : uę Q : *quae est emendatio pertinens ad 841* qua

rarescit quia terra calore, et semina si quae
forte uaporis habet, propere dimittit in auras.
quo magis est igitur tellus effeta calore,
fit quoque frigidior qui in terrast abditus umor.
frigore cum premitur porro omnis terra coitque
et quasi concrescit, fit, scilicet, ut coëundo
exprimat in puteos si quem gerit ipsa calorem.

DE FONTE AD HAMMONIS

Esse apud Hammonis fanum fons luce diurna
frigidus et calidus nocturno tempore fertur.
hunc homines fontem nimis admirantur et acri
sole putant subter terras feruescere, partim
nox ubi terribili terras caligine texit.
quod nimis a uerast longe ratione remotum.
quippe, ubi sol nudum contractans corpus aquai
non quierit calidum supera de reddere parte,
cum superum lumen tanto feruore fruatur,
qui quead hic supter tam crasso corpore terram
perquoquere umorem et calido satiare uapore?

---

841 rarescit *Lambin (cf. 862.870)* : Arescit OQU terram U
semina F : semi OQU quae *Auancius, ut IV 199* : qua OQU : *corr. iam archetypus cf. ad u. 840* 842 propere L : proprie QU : propriae O : proprii *Bernays* 843 effeta O : effecta Q*U : effocta Q¹ colore U 844 qui in] quin O abditur QU sumor U* 846 ut coeundo *Lambin* : in coeundo (quoeundo OU) OQU 847 quem QO¹U quam O* 847ª OU : *sp. rel. om.* Q 848 Esse (E *scr.* Q¹) Q : Ess OU 849 Frigidas O*Q* (U*?) necturno O*U 851 partim OQU, *ante interpunxi* : raptim, *Lambin* 852 terribili O : terribilę U : caligini Q 853 ~ *I 880; II 645; V 406; VI 767* 853 a] sa U remota U 856 feuore fruatur O : feuor effruatur U 857 supter *Pontanus* : super OQU 858 satiare *cod. Vaticanus 1954* : soclare OQ*U : suclare Q¹

praesertim cum uix possit per septa domorum
insinuare suum radiis ardentibus aestum.
quae ratiost igitur? ni mirum, terra magis quod
rara tenet circum fontem quam cetera tellus,
multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.
hoc ubi roriferis terram nox obruit undis,
extemplo penitus frigescit terra coitque.
hac ratione fit ut, tam quam compressa manu sit,
exprimat in fontem quae semina cumque habet ignis,
quae calidum faciunt aqüae tactum atque uaporem.
inde ubi sol radiis terram dimouit obortus
et rare fecit calido miscente uapore,
rursus in antiquas redeunt primordia sedes
ignis, et in terram cedit calor omnis aquai.
frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
praeterea solis radiis iactatur aquai
umor et in lucem tremulo rarescit ab aestu:
propterea fit uti quae semina cumque habet ignis
dimittat; quasi saepe gelum, quod continet in se,
mittit et exoluit glaciem nodosque relaxat.

---

868 *Audax Gr. l. VII 329,2 (unde Beda ibid. 253,18) ut apud Lucretium* quae c. f. aquae t. a. u. 874.875 *Macrob. Sat. VI 4,7*

---

860 suum O^1Q^1 : sum O*Q*U 861 magi U 862 rara *Turnebus* : Para O : Par Q : ar U (P *recisa est*) tenet O : tene QU : tepet *Lachm.* 864 undis OQU : umbris *Marullus* 865 penitus *Lachm.* : sonitus OQU : subtus *Aldina* 868 aquae *Audax* : laticis OQU uaporem *Audax*, OQU : saporem *Lambin* 870 miscente *recte* OQU : gliscente *Wakefield* 874 radiis O^1 : radis O* : radi QU 877 Dimittat U* : Demittat OQU^1 quid U* 878 nodosque *cod. Victorianus* : nobosque Q*U : nubosque Q^1 : nouosque O^1 : nouosoue O*

878ª IN AQVA TAEDAM ARDERE

Frigidus est etiam fons, supra quem sita saepe
880 stuppa iacit flammam concepto protinus igni,
taedaque consimili ratione accensa per undas
conlucet, quo cumque natans inpellitur auris.
ni mirum, quia sunt in aqua permulta uaporis
semina, de terraque necessest funditus ipsa
885 ignis corpora per totum consurgere fontem
et simul exspirare foras exireque in auras,
non ita multa tamen, calidus queat ut fieri fons;
propterea dispersa foras erumpere cogit
uis per aquam subito sursumque ea conciliari.

889ª DE FONTE ARADI IN MARE

890 Quod genus endo marist Aradi fons, dulcis aquai
qui scatit et salsas circum se dimouet undas;
et multis aliis praebet regionibus aequor
utilitatem opportunam sitientibus nautis,

878ª OU : *sp. rel. om.* Q AQVA *Ind.* OQ, *hic* O¹ : AQVAM O*U ARDORE O*U 879 Frigidus F : Frigus OQ (F *scr.* Q¹) U frigidus est etiam Tomăro *(sic!)* fons quem sita supra *Bergk coll. Mela 2,43 (Plin. 2,228)* : *fortasse* fr. est Tmari fons *etc.* 880 iacit O¹Q¹ : lacit O*Q*U 882 Conluce quodcumque U 887 non ita multa *Is. Vossius* : Non ita muita (mutta Q) QUO¹ : Nontam uita O* ut *ss.* U¹ 888 propterea *Lachm.* : Praeterea O : (P)raetere QU (P *rubric. rel.* Q) 889 conciliari *Lambin* : conciliare (m *pro* n U) OQU 889ª OU *(post 887)* : *sp. rel. om.* Q ARADI *Ind.* OQ : ARIDI O : ARIDIA U (*exemplar* ARIDI) 890 endo O*QU, *corr.* inde O¹ marist Aradi *Bernays* : maris parat OQU 892 Et OUQ¹ : *om.* Q* praebet F : praeter OQU aequor *om.* QU, *qui totum uersum plenum addunt ita tamen, ut inter* regionibus *et* aequor *6 litt. eraserit* U *et omissam in iterato particulam* et *initio addant* Q¹U¹

quod dulcis inter salsas inter uomit undas.
sic igitur per eum possunt erumpere fontem
et scatere illa foras in stuppam semina quae cum
conueniunt aut in taedai corpore adhaerent,
ardescunt facile extemplo, quia multa quoque in se
semina habent ignis stuppae taedaeque tenentes.
nonne uides etiam, nocturna ad lumina linum
nuper ubi extinctum admoueas, accendier ante
quam tetigit flammam, taedamque pari ratione?
multaque praeterea prius ipso tacta uapore
eminus ardescunt quam comminus imbuat ignis.
hoc igitur fieri quoque in illo fonte putandumst.

DE LAPIDE MAGNETE

Quod super est, agere incipiam quo foedere fiat
naturae, lapis hic ut ferrum ducere possit,
quem Magneta uocant patrio de nomine Grai,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.
hunc homines lapidem mirantur: quippe, catenam
saepe ex anellis reddit pendentibus ex se.

---

896 *Ecl. Sang. p. 12*

---

894 dulcis F : dulcit OQU 896 quę O^1 : que *Ecl. Sang.*, O*QU : quo *Lambin* 897 aut *om.* O* taedai corpore *Is. Vossius* : deda corpora (corpara U)O Q*U : deda ad corpora Q^1 898 quia F : qui OQU 899 tenentes OQU : tepentis *Lachm.* : latentis *Bernays* 900 lumina Q^1 : lumine Q*U : limine O* *(sec. Lachm.)* : limina O^1 901 antes U 905ª *ex Indice* : *om. hic* OQU, *nec spatium relictum est* 906 fiant O* 907 Naturae O : Natura QU lapis Q^1 : lapsi OQ*U 908 Quem U : Quaem Q^1 : Quam O : Quae Q* patriae *Bockemüller* gra O*U 909 sit F : fit OQU ortu (*retento* fit) *Lachm.* 911 eanellis rediit U

quinque etenim licet inter dum pluresque uidere
ordine demissos leuibus iactarier aureis,
unus ubi ex uno dependet subter adhaerens,
ex alioque alius lapidis uim uinclaque noscit;
usque adeo permananter uis perualet eius.

Hoc genus in rebus firmandumst multa prius quam
ipsius rei rationem reddere possis,
et nimium longis ambagibus est adeundum;
quo magis attentas auris animumque reposco.

920a FLVERE AB OMNIBVS REBVS

Principio omnibus ab rebus, quas cumque uidemus,
perpetuo fluere ac mitti spargique necessest
corpora quae feriant oculos uisumque lacessant:
perpetuoque fluunt certis ab rebus odores;
frigus ut *a* fluuiis, calor ab sole, aestus ab undis
aequoris, exesor moerorum, litora propter;
nec uarii cessant sonitus manare per auras;

---

912 Quinque Q^1 : Qui neque OQ*U enim O^1 puresque U* 913 demissos *Lambin* : demisso OQU iactarier O^1Q^1 : iactarer O*Q*U aureis *scripsi* : auras O*QU : auris O^1 914 subter U : supter Q : super O · 915 alioque Q^1 : altoque OQ*U uinclaque O^1 : uinciaque (t *pro* c O*) O*QU 916 permananter F : permanater OQ : permater U perualet OQU : peruolat *Turnebus* 919 nimium] limen *Polle* ambagibus O^1 : ambaginibus O*QU 920a OU : *sp. rel. om.* Q AB OMNIBVS *Ind.* OQ : ABMINIBVS *hic* U : OMNIBVS (*om.* AB) O 921 ab QU : a O 922 mitti spargique Q^1 : miti sparcique OQ*U 923—933 = *IV 217—229* 923 Corpora QUO^1 : Corpore O* que Q^1 : aque (ę O) OQ*U 925 *a IV 219* OQ : *om. hic* OQU ab *IV 219* OQ : a *hic* OQU solo Q* 926 exest (?) sermo errorum littera U* propter] circum *IV 220* OQ 927 sonitus manare] uoces uolitare *IV 221* OQ auris *Lambin*

denique in os salsi uenit umor saepe saporis,
cum mare uersamur propter, dilutaque contra
cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
usque adeo omnibus ab rebus res quaeque fluenter
fertur et in cunctas dimittitur undique partis,
nec mora nec requies inter datur ulla fluendi,
perpetuo quoniam sentimus et omnia semper
cernere odorari licet et sentire sonare.

RARAS RES OMNIS ESSE

Nunc omnis repetam quam raro corpore sint res
commemorare; quod in primo quoque carmine claret:
quippe etenim, quamquam multas hoc pertinet ad res
noscere, cum primis hanc ad rem protinus ipsam,
qua de disserere adgredior, firmare necessest
nihil esse in promptu nisi mixtum corpus inani.
principio fit ut in speluncis saxa superne
sudent umore et guttis manantibus stillent.
manat item nobis e toto corpore sudor,
crescit barba pilique per omnia membra, per artus.
diditur in uenas cibus omnis, auget, alitque
corporis extremas quoque partis unguiculosque.

---

928 uent O*Q*U 934—935 *post 930—933 hic* OQU : *recte coll. IV 226—229* OQ 934 miseri U amaror OQ¹ : amor U* : amoror U¹ : amaro Q*(?) 931 requies O¹ : requis O*QU¹ : cequis U* 935ª *ex Indice suppleui* : *om. hic* OQU *(fortasse propter turbas uu. 930—935)* 937 in primo] *I 346 sqq.* claret F : clare OQU 938 ad res Q¹ : ardes OU : artes Q* 940 radgredior (?) O* firmare Q¹ : firmara OQ* : firmaran U 941 corpus mixtum *coll.* OQU : *transp. It.* 942 superne *Lachm.* : superna OQU 943 umorte O* 946 alitque QO¹U¹ : alique O*U*

frigus item transire per aes, calidumque uaporem,
sentimus, sentimus item transire per aurum
adque per argentum, cum pocula plena tenemus.
denique per dissepta domorum saxea uoces
peruolitant, permanat odos frigusque uaposque
ignis, qui ferri quoque uim penetrare suëuit.
denique qua circum caeli lorica coërcet
terram, corpora caeca extrinsecus insinuantur
morbisque afficiunt hominum saecla atque ferarum.
morbida uisque simul, cum extrinsecus insinuatur,
et tempestates terra caeloque coortae
in caelum terrasque remotas iura facessunt;
quandoquidem nihil est nisi raro corpore nexum.

Huc accedit uti non omnia, quae iaciuntur
corpora cumque ab rebus, eodem praedita sensu
atque eodem pacto rebus sint omnibus apta.
principio terram sol exquoquit et facit are,
at glaciem dissoluit et altis montibus altas
extructas niues radiis tabescere cogit;
denique cera lique fit in eius posta uapore.

---

952 *Non. 487,7* 955 morbida] *cf. Arnob. VII 17 (p. 251, 20)*

---

950 Atque OQ 951 discepta U domorem O 952 peruolitas *Non.* permanet Q* odos *Lamb.* : ados *Non.* : odor OQU 953 ferris U 954 caeli OQU : colli *It.* : Galli *Lachm., qui u. 955 transp. post 947; eundem Munro post 956 transp.* : coli L : corii F 954ab *addidi, lacunam alii aliter explebant* 956 tempestates *Auancius* : tempestatem OQU : tempestate in *Lachm.* coortae *Auancius* : coorta OQU 957 remotas *Bernays* : remotae OQU iura *Lachm.* : iurae O* : iure QUO¹ 958 raro corpori' nexu *Lachm.* 959 quae *om.* Q 960 cumque O : cum QU redita O* 962 sol Q¹ : quo OQ*U 964 Extructas OQU : *que add.* F

ignis item liquidum facit aes aurumque resoluit,
ad coria et carnem trahit et conducit in unum.
umor aquae porro ferrum condurat ab igni,
ad coria et carnem mollit durata calori.
barbigeras oleaster eo iuuat usque capellas,
effluat ambrosias quasi uero et nectare tinctus
fronde hac, qua nihil est homini quod amarius exstet.
denique amaracinum fugitat sus et timet omne
unguentum; nam saetigeris subus acre uenenumst;
quod nos inter dum tam quam recreare uidetur.
at contra nobis caenum taeterrima cum sit
spurcities, eadem subus haec iucunda uidetur,
insatiabiliter toti ut uoluantur ibidem.

Hoc etiam super est, ipsa quam dicere de re
adgredior quod dicendum prius esse uidetur.

976.977 *Non. 394,21*

---

969 calori QU : colori O* : calore O¹ 971 Effluat O : Efluat QU *(cf. Hom. ι 359 ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥώξ)* : affluat *(e coni. Lachm.) Bergk* : diffluat *Lambin* ambrosias OQU : ambrosiae *Lachm.* : ambrosia *Marullus* : ambrosius *Munro* : ambrosiam *Auancius* uero OQU (= uere, *quod corrigebat Lachm.*) nectare tinctus QU¹ : nectare tinctis U* : nectar et intus O : nectari' linctus *Lachm. (cf. Plin. 31,104), at cf. Lukrezstud. V p. 49* 972 fronde hac *scripsi et ad initium uers. transposui* : frondeac *post* marius OQU : frondeat *It.* amarius F : marius OQU exstet O¹ : extet QU : exscet *(sec. Lachm.)* O* : esca *Lachm.* 973 amaracinum *Marullus* : maracinum (t *pro* c U) OQU 976 terrima O* : te *praefixit* O¹ 977 spurcitiis idem *Non.* subus haec iucunda *It.* : subrutunda *Non. (an legit* sūbus iucunda *cf. V 969?)* : subus haec iuunda U : s. h. inunda Q : s. h. ciunda O : s. h. iocunda F : s. h. munda L 979 de re OQ¹ : redere Q* : reddere U

multa foramina cum uariis sint reddita rebus,
dissimili inter se natura praedita debent
esse et habere suam naturam quaeque uiasque.
quippe etenim uarii sensus animantibus insunt,
quorum quisque suam proprie rem percipit in se;
nam penetrare alio sonitus alioque saporem
cernimus e sucis, alio nidoris odores.
[scilicet, id fieri cogit natura uiarum
multimodis uariant, ut paulo ostendimus ante].
    praeterea manare aliut per saxa uidetur,
adque aliut lignis, aliud transire per aurum,
argentoque foras aliud uitroque meare;
nam fluere hac species, illac calor ire uidetur,
atque aliis aliut citius transmittere eadem.
scilicet, id fieri cogit natura uiarum
multimodis uarians, ut paulo ostendimus ante,
propter dissimilem naturam textaque rerum.

Qua propter, bene ubi haec confirmata atque locata
omnia constiterint nobis praeposta parata,
quod super est, facile hinc ratio reddetur, et omnis
causa pate fiet, quae ferri pelliciat uim.

---

990 *Non. 227,23*

---

983 esset habere Q* 986 alioque O^1Q^1 : aloque O*Q*U 987 e OQ : eu U nidores O odoris O* 988. 989 *(= 996.997) del. It.*; 990 *cum iteratis uu. 988.989 extat ante 991, transp. post 997 Lambin* 991 Praetere O*QU : *corr.* O^1 manare *It.* : manere OQU 992 lignis *Wakefield* : ignis OQU : tignis F 993 meare] eare *scr.* O^s 997 uariant *in u. 989* OQU 990 naturam Q (*uel* Q^1) : natura OU 998 aque QU 1000 omnis O^1 : omnes O* U : oı̃ms Q 1001 pelliciat uim F : peliceatum QU : perliceatum O

principio fluere e lapide hoc permulta necessest
semina, siue aestum, qui discutit aëra plagis,
inter qui lapidem ferrumque est cumque locatus.
hoc ubi inanitur spatium multusque uace fit
in medio locus, extemplo primordia ferri
in uacuum prolapsa cadunt coniuncta, fit utque
anulus ipse sequatur eatque ita corpore toto.
nec res ulla magis primoribus ex elementis
indupedita suis arte conexa cohaeret
quam ualidi ferri natura et frigidus horror.
quo minus est mirum, quod dicitur *angere multos*,
corpora si nequeunt e ferro plura coorta
in uacuum ferri, quin anulus ipse sequatur;
quod facit, et sequitur, donec peruenit ad ipsum
iam lapidem caecisque in eo compagibus haesit.
hoc fit idem cunctas in partis, unde uace fit
cumque locus, siue e transuerso siue superne
corpora continuo in uacuum uicina feruntur;
quippe agitantur enim plagis aliunde, nec ipsa
sponte sua sursum possunt consurgere in auras.

1005 sit QU 1006 primodia OU ferri *It.* : ferre QUO¹ : ferrae O* 1007 coniuncta OQ¹ : coniuinta U : prolapsa *iter.* Q* utque *Marullus* : utqui OQU, *Munro* 1008 ipsa U eat (*om.* que) O* 1009 ulla QO¹ : ula O* : ola U ex Q¹ : *om.* OQ*U 1011 natura et *Wakefield* : naturae OQU 1012 quod dicitur OQU : quod ducitur *Brieger* : quo ducitur *Lachm.* : quod dico ibus *Munro* *angere multos exempli gr. suppleui* : ex elementis OQU; *quod pertinet ad 1009, del. Bernays* 1013 e] te O 1016 caecis qui O compaginibus O* haesit O¹Q¹ : aesit O* : saesit Q*U 1017 cunctis O* sit Q 1018 e F : et OQU 1020 plagis F : plagit OQU 1021 Sponte O¹ : Sporte O*QU

huc accedit item (quare quead id magis esse
haec quoque res adiumentost motusque iuuetur),
quod, simul a fronte est anelli rarior aër
factus inanitusque locus magis ac uacuatus,
continuo fit uti qui post est cumque locatus
aër a tergo quasi prouehat atque propellat.
semper enim circum positus res uerberat aër.
sed tali fit uti propellat tempore ferrum,
parte quod ex una spatium uacat et capit in se.
hic, tibi quem memoro, per crebra foramina ferri
paruas ad partis subtiliter insinuatus,
trudit et inpellit, quasi nauem uelaque uentus.
denique res omnes debent in corpore habere
aëra, quandoquidem raro sunt corpore et aër
omnibus est rebus circum datus adpositusque.
hic igitur, penitus qui in ferrost abditus aër,
sollicito motu semper iactatur eoque
uerberat anellum dubio procul et ciet intus:
scilicet, illo eodem fertur, quo praecipitauit
iam semel et partem in uacuam conamina sumpsit.

1022 item OQU : utei *Lachm.* quead] quiad O : queat QU 1023 *suspectabat Lambin* adiumentost *scripsi* : adiumento OQ : adiumto U motusque *Brieger* : motuque OQU iuuetur *Lachm.* : iuuatur OQU 1025 magis *It.* : magnis OQU 1033 *post 1025 transp. It.* post est] stest *scr.* O^{s} locatus O^{1} : locacatus O*QU 1026 ~ *IV 194* aer a tergo *It.* : Erat ergo OQU 1028 uti *om.* O 1030 foramina O : fomina QU 1031 Paruas OQU : pronas *Victorianus* : priuas *Gifanius* : primas *Lambin* 1032 uentus *Pius* : uentis OQU 1035 corpore Q* : corpora OQ^{1}U 1038 motu semper OU* : motus est per Q : motus efer (?) U^{1} 1040 illo QU : *om.* O : ille *Lachm.* edem U 1041 uacua Q sumpsit O^{1} : sumpst Q : umpsit O*U

Fit quoque ut a lapide hoc ferri natura recedat
inter dum, fugere atque sequi consueta uicissim.
exultare etiam Samothracia ferrea uidi
et ramenta simul ferri furere intus ahenis
in scaphiis, lapis hic Magnes cum subditus esset:
usque adeo fugere a saxo gestire uidetur.
aere inter posito discordia tanta creatur
propterea quia, ni mirum, prius aestus ubi aeris
praecepit ferrique uias possedit apertas,
posterior lapidis uenit aestus et omnia plena
inuenit in ferro, neque habet qua tranet ut ante;
cogitur offensare igitur pulsareque fluctu
ferrea texta suo; quo pacto respuit ab se
atque per aes agitat, sine eo quod saepe resorbet.
Illud in his rebus mirari mitte, quod aestus
non ualet e lapide hoc alias impellere item res.
pondere enim fretae partim stant; quod genus aurum:
ad partim raro quia sunt cum corpore, ut aestus
peruolet intactus, nequeunt inpellier usquam;
lignea materies in quo genere esse uidetur.
interutrasque igitur ferri natura locata
aeris ubi accepit quaedam corpuscula, tum fit,
inpediant ut eo Magnesia flumine saxa.

1044 samotratia QU 1045 Et ramenta O : Tramenta QU fuerere intus U 1046 scaphiis O^1 : scapiis O* : schapiis Q : scahpiis U hic *iter.* U* 1047 ab *Lachm.* 1049 quia QUO^1 : qui O* 1050 possidit U 1052 tranec U 1053 fluctus QU 1056 his *iterant* O*Q mirari// *(2 litt. eras.)* O^1 : mirare QU : *fuitne in* O* mirarimmitte? 1058 fretre U 1059 Ad O* : At O^1QU : et *Lachm.* 1062 interutraque *ut solet corrigebat Lachm.* locata O^1 : loata O*QU 1064 inpediant *scripsi* : inpellant OQU eo QU : eum O : eam *Marullus* flumine *(scil. aestu aeris 1049)* F : flumina OQU Magnesi . . . saxi *Lambin*

Nec tamen haec ita sunt aliarum rerum aliena,
ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur,
quae memorare queam inter se singlariter apta.
saxa uides primum sola colescere calce.
glutine materies taurino iungitur uno,
ut uitio uenae tabularum saepius hiscant
quam laxare queant compages taurea uincla.
uitigeni latices aqüai fontibus audent
misceri, cum pix nequeat grauis et leue oliuom.
purpureusque colos conchyli iungitur uno
corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam;
non si Neptuni fluctu renouare operam des,
non, mare si totum uelit eluere omnibus undis.
denique non auro res aurum copulat una,
aerique *aes* plumbo fit uti iungatur ab albo?
cetera iam quam multa licet reperire. quid ergo?
nec tibi tam longis opus est ambagibus usquam,
nec me tam multam hic operam consumere par est,
sed breuiter paucis praestat comprendere multa:
quorum ita texturae ceciderunt mutua contra,

1067 inter se singlariter apta F : inter se singulariter aptam OQU : inter singillariter apta *uitiato metro Lachm.* : i. s. simul uniter a. *Luc. Müller; forma* singlariter *pristinum statum retinet anaptyxi carentem* 1068 uides *Pontanus* : uide OQU colescere *Lachm.* : coolescere OQU 1069 taurinon QU : aurino O uno *(ut 1074) Lachm.* : una OQU 1071 uincla O^1 : uincia O*QU 1072 Vitieni U* 1074 cholos O* 1075 lanię O*(?) 1076 fluctu *It.* : fluctus OQU renouare Q^1 : renouara OQ*U 1077 eluere Q^1 : eiuere Q*U : eiuuere O 1078 non *om.* O auro res *Faber* : res auro OQ : ses auro U aurum] arum Q 1079 aerique *Lambin* : Aeraque OQ : Areaque U aes *add. Lambin* : *om.* OQU plumblo U 1082 tam OQ^1U : am Q* mulam U* 1083 restat O

ut caua conueniant plenis haec illius illa
huiusque inter se, iunctura haec optima constat.
est etiam, quasi ut anellis hamisque plicata
inter se quaedam possint coplata teneri;
quod magis in lapide hoc fieri ferroque uidetur.

PESTILENTIA VNDE CREATVR

Nunc ratio quae sit morbis, aut unde repente
mortiferam possit cladem conflare coorta
morbida uis hominum generi pecudumque cateruis.
expediam. primum multarum semina rerum
esse supra docui quae sint uitalia nobis,
et contra quae sint morbo mortique necessest
multa uolare; ea cum casu sunt forte coorta
et perturbarunt caelum, fit morbidus aër.
atque ea uis omnis morborum pestilitasque
aut extrinsecus ut nubes nebulaeque superne
per caelum ueniunt, aut ipsa saepe coorta
de terra surgunt, ubi putorem umida nactast
intempestiuis pluuiisque et solibus icta.
nonne uides etiam caeli nouitate et aquarum
temptari procul a patria qui cumque domoque
adueniunt ideo quia longe discrepitant res?

1090 *sqq. cf. Seru. Georg. III 478; Isid. d. nat. rer. 39,2* 1098 *Non. 158,1; cf. Arnob. VII 43 (p. 276,16)*

1087 anellis]alelis U* 1089 Quo QU¹ : Qo U* fieri F : ferri OQU 1089ª OU : *sp. rel. om.* Q 1091 cladem Q¹ : cradem Q*U (gradem O* *sec. Lachm.*) : cratem O¹ 1094 supraque U* quae *hoc loco om.* U* (*add.* U¹) 1098 ea *om. Non.* omnium *Non.* 1099 extrinsecus QU : intrinsecus O 1100 coortae *Lachm.* 1104 procul papratria U*

nam quid Brittannis caelum differre putamus,
et quod in Aegypto est, qua mundi claudicat axis,
quidue quod in Ponto est differre, et Gadibus atque
usque ad nigra uirum percocto saecla colore?
quae cum quattuor inter se diuersa uidemus
quattuor a uentis et caeli partibus esse,
tum color et facies hominum distare uidentur
largiter et morbi generatim saecla tenere.
est elephas morbus qui propter flumina Nili
gignitur Aegypto in media, neque praeterea usquam.
Atthide temptantur gressus, oculique in Achaeis
finibus. inde aliis alius locus est inimicus
partibus ac membris; uarius concinnat id aër.
proinde ubi se caelum quod nobis forte alienum
commouet atque aër inimicus serpere coepit,
ut nebula ac nubes paulatim repit et omne
qua graditur conturbat et immutare coactat,
fit quoque ut, in nostrum cum uenit denique caelum,
corrumpat reddatque sui simile atque alienum.
haec igitur subito clades noua pestilitasque
aut in aquas cadit aut fruges persidit in ipsas

1122 coactat] *cf. Arnob. I 2 (p. 4,24)* 1125 *sqq. Seru. Georg. III 481 ordinem secutus est quem et Lucretius tenuit et Sallustius (Hist. III 27 Kritz), primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta*

1106 brittanis Q : britunis U* : britanis U¹ 1107 cladicat U 1109 ~ *VI 722* colore F : calore OQU 1110 Quaecumque O 1115 aegypto F : aegypta OQU 1117 locus *om.* O* (*rest. in mrg.* Oˢ) 1119 alienum O¹ : aelenum O*Q*U : ł uenenum Q¹ 1121 ut *Pontanus* : Ue OQU 1122 graditur conturbat F : graditus conturbas (comturbass U : cum turbas Q) OQU 1123 & Q* cum *om.* U* 1124 reddatque F : reddetque OQU alitenum QU 1125 pestilitasque O¹ : estilitasque O*QU¹ : estilitaque U* 1126 fuges O* (*rest.* Oˢ) persedit O¹

aut alios hominum pastus pecudumque cibatus,
aut etiam suspensa manet uis aëre in ipso,
et, cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
illa quoque in corpus pariter sorbere necessest.
consimili ratione uenit bubus quoque saepe
pestilitas et lanigeris balantibus aegror.
nec refert utrum nos in loca deueniamus
nobis aduersa et caeli mutemus amictum,
an caelum nobis ultro natura coruptum
deferat aut aliquid quo non consueuimus uti,
quod nos aduentu possit temptare recenti.

DE PESTILENTIA ATHENIENSIVM

Haec ratio quondam morborum et mortifer aestus
finibus in Cecropis funestos reddidit agros
uastauitque uias, exhausit ciuibus urbem.

1128.1129 *Isid. d. nat. rer. 39,2 aut suspensa manent in aēre, et cum spirantes ⟨ducimus⟩ auras, illa quoque in corpus pariter absorbemus* 1138—1140 *Macrob. VI 2,7, qui confert Verg. Georg. III 478 sqq.*

1127 alias O* 1128 etlam U mane U 1132 Petilitas QU lanigeris *Voss* : iampigris OQU balantibus F : calantibus OQU aegror O* *(sec. Lachm.)* U : egor Q* : egror Q¹ : aegros O¹ *(sec. Lachm.), at mihi* aegros *lectio ipsius scribae* O *simulque Lucreti fuisse uidetur antiquam formam praeferentis* 1133 uterum O*(?) 1134 aduers O* 1135 ultro *Auancius* : uitro OQ*U¹ : uito U* : uicio Q¹ coruptum F : corumptum OQU *(cf. Lukrezstudien V p. 56)* : coortum *Lachm.* : alienum *Bentley* : *teneo* coruptum *etiam ab Isidoro l. l. lectum cf. Lucilius 1242 'ore corupto'* 1136 Defer O* 1137ª OU : *om. sp. rel.* Q ATHENIENIVM OU 1138 mortifer aestus *Macr. (cf. Verg. l. c.)* : mortiferae OQ : mortiferat U : mortiferai *cod. Cantabrig.* : morti' ferai *Lachm., mutans ille 1141* ortus : mortifer aer *Lambin* 1139 cecropis *Macr.*, F : cecropit O*QU : cecropiis O¹ : ł cecropie finibus *mrg. adscr.* Q¹ funestus O*

nam penitus ueniens Aegypti finibus ortus,
aëra permensus multum camposque natantis,
incubuit tandem populo Pandionis omnei.
inde cateruatim morbo mortique dabantur.
principio caput incensum feruore gerebant
et duplicis oculos suffusa luce rubentes.
sudabant etiam fauces intrinsequos atrae
sanguine, et ulceribus uocis uia septa coibat,
atque animi interpres manabat lingua cruore,
debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.
inde ubi per fauces pectus complerat et ipsum
morbida uis in cor maestum confluxerat aegris,
omnia tum uero uitai claustra lababant.
spiritus ore foras taetrum uoluebat odorem,
rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.
adque animi prorsum *tum* uires totius, omne
languebat corpus, leti iam limine in ipso.

1145—1150 *Macrob. VI 2,9* 1149 animi interpres] *cf. Lact. Inst. VI 18,6. de opif. 10,13*

1141 ueniens Q^1 : uenies OQ*U finibu' morbus *Lachm. (cf. 1138)* 1142 natant U 1143 omnei *Lachm.* : omnem O : omne QU 1145 girebant O 1146 duplices *Macr.* 1147 intrinsequos U : intrinsecus, *sed* ecus O^s, *Macr.*, Q atrae OQU : artae *Macr.* : atro *It.* 1148 ulceribus *Macr.*, O^1 : uiceribus O*U^1 : uisceribus Q : uiceribus se U* uoci (*om.* uia) QU coibat *Macr.* : coib& OQU 1149 lingra Q* 1150 magis Q tactu *Macr.*, O^1 : tacta O*QU 1152 confluxer QU 1153 tum *It.* : tumtum OU : tutum Q *(cf. 1156)* uitai *It.* : uita O : ita QU clautra QU lababat O* 1155 quo QU : que O proecta U 1156 *tum Wakefield* : *om.* OQU : *suppletum in archetypo, at transiectum erat in 1152*; ⟨*et*⟩ omne *maluit* F

intolerabilibusque malis erat anxius angor
adsidue comes et gemitu commixta querella.
singultusque frequens noctem per saepe diemque
corripere adsidue neruos et membra coactans
dissoluebat eos, defessos ante, fatigans.
nec nimio cuiquam posses ardore tueri
corporis in summo summam feruescere partem,
sed potius tepidum manibus proponere tactum
et simul ulceribus quasi inustis omne rubere
corpus, ut est per membra sacer dum diditur ignis.
intima pars hominum uero flagrabat ad ossa,
flagrabat stomaco flamma ut fornacibus intus.
nihil adeo posses cuiquam leue tenueque membris
uertere in utilitatem, ad uentum et frigora semper.
in fluuios partim gelidos ardentia morbo
membra dabant, nudum iacientes corpus in undas.
multi praecipites nymphis putealibus alte
inciderunt, ipso uenientes ore patente:

1058 malis Q : malis alius O : mas (*ss.* ali U¹) U* anxius O : an-auxius QU (*i. e.* an anxius) 1161 et O : *om.* QU 1164 patrem O 1165 potius *Marullus* : iotius O* : iocius O*U* : totius QO¹ : locius U¹ 1166 ulceribus O¹ : uiceribus O*Q : uicesibus U inustis O¹ : nustis QU : in≡ustis (*fortasse* h *erasa est, certe non* i) O* 1167 ut O¹ : ni O*QU dum O*Q : cum O¹U ditur O* 1168 pras U* 1169 Flagraba U* 1170 cuiqnam OQU (*sed* a *in ras. rescr.* O^s) : quicquam *Lambin* tenueq: *scr.* O^s 1171 uertere in *Lambin* : Uerteret OQU ad] *coniunctionem esse uidit Lachm.* (at *scribens*), *antea cum 1172 coniunxerunt* frigora F : frigore OQU 1172 fluuio U caelidos O* 1173 dabunt O 1178 *post 1173 transp. Naugerius; cf. Macr. VI 2,13 (ad 1177)* nymphis QU : nimphis O *(cf. Friedrich ad Cat. 88,6)* lymphis F

insedabiliter sitis arida, corpora mersans,
aequabat multum paruis umoribus imbrem.
nec requies erat ulla mali: defessa iacebant
corpora; mussabat tacito medicina timore,
quippe patentia cum totiens, ardentia morbis,
lumina uersarent oculorum, expertia somno.
multaque praeterea mortis tum signa dabantur,
perturbata animi mens in merore metuque,
triste supercilium, furiosus uoltus et acer,
sollicitae porro plenaeque sonoribus aures,
creber spiritus aut ingens raroque coortus,
sudorisque madens per collum splendidus umor,
tenuia sputa minuta, croci contacta colore
salsaque, per fauces rauca uix edita tussi.
in manibus uero nerui trahere et tremere artus
a pedibusque minutatim succedere frigus
non dubitabat; item ad supremum denique tempus
conpressae nares, nasi primoris acumen
tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis

1177.1179 *Macr. VI 2,13* 1182—1189 *Macr. VI 2,11* 1188 contacta] *cf. Arnob. III 15 (p. 121,28 sq.)*

1175 mersans O : messans U : inerrans Q 1177 mali *Macr.* : mari OQU 1180 patientia O ardentia morbis OQU *(cf. 1172)* : ac nuntia mortis *ingeniose Lachm.* : praenuntia mortis *Housman* 1182 tum OU : tunc *Macr.* : cum Q 1183 perturbati *Macr.* : Pertubat U*, a *add.* U¹ mensis morore U* 1186 Crebre U spiritus *Macr.* : spiritum OQU 1187 humor *Macr.* : umum OQU 1188 diinuta U colore OQU, *Macr. (ASM)* : cruore *Macr. (P)* 1189 rauca OQU : raucas *Macr.* edita *Macr.*, U : aedita O : sedita Q tussi *Marullus* : tusse OQU : tussis *Macr.* 1190 artu O 1192 supremum Q¹ : suremum OQ* : suremmum U tempus *It.* : temps OQU 1193 nisi O 1194 cauato U*

duraque in ore, iacens rictu, frons tenta manebat.
nec nimio rigida post artus morte iacebant.
octauoque fere candenti lumine solis
aut etiam nona reddebant lampade uitam.
quorum siquis, ut est, uitarat funera leti,
ulceribus taetris et nigra proluuie alui,
posterius tamen hunc tabes letumque manebat,
aut etiam multus capitis cum saepe dolore
corruptus sanguis expletis naribus ibat;
huc hominis totae uires corpusque fluebat.
profluuium porro qui taetri sanguinis acre
exierat, tamen in neruos huic morbus et artus
ibat et in partis genitalis corporis ipsas.
et grauiter partim metuentes limina leti
uiuebant ferro priuati parte uirili,
et manibus sine non nulli pedibusque manebant
in uita tamen, et perdebant lumina partim;
usque adeo mortis metus iis incesserat acer.

1195 *Non. 181,24*

1195 in ore iacens rictu *Non. (Verg. Mor. 34 'iacens mammis' confert Vollmer)* : inoret iacet rectum QU : inhoret iacet rectum O* : inhorret *corr.* O¹ : inhorrescens rictum *Rutgersius* manebat *Non.* : mebat O*QU : meabat O¹ : tumebat *Heinsius* : minebat *Lambin* 1198 Aut O¹Q¹ : Aui O*Q*U 1199 ut est OQU : uix *Lachm.* : ibei *Munro, utrumque ueri dissimile* uitaret QU 1200 ulceribus *Lambin* : Uiceribus O*QU : Uisceribus O¹ proluuie O : proluuit QU 1203 sangui U* *an* ex pletis *distinguendum? (cf. II 631)* 1204 hac *Faber* morbusque *Lachm.* 1205 qui *Lambin* : cul OQU : cui *male It.* taetri *It.* : taetris OQU 1206 eruos QU 1207 isas U* 1208 *post* grauiter *3 litt.* (r. .) *erasae* O 1212 iis OQU (*pronuntia* is *ut scr.* F) : his *Victorianus* incesserat *Lambin* : incusserat O : incuserat QU

atque etiam quosdam cepere obliuia rerum
cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.
multaque humi cum inhumata iacerent corpora
supra
corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
aut procul absiliebat, ut acrem exeiret odorem,
aut, ubi gustarat, languebat morte propinqua.
nec tamen omnino temere illis solibus ulla
comparebat auis, nec tristia saecla ferarum
exeibant siluis: languebant pleraque morbo
et moriebantur. cum primis fida canum uis
strata uiis animam ponebat in omnibus aegre:
extorquebat enim uitam uis morbida membris.
nec ratio remedii communis certa dabatur;
nam quod ali dederat uitalis aëris auras
uoluere in ore licere et caeli templa tueri,
hoc aliis erat exitio letumque parabat.
Illud in his rebus miserandum magnopere unum
aerumnabile erat, quod ubi se quisque uidebat
implicitum morbo, morti damnatus ut esset,

1219—1222 et moriebantur] *Macr. VI 2,14* 1226—1229 *Macr. VI 2,12*

1213 eiam OQU 1215 corpo O*U : *suppl.* O^{s} 1217 At Q* acrem O : crem QU exeiret *Lachm.* : exciret OQU 1218 ubi O : ibi QU 1219 temer U solibus OQU : sedibus *Macr.* 1220 comparabat *Macr.* nec] noc Q tristia *Macr.* : tia OQU 1221 exeibant *Lachm.* : Exicbant O : Exibant QU : exuperant *Macr.* 1222 moruebatur U* 1223 uiis animam O : uiis animū Q : us ani ma U 1224 Extorquebant U memris U* 1225 *pertinet ad alteram formam quam exhibui post 1246* 1227 alis *Macr.* 1228 licer& & *Macr.* tueri O^{1} : turi O*Q : *oblitt.* U 1230 num U 1231 aerumnobile QU ibi QU

deficiens animo maesto cum corde iacebat,
funera respectans animam amittebat ibidem.
quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
ex aliis alios auidi contagia morbi,
lanigeras tam quam pecudes et bucera saecla.
idque uel in primis cumulabat funere funus.
nam qui cumque suos fugitabant uisere at aegros,
uitai nimium cupidos mortisque timentis
poenibat paulo post turpi morte malaque,
desertos, opis expertis, incuria mactans.
qui fuerant autem praesto, contagibus ibant
adque labore, pudor quem tum cogebat obire
blandaque lassorum uox mixta uoce querellae.
optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.
‖ incomitata rapi certabant funera uasta,
ossaque condebant quo fors tum quemque trahebat
nulla illi patrios ritus pietate colentes
inque aliis alium populum sepelire suorum
certantes; lacrimis lassi luctuque redibant;
inde bonam partem in lectum maerore dabantur;

1233 animo maesto O : animum esto Q*U : animum maesto Q¹ 1234 imittebat O 1235 apisci F : apiscit OQU 1245 *post* 1236 *transp. Bentley* 1245 ~ *V 866* 1237 cumulabat QU : cumlabat O : *post hoc 2 litt. er.* U 1238 uisere F : utsere O¹ (utsaere? O*) QU ad OU : deat Q : *in archetypo fuit* at[d] 1240 poenibat *Turnebus* : Poenibus at QU : Poenibus et O 1241 incuria F : incura OQU 1244 uoce *om.* U* 1246 holeti Q*U¹ : oleti U* 1225 *huc transp. Bentley* certabant OQU : cernebant *Lachm.* 1125[ab] *addidi, qui uersus uidentur intercidisse, cum dittographia haec (1225.1225[ab]. 1247.1248) iuxta uu. 1276 sqq. inutilis deleta est* 1247 faepelire Q* 1248 lutuque U* 1249 bona QU in lectum *Marullus* : iniectum OQU

nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus
nec mors nec luctus temptaret tempore talei. ‖
Praeterea iam pastor et armentarius omnis
et robustus item curui moderator aratri
languebat, penitusque casa contrusa iacebant
corpora paupertate et morbo dedita morti.
exanimis pueris super exanimata parentum
corpora non numquam posses retroque uidere
matribus et patribus natos super edere uitam.
nec minimam partem ex agris maeror is in urbem
confluxit languens, quem contulit agricolarum
copia conueniens ex omni morbida parte.
omnia conplebant loca tectaque; quo magis aestu
confertos ita aceruatim mors accumulabat.
multa siti prostrata uiam per proque uoluta
corpora silanos ad aquarum structa iacebant
interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum,
multaque per populi passim loca prompta uiasque

1250 morbus F : morbo OQU 1251 talei *Lachm.* : telei (a *et* i *add.* Q^1)Q : tali O^1 : tale O*(?)U 1253 ~ *V 933* 1254 Languebant U* 1255 Copora U* 1256 Exanimi Q pueri Q^1 1259 maeror is *scripsi* (maeros is *Wakefield; de ō producta cf. Marxii Lucil. II 148 ad u. 391*) : maeroris OQU : is maeror *Munro* 1260 languens OQU : labes *(seruato* maeroris *1259) Lachm.*; languens quem *iunxit Munro* 1261 morbida Q^1 : morbide OQ*U 1262 complebant *Lambin* : Condiebant O*QU : Condebant O^1 aestu *Marullus* : aestus (estus) OQU : astu (*ἐν τῷ ἄστει*) *male Lachm., itemque* artus *Merrill* 1264 prostrata OQU *(recte cf. Curt. IV 16,12)* : protracta *Lachm.* 1265 structa *Wakefield strue corporum (Thuc. II 52,2 ἐπ' ἀλλήλοις ἀποθνήσκοντες ἔκειντο) apte significata* : strata OQU iacebant *It.* : tacebant OQU 1267 per puli O* propta Q uisque U*

languida semanimo cum corpore membra uideres
horrida paedore et pannis cooperta perire,
corporis inluuie, pelli super ossibus una,
ulceribus taetris prope iam sordeque sepulta.
omnia denique sancta deum delubra replerat
corporibus mors exanimis onerataque passim
cuncta cadaueribus caelestum templa manebant,
hospitibus loca quae complerant aedituentes.
nec iam religio diuom nec numina magni
pendebantur; enim praesens dolor exsuperabat.
nec mos ille sepulturae remanebat in urbe,
quo prius hic populus semper consuerat humari;
perturbatus enim totus trepidabat, et unus
quisque suum pro re *defunctum* maestus humabat.
multaque *res* subita et paupertas horrida suasit;
namque suos consanguineos aliena rogorum

1275 aedituentes] *Gell. XII 10,7*

1268 uideses U 1270 *ut dittographiam uersus 1269 antisigmate dignam delebat Lachm.* inluuę U* pelli *Lachm.* : pellis OQU 1271 ulceribus *Lambin* : Uiceribus O*QU : Uisceribus O¹ sordeque OQU *(cf. I 806. III 734;* sorderum *Plaut. Poen. 314)* : sordique *It.* 1272 replerat O¹ : rellerat (O*)QU 1274 manebant *cod. Cantabr.* : manebat O : manebit QU 1276 regi/o *(una l. er.)* U* 1277 Pendebatur O enim] *cf. III 790* exuperabat QU¹ : exuperabant U* 1278 remanabat QU urbem U* : orbe Q 1279 Quo prius QU (*cf. Thuc. II 52,4 οἷς ἐχρῶντο πρότερον*) : Huc pius O : ut prius F : quo pius *Is. Vossius* 1280 batus *iter.* U tutus U* repedabat O 1281 *defunctum suppleui* : *om.* OQU : praesenti *Munro* : compostum *Lachm.* : consortem F : cognatum *Auancius* 1282 *res suppl. cod. Cantabr., alii It.* : *om.* OQU : uis F *et in mg.* Q² : mors *Bernays* subita OQU : subitae *Lachm.* et O : fit QU

insuper extructa ingenti clamore locabant,
subdebantque faces, multo cum sanguine saepe
rixantes potius quam corpora desererentur.

T. LVCRETI CARI DE RERVM NATVRA
LIBER VI EXPLICIT.

1284 exstucta U*(?) cingenti U 1285 que *om. ras. 3 uel 4 litt. relicta* O faces F : fauces OQU *post* cum *4 uel 5 litt. erasae* O 1286 Rixantes potius *iter. initio insequ. uers.* O¹ corpore U* *Subscribunt:* TITI LVCRETI CARI (ARI U) DE RERVM NATVRA LIBER (LIB. U) ·VI· EXPLICIT LEGE FELICITER. AMEN (*hoc ultimum uerbum om.* U)OU : *4 uersus uacuos rel.* Q, *tum omissa illa II 757—806* (*805* U), *V 928—979, I 734—785, II 253—304 suppl.* QU

FRAGMENTA

1.

Seru. ad Verg. Aen. VI 625 NON MIHI SI LINGVAE CENTVM SINT ORAQVE CENTVM FERREA VOX] *'Lucretii uersus sublatus de Homero, sed* aerea uox *dixit.' Idem ad Georg. II 43* NON—VOX] *Lucretii uersus; sed ille* aerea uox *ait, non 'ferrea'*

Hoc fragmentum

non mihi si linguae centum sint oraque centum
aerea uox

lacunae post VI 839 hianti inseruit Lachm; Lucilio tribuebat L. Mueller; cf. Claudian I (paneg. Prob.) 55 *non mihi centenis pateant si uocibus ora* etc.

2.

Mar. Plot. Sacerd. G. l. VI 448,8: s uero littera eliditur sola, si a consonanti incipiat altera pars orationis, ut Lucretius mensibus frigus *et alibi* ex infantibus paruis.

Hoc sumptum ex I 186, illud

mensibus frigus

inseruit Lachm. lacunae post VI 839.

3.

Charisius Gr. l. I 58,23 [Beda de orth. Gr. l. VII 266,12] Camara dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per e. sed Lucretius cameraeque caminis exterritibus *dicendo etiam cameram dici posse ostendit.*

extritibus *N*: ex teretibus *exc. orth. Montep., Beda*: ex cratibus *ed. princ.*

Fragm. sic restituam conl. Verg. Georg. I 234:

cameraeque caminis

ex torrentibus.

Inseruit Lachm. lac. post VI 839, quod perdubium est.

4.

Seru. ad Georg. III 136 SVLCOS OBLIMET INERTIS] *claudat meatus . . . et aliter Lucretius* ne oblimet *pro 'obturet' et 'obcludat'; alibi* oblimet *'terat', 'perdat': Horatius [Sat. I 2, 62] 'rem patris oblimare malum est ubicumque'.*

Fragm. ne oblimet *Lachm. lac. post VI 839 sine causa inseruit.*

5.

Non. 229,1 TORPOR generis masculini. Lucretius:

tantus conduxerat omnia torpor.

Lucilio tribuit Rothius et Marxius ad u. 1306 suae editionis 'cum torpor, inquit, nomen apud solum Lucilium (u. 391) inueniatur si ueteres spectes scriptores, nihil probabilius quam Lucilii nomen reponendum esse'. at ego neque scio cur quod Ciceroni licuit 'torporis' semel uoce iuxta 'torpendi' uti, dedeceat Lucretium (cf. torpet III 305. formidine torpens III 981), et optime haec uersus particula quadrat in pestis descriptionem, ubi lacunas hiare (uelut post VI 1225 et fortasse ante hunc uersum) omnes consentiunt. 'conducere' *est 'in unum cogere' apud Lucretium (I 397 al.). ergo potest dixisse tantum pestilentiae terrorem omnia saecla hominum in unam urbem coegisse, ut omnia ibi religionis et pietatis uincla soluerentur.*

6.

Charisius Gr. l. I 207,1 Nauiter *Terentius in Eunucho (51) 'neque pertendes nauiter'; Lucretius quoque De re⟨rum⟩ natura lib. III.*

nauiter *extat I 525, restitui in lacuna III 97ª.*

7.

Seru. Verg. Aen. XII 419 PANACEAM *genus herbae est. sciendum tamen Lucretium* panaceam *ubique salem dicere, unde possumus et hoc loco salem intellegere.*
Lucilio tribuit Pius, inde panacean ubique salem *fragmentis ins. u. 1367 Marxius I 94. II 434. contra Lachmannus ad V 1273: 'Si Lucretii poesis non extaret, ex iis quae Seruius adfert ad Aen. XII 87 facile aliquis poetam de orichalco post aes inuento dixisse suspicaretur: nunc uidemus eum hic quoque ut alibi de Lucretio parum accurate rettulisse, cum non tam Lucretiana proponeret quam quae in commentariis, quos Hieronymum quoque tractasse diximus, legisset. ex his certe petitum est quod scripsit in eodem Aeneidos libro 419: nam cum Lucretius panacas, quantum scimus, semel IV 124 commemorasset, ille 'sciendum tamen inquit, etc.'*

8.

Probus cath. Gr. l. IV 10,30 K. de substantiuis in o exeuntibus 'po syllaba terminata producuntur uappo uapponis: animal est uolans, quod uulgo animas uocant: lectum est apud Lucretium 'hos uappones'. *Dousa Lucilianis adscripsit, recepitque Marxius u. 1358 (I 93; II 432).*

9.

Prob. in Verg. Buc. VI 31 (App. Seruian. III 343,9 ed. Hagen) Plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens 'Principio — texta' *(V 92—94) et alio loco:*

omnia per sonitus arcet terram mare caelum.

Immo uersus est Enni Ann. 542 (p. 99 ed. Vahl.) ‘qui fulmine claro Omnia per sonitus arcet, terram mare caelum’. *Intercidit nimirum post ‚loco’ uelut IV 783* si mare si terram cordist si denique caelum *(uel I 278), tum Enni nomen. Lachmannus ad IV 126 (p. 222) ‘potest’ inquit ‘Lucretius ab Ennio haec sumpsisse ut libri III u. 1025 et 1035, item IV 409 et VI 195’. inseruit lacunae post IV 126 hianti.*

10.

Probus de nomine Gr. l. IV 212,10 Nasus hic an hoc nasum? antiqui neutraliter dicebant; itaque Lucretius

nasum diductius quam pandius paulo uellem

qui nunc masculino genere dicitur.

Lucilii est uersus 942 Marx cf. Non. p. 215, 2 et Gr. l. V 584, 24 deductius *em. Marx, idemque ⟨si⟩ suppl. post pandius.*

11.

Macrob. Sat. VI 1,43 Lucilius in septimo decimo (547. 548 M.)

magna ossa lacertique

adparent homini

lucius *P; alii codd.* Lucretii *inepte.*

12.

Varro de l. lat. V 17 a qua bipertita diuisione Lucretius suorum unius et uiginti librorum initium fecit hoc

aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.

lucretius *codex:* Lucilius *Scaliger cf. Marx ad u. 1 suae editionis. Lucretio frustra uindicare studebat Pascal Scritti uarii p. 75.*

13.

Idem ibid. VII 94 apud Lucretium

atque aliquos ibi ab rebus clepsere foro qui.

clepsere *dixit, unde etiam alii 'clepere' id est corripere.* lucretium *codex*: Lucilium *Vertranius, cf. Marx ad Lucili u. 1118 qui emendabat*: atque aliquos ibi ⟨si⟩ abreptos clepsere foro qui: ibus ab rebus *Scaliger.*

SVPPLEMENTVM ADNOTATIONIS [1]).

LIBER PRIMVS.

3 frugiferentes G* : *corr.* G¹ 8 Summit Q*G* : *corr.* Q¹G¹ 9 difuso Q*G : *corr.* Q¹ 10 patefactast OQ*G*, *sed* e *super* ast Q¹G¹ 11 *maiusculis, sed nigris scr.* O 12 uolucris O : uolucres QG 13 initum OG : initium Q 15 *post* laeta *uersum 'illecebrisque tuis omnis natura animantum' temere add. Politianus* 17 montes O¹ 18 uisentis Q* 23 nec amabile QG 32 mortales *Lactant. Plac.* monera OQ*G : munera Q¹ 34 uolnere G : uulnere OQ 36 inhiens QG 39 loq.illas (*i. e.* loqueillas) G 40 Funde OQ¹ : Punde Q*G* : Ponde G¹ inclita O¹ 41 patriai O¹Q¹ : patria O*Q*G in tempore Q¹ 42 memini G 44 Omnis Q¹ : Omnes OQ* : *vox periit* G necessest O : necesse est QG 49 nec OQG *hic* : neque OQ *II 651* 51 adibe OQG 59 Reddunda Q : Redunda O*G : Reddenda O¹ 63 religione *Non. 379,* O¹Q¹ : relligione *Non. 314* : relione Q*G : religioni O* 74 immensum O : inmensum QG 78 Quaęre O* (*expunxit* O¹) 81 Impia QG 85 sanuine Q*G 87 circudata Q* (m *add.* Q¹) comptos O* (*corr.* O¹) 88 profusa est O¹QG 91 ciues O 95 tremebunda O¹Q¹ 96 Deducta est O¹Q¹G sollemni Q : solemni OG

103 Terriloquis] ł terrificis *ss.* O¹ desciscere O : diciscere Q* : discere G : disciscere Q¹ : ł nescire *ss.* O¹ 111 ponas Q*G 114 interet G* 115 uastrasque G* 116 ali*as, *inter* i *et* a *una litt. erasa* O 119 gentes *Ecl. Sang.* 124 omeri G 125 effundere O : et fundere QG¹ : efundere G* 128 meatos G* 129 quae ui G* : *del.* e G¹ 132 obuiam G 134 Cernere, r *ante* n *e corr.* G¹ ut QG 135 corum G telus G* 136 gragiorum G 141 amitie G* 145 conuissere G* 146 necesse est QG 147 lucida (a *ex* i?) G 150 nihilo OQG *Ermenricus* : nilo *Lachm.* 151 mortales cont. omnes *Ermenr.* 156 uidebimus (?) G* nihil O*Q*G : nil *Ecl. Sang.*, O¹Q¹ *(de his minutiis, de quibus breuiter dixi in Praefatione, abhinc in Suppl. tantum referam)* 157 quot G 155 quœmque G diuum O 159 nihilo *Lactant.*; OG : nilo Q 164 deser*ta, *in ras. videtur* i *fuisse,* O 169 Ad G : At OQ *cf. ad 156* 170.172 Adque G : Atque OQ 177 confulxerunt G 179 horas Q : h *abcisis ceteris* G 180 nihilo O : nilo QG 188 nil *Itali* oma Q 197 elementa] *ss.* ł litterae O¹

[1]) e = ae *et* ae = e *non curaui.*

201 montes, *extr. oblitt.* G 203 certa est Q*O¹ 205 Nihil *Lact.*, OQG : nil *Itali* nihilo *Lact.* OQG fatendum est QO¹ : fantendum est G 207 proferrier O : proferier G : proferrier, *sed* r *ultima dubia et a* Q¹ *in* ſ *mutata*, Q : proferri per *Lact.* 209 meliores O¹ 212 cimus] ł prouocamus *ss.* O¹ 213 si nulla] s. semina *ss.* O¹ 216 nilum *Lachm.* interimat Q¹ 222 diuerberet O¹ : diuerueret O*QG : diruere *ss.* Q¹ tactu *ss.* Q¹ 223 disoluatque G 225 ammouet G 226 perimit cosumens QG onem G 228 Reducit O 233 consumse G* 234 quodsi infinito spatio atque aetate fuere *Wilamowitz Coniectan. Gryphisw. S. aest. 1884 p. 6* 237 Haud O nilum O¹ 248 reddit O* nilum *Lachm.* ula G sed *(ex* set *corr.?)* Q 249 Discido G* materia O*Q*G 251 terrai O¹Q¹ : terra O*Q*G 256 frundiferasque QG¹ : frundifrasque G* undeque O* 258 cadens G* 263 alit alor efficit G 266 nihilo O : nilo QG ad nil *corr.* O¹ reuocare G* 269 necesse est QGO¹ 282 habundanti Q 283 aquai QGO¹ : aqua O* 285 aquai QO¹ : aqua O*G 287 Mo*libus (l *erasa*) O¹ 289 quicquid O¹ 300 tuimur] *ss.* a tuor uenit O¹

304ª *nota formas capituli* uuesci *et* aresci 305 fluctifrago, r *in ras.* O uestis *Non.* : uestes OQG, *Ecl. Sang.* 306 eaedem, e *prima in ras. 2 litt.* Q¹ serescunt] ał. rigescunt O¹ 307 aquai QGO¹ : aqua O* 309 uimor G* 313 stilicidi *It.* : Stilicidii O : Stillicidii *Senec.*, QG 315 uolgi QG : uulgi *Isid.*, O 320 corpora *hic delectum add. ante* quoque Q¹ 321 praeclusit O¹ (praecius O*) Q¹ : praecluset Q*G : *fuit fortasse* praecluseit *siue adeo* praecluset *ut* fuet *CIL. I² 9 (cf. ad II 27)* 324 contenta] ·|· extenta producta O¹ 326 uesco] *ss.* quo uescimur O¹ 328 caesis igitur *iterat* Q* 330 inane] *ss.* quo continentur atomi O¹ 331 ut ille Q*G 336 estat G 338 aud G 343 tam] *ss.* ·|· solum O¹ solicito G 348 permaneat G 357 aud G 358 alis O* 359 nihilo OQG *sic scribendum* 360 si] sit G tantundemst in O : tantundem est in Q : tantundemscin G 362 officiumst Q*G : officium est OQ¹ 364 magnumst Q*G : magnum est O²Q¹ 369 uacamus G 372 squammigeris G 377 receptum est O¹Q¹ 381 priuandum est O¹ 382 dicendum est O¹ 385 necesse est QG 386 possidat inane] *adn.* possideatur *et* pro inani O¹ 400 tibi, b *in ras.* G¹ commemorandi O*

406 uiai QGO¹ : uia O* 407 alid O* : alit Q* : aliud Q¹ : alia O¹ (*oblitt.* G) 408 poteris *iterauit* G* 410 palumue G* 411 *maiusculis pro rubrica scr.* O : *minusculis* G de ptano, *ss.* ł proprium

nomen (!) O^1 promittere] primiterrae G 414 trada G^* 415 uitai QGO^1 : uita O^* 422 dedicat] *ss.* nouit O^1 424 Haud QG 429 palo G^* 430 nil *Lachm.* 433 aliquit G : aliquid OQ 434 Augmine uel grandi uel *compendiose etiam* G 437 sin] Sinn G 438 probere QG transeire *Lachm.* : transere O^*Q^*G : transire O^1Q^1 447 Neque sub G 448 apisci *Ecl. Sang.*, G : apisci, a *in ras.* O^1 : apisci Q (di *add.* Q^1) 450 horum *Non.*, OQ : orum G : horum *i. e. harum rerum ut saepe Lucr.* aud orum, *ss. super* a *litt.* h, *quae ad* horum *addi oportebat* G 451 permitiali OQ^* : permittiali G : pernitiali Q^1; *sic uel* perniciali *ante Munronem uulgo* 453 licor G 460 in aeuo] *adn.* ·|· in per⟨pe⟩tuitate temporis O^1 464 tyndaridem, *ss.* ·|· helenam O^1 465 Troiiugenas O : Troiugenas QG uidendum est O^1 466 ne] N_* Q cogitant Q 467 corum G 473 tindaridis G 475 accedisset G 476 durateus O^*Q^*G : *ss.* ac (*ut esset* duraceus) O^1 : *ss.* ceis Q^1 troiianis *Lachm.* : tro*ianis O (*fucrat* trolianis) : troianis Q^*G : troianos Q^1 477 graiiugenarum O^1 : graliugenar O^* : graiugenarum Q : graiugenarunt *(comp.)* G 482 loci] *ss.* ·|· inanis O^1 488 repperiri O 495 utrumque] *ss.* calorem et frigus Q^1 retinentis G : retinentes OQ 497 nil *Lachm.* 500 Esse aque O

504 reperta est O^1 511 inane est Q^1 512 solida G 515 coibet G rerelinquas Q^*G^* 516 nil *Lachm.* materiai Q : materia OG 519 dissoluantur (dis *et* l *in corr.*) G 542 niloque *Lachm.* 543 nihil OQG : nil *It.* 544 nihilo OQG : nilo *Lachm.* nihil O^*QG : nil O^1 545 inmortali *sic* OQG 547 suppedit& QG 552 materiai *Marullus* : materiae O^*QG : materiaeque O^1 554 nil *Lachm.* 560 relicuo] de reliquo O^1 564 stare] *ss.* ·|· adesse Q^1 565 materiai QO^1 : materia O^*G 570 contra, r *ex* a *corr.* Q^1 577 nulla est Q^* 579 corpora] *ss.* ·|· primordialia Q^1 581 flagili Q 583 aeuum O^1 586 naturai O^1 : natura O^*QG 587 sanctum O^*, *Prisc. (L)* 590 generales O^*

607 necesse est O^1 608 unde queant] *in mrg.* l ut nequeant Q^1 618 praefini*et, et *in ras. scr.* O^1 620 Nil O^1 628 partes Q^1G 630 nil *Lachm.* 634 gerunt G 634ª ERACLITVM G 637 Magnopere Q^* 638 Heraclytus O 639 ob oscuram O^1 in*anis (inmanis O^*) O^1 : inanes *Festus* 640 inter Graios] tergaios *Fest.* 647 Nil O^1 651 Langidior O^*QG : *corr.* O^1 652 nil *Lachm.* 656 relinque G^1; *uestigiumne formae* relinquei? 659 dumetuunt G uera uiai] *ss.* ·|· ductus itineris O^1 661 denseri (s *in corr.*) G 662 nihil OQG 668 nilum *Lachm.* 669 nilo *Lachm.* 671 mor G

672 aliquit Q*G : aliquid OQ¹ 673 nihilum OQG; *sic scribendum* 680 Nihil O*QG : Nil O¹ 681 attribui G* : adtribui OQG¹, *quod in textu seruandum erat* 682 cunta O* 684 ita est O¹ 694 unde (n *in corr.* Q¹) Q 697 nilo *It.*

701 quisqua Q* omnia] *ss.* elementa scilicet Q¹ 708 humorem O¹ 709 *uestigia rasurae in* O *potius* terramque *indicare uidentur* 716 acragantinus *It.* : agragantinus Q*G : agranantinus O* : agragentinus O¹ : agrigentinus Q¹ 717 triquétris Q : *adn.* : *'sicilia latine dicitur triquetris, graece trinacria propter tria promuntoria'* O¹ *(cf. Lib. gloss. l. c.)* 722 charibdis Q* 729 Nihil O*QG : Nil O¹ 734 ic (H *pro rubric. omissa*) Q 737 adyto L : adito OQU 739 Pythia QO¹ : Phytia O*U 742 exemto U 743 relincunt O* : relinqunt O¹ : relicunt U : relinquunt Q : relinquont *Lachm.* 744 frugis O*Q*U : fruges O¹Q¹ 747 pausam stare fragori] *ss.* quietem adesse diuisioni O¹ 749 uideam U* 750 quod assensus U 753 accedit O¹Q¹ : accidit O*Q*U 756 nihilum OQ : nixihilum (x *expuncta*) U : nilum *Lachm.* 757 niloque *Lachm.* 759 adque U : atque OQ 762 imbris O : imbres QU *(cf. 769)* 769 ibres U 771 liquores U* 772 nil *It.* 779 clandestinam O¹ : glandestinam O*QU 780 nequit Q 781 cũ**q: O 782 repetunt] *ss.* ·|· primordia sumunt O¹ 791 nilum *Lachm.* 797 nihilum OQG : nilum *It.* omnis O* : omnes O¹Q (oms̃ G)

804 aliquae Q*G 817 mangni G* 824.827 elimenta Q*G 854 Nihil OQG : nil *It.* 857 reccidere O*Q : reccedere O¹ : recidere G nihilu Q* : nilum *Lachm.* 858 nilo *Lachm.* 865 rebus constare putetur *in ras.* G¹ 877 putet (et *in corr.* G¹) G 879 locate G* 885 Consilimi OQG 886 dulcis QG : dulces O 888 friatis OQ*G : *ss.* e Q¹ 893 nil *It.* 897 inquis] *ss.* ·· dicis Q¹ 900 flammai *Pontanus* : flammae OQG

901 Sciticet QG 913 Inster se G* 916 materiai Q¹ : materia OQ*G 924 suauemi in p. G 929 petete G* 930 uelarint (*non* uolarint) *etiam* G 933 obcura G* 934 cunta G 935 ab nulla OQ¹ : ad nulla Q* : ad ulla G 945 aborret QG 951 materiai Q¹ : materia OQ*G 952 aeuum O 953 summai *It.* : summa OQG 957 imensum OQG 959 Finitum sit Q 963 nil *Lachm.* 973 proibere Q 977 aliquit O*G : aliquid O¹Q 984 summai *It.* : summa OQG 985 ortis O* 986 materiai Q¹ : materia OQ*G 993 nihil OQG : nil *It.* 997 materiai Q : materia OG 999 collis (s *in corr.* G¹) G

1001 nil *Lachm.* 1003 percurre O 1010 autemst G 1011 redat Q 1016 horai G^1 : hora OQG* 1017 materia OQ*G 1024 omnem Q 1034 labentis O : labentes QG 1035 materiai Q^1 : materia OQ*G 1036 quopia Q 1037 amissa O^1Q^1G : ammissa O* : admissa Q* repare Q 1038 piuata G cibo O^1Q^1 : ciuo O*G : ciua Q* 1049 necesse est Q 1051 materiai QG : materia O 1060 uidem O*G : us *add.* O^1 1065 solemnos OQ^1 : sollemnos G : sollempnos Q* 1081 Haut Q 1089 aetherra Q 1092 amos Q* 1109 nil *Lachm.* relliquiarum G 1111 parti OQ*G *(cf. III 611 al. et Arnob. 114,11)* : parte Q^1 1112 laeti OQG 1113 materiai Q^1 : materia OQ*G 1116 naturai Q^1 : natura OQ*G

LIBER SECVNDVS.

3 iocunda G 11 nouilitate O*QG 13ª *in notis corrige* EVSSTATES 16 quodcumque est *Non., Lact.* 17 Nihil OQG : nil *It.* 19 Iocundo G 26 subpeditentur *Macr.* 31 iocunda *Macr. (a)* 32 arridet *Macr. (a)* 33 uiridantes *Macr. (a)* 36 *in* O* *potius* Iamteris *nunc lego* 37 quoniam] quando Q^1 39 nihil OQG : nil *It.* 50 regrumque O* 57 nilo *Lachm.* 62 materiai *It.* : materiae OQG 64 quogantur Q* 68 materes O* 69 *(sic!)* flueri QG 73 habeunt G 74 ad Q*G : at OQ^1 79 uita O^sQG 87 Dissiliant OG^1 : Dissiliante G* : Dissoluant Q 89 materiai Q^1 : materia OQ*G 90 immum G^1 91 nil *It.* 92 modoquest QG : modoque est O 93 partis OG^1 : partes QG* 94 *quasi titulum maiusculis rubris scr.* O 96 Redita Q 97 asiduo G

115 radi Q 120 excercita G 124 notitiai Q^1 : notitia OQ*G 127 materiai Q^1 : materia OQ*G 141 Nec OG : Ne Q quiuus G* 142 materiai Q^1 : materia OQ*G 143 memmi O : m̃emi GQ^1 : m̃mi Q* 146 loca (c *in ras. 2 litt.* G^1) uocibus obplent G 152 quosidum OQ*G, *sed ss.* l sudum Q^1 157 Ad G : At OQ 160 in quam Q^1 166 quidque O^1 167 Ad G : At OQ materiai Q^1 : materia OQ*G 169 atmoderate OQ* : admoderatae G : atmoderare Q^1 175 Costituisse (*altera* s *in corr. scr.* G^1) G 183ª *tit. minusculis scripsit* G corpusculum G* 187 frudem Q* *(cf. VI 187)* : fraudem OG^1Q^1 : flaudem G* 204 sucedere G quanquam O^1 : quamquam *in ras. scr., repetitum erat falso ex u. 203* per, *statim deletum* G 210 *post* uertice

ras. 2 litt. O 222 gutae G 224 nihil OQG 227 exupero G* 230 adque G : atque OQ 233 aeqque G 240 Haut Q* (*corr.* Q¹) 241 perse G¹ (perso? G*) 243 adque G : atque OQ necesse est G 246 proptu G 247 oblica G 249 nil *Lachm.* 252 *praescr.* ·đ· *(deest?)* G 253 nec] ec *(om. spatio pro rubr.)* Q 257 unde] Utde U 260 tullit U 266 materiai *It.* : materiae OU : materie Q 272 inpulsi U : impulsi O (Q *oblitt.*) 281 arbritrium U materiai *It.* : materia OU (Q *oblitt.*) 283 proiecta refrenatur] are *in ras. scr.* O¹ 284 necesest U (Q *oblitt.*) 287 nihilo O : nilo QU nihil OQU : nil L 289 s& U 291 ferri O* 294 materia OQU 296 adaugessit U

301 Conditione U 302 natura OQU 304 materia OQU 306 quead G : queat OQ 316 loquorum G 319 *uersui extremo adscr.* hđ *(hic deest?), idemque primo 320* p̊ G¹ 326 renitescit O¹ supter QG : subter O 335 Per**cipe O 343 ferreque Q 349 racione Q cogoscere G 352 *post* saepe *2 uel 3 litt. erasae* G 353 magtatus G 354 callidum O*QG : *corr.* O¹ 356 uestil . . gia (l . . *erasa*) G* 358 quaerelis G 366 addeo Q* 370 ferre G 377 adque G : atque OQ necesse est G 380 queadam G 384 ingnem G* 385 Subtilem O¹ : Suptilem O*QG 386 nequid G 388 ad Q*G : at OQ¹, *Mico (cf. Add. et Corr.)* 391 colum O : collum QG 394 hamatis Q¹ 400 absenti *(sic)* Q

404 Ad G : At OQ aspera G 407 suo *ss.* G¹ 411 Orrorem Q 412 cordas G 416 cocro G 417 exalat O*G* : exhalat QO¹G¹ 419 costituas G 420 conpugunt G 421 spetie G 423 creata est G 424 molestaque G* asspera G 425 reperta est QG 426 quae] qui Q 432 conpugere Q* 433 inditio G 436 nata est G 442 necesse est G 445 hamatis Q¹ 448 contempnere QG 450 uoceferantur OQG 451 leui////bus, *in ras. scr.* ori G¹ rutundis O*QG : rotundis O¹; *item* 158.466 (rudundis 466 Q) 467 atmixta Q 479 fidem, em *in ras.*, O 486 pluribus, luribus *in ras.* O^s 490 Forma OQ 493 Adsimili O*Q : Atsimili O¹ 495 formorum Q* 500 MELIBOEQVE *Schol. Ver.*

501 Pupura Q 502 *rubro maiusc. quasi titulum scr.* O : *atro min.* Q 504 smirne O 505 cycnea OQ¹ : cucnea Q* melle Q cordis Q 506 opressa Q 508 *maiusculis rubris ut tit. scr.* O 521 regidis Q 527.529 materiai Q¹ : materia OQ* 536 quadripedum O*Q : quadrupedum O¹ 544 materiai Q : materia O; *item 562* 549 co Q* 561 aeuom O*Q¹ : saeuom Q* : aeuum O¹ 583 nil *It.* 591 Assiduē Q 593 aethnae Q

605 molliri L : moliri OQ 608 *rubris, sed minusculis scr.* O 618 cimbala Q 624 urbis O* : urbes QO¹ 646 necesse est QV 648 ab O : a *Lact., Lact. Plac.,* QV 650 nihil OQV, *Lact. (B)* : nil *Lact. (P)* 656 bachi V 663 aquai QV : aqua O 664 uiuunt O¹ sp&ie V 665 *post* naturam *2 litt. erasae* Q 666 materiai QV : materia O 672 flamata Q 674 submittere O : summittere QV 684 sorsum O*QV : sursum O¹ 690 uerba O¹Q¹ : uerua O*Q*V 694.701 uulgo QV 696 Multa (?) V 700 omnimolis V* pose V* 705 tethro V spirantes V* : *corr.* V¹ chimmeras Q 707 nil *It. post* nihil *3 litt. erasae* V 710 necessust O*Q *cf. 725 et IV 1006; V 351* : necessest O¹ : necessuest V 717 imitare Q 721 ginitae OV necesse est QV 724 uulgo QV 725 differe V* necessust O*QV : necessest O¹ 728 corpòra] *ss.* athomi Q¹ 735.737 materiai Q : materia OV 736 consi*mili (*litt. erasa fuit fortasse* c *uel* t) V* tinta V 741 quum V 742 cognuscant QV 743 coniumta V 745 Uerti O¹ noticiam V 747.750 haud O : aut Q*V : haut Q¹ 747 tigta collore V 751 Inmutabile Q*V necesse est QV 752.756 nihilum OQV : nilum *Lachm.* 752 omnes O : om̃s QV *ergo scrib.* omnes 756 omnes O : om̃s QV 761 possitura O 769 Matries ubi permixtest U illus U : ilus Q 784 nil *Lachm.* 785 Disimiles U* 786 Ad U : At OQ impediunt Q proibentque U 789 Pricipiis U* 796 lue U* primodia U*

803 piropo Q 805 zmaracdos O : zsmaragdos U 809 *maiusculis rubris ut tit. scr.* O 812 Adque QV : Atque O 813 tamgas V* 815 nihil OQV : nihil in *Non.* : nil L 826 Quinn V 827 Distraitur (-tus V) QV 828 estinguique V 830 Pupura Q* 833 Par ticolas Q 835 bdorem Q* 836 attribuas O 840 animū* O 843 Copora Q 845 sterrila Q* 847 licorem V 851 aurum V* 856 nihil OQV : nil *Lachm.* 860 caorpore O* 861 necesse est Q : necesest V 862 si] sci V 864 nihilum OQV : nilum *It.* 865 necesse est V 867 manufesta O*Q* : manufesta V : manifesta O¹Q¹ 868 promtu QV 873 imbri///bus V 875 pauula Q* : paula V* 879 omnes OV : om̃s Q 880 omnes O : om̃s QV 881 adque Q* : atque OVQ¹ 885 cummixta QV 886 id est] id̃ V 897 nihil OQV : nil *It.* glaeuisque Q*V 899 materiai Q¹ : materia OQ*V

914 adsimilentur O 923 necesse est Q 916 dici *iterat* V 918 Adque QV : Atque O uneademque V 922 sese ullam] ses///eul lā V 925 Adque Q : Atque OV 926 Detraitur V* 927 Quatinus OQV *(cf. Caper Gr. l. VII 111,5 quatinus coniunctio*

causalis est, quatenus aduerbium loci aut temporis) : quatenus *Sacerdos* 929 coepit QV¹ 932 posse] Ponse V* mutabiletate O* 933 tamque quam V* 935 quoacto Q* : *corr.* Q¹ 939 diecta V 946 adque V : atque OQ confudere Q* 947 Dissoluntur Q 954 acriter O¹ : agriter O*QV 962 habire Q 963 materiai Q¹ : materia OQ*V 980 adsimilata V* 988 adque V : atque OQ

1002 materiai Q¹ : materia OQ*V 1003 dissupat Q*V : dissipat OQ¹ 1004 omnis O* : omnes O¹QV 1006 tempre V* redant O* 1007 refferre V* 1008 quabus O* 1017 ad Q* : at OVQ¹ 1019 materiai Q¹ : materia OQ*V 1022 Cum (*ex* Cur)? V 1023 *maiusc. rubr. ut tit. scr.* O 1025 Accedere OQV* *(sic scribend. cf. V 609)* : Accaedere V* : accidere *It.* 1028 Nihil OQV : nil *It.* 1037 Nihil OQ : Nihill V 1038 saŧiate *Non.*, OV : saciate Q* : *mrg.* ł sacietate Q¹ 1040 exteritus V 1047ª PARTES V 1052 putandum est O 1057 Nihil OQV : nil *It.* materiai Q¹ : materia OQ*V 1063 terrai *It.* : Terra OQ*V : Terrae Q¹ animantium Q 1065 materia OQ*V : *corr.* Q¹ 1071 quead V¹ : queat OQ : quoad V* 1075 alliis/// V* 1076.1081 ferrarum V 1088 hic V¹ 1092 expaers V* : exspaers V¹ 1093 pro sancta] *ss.* postquam Q¹ 1095 immensi O 1098 feraces V

1106 quoortum Q* (*corr.* Q¹), V 1107 Additā corpora V 1118 nihilo OQV : nilo *Lachm.* 1119 adque QV : atque O 1127 dispendi V¹ (dismendi V*?) 1128 flure V* adque Q*V : atque OQ¹ 1133 aucmine Q*V, *sed* e *ut insequens* a *in litura 2 litt. ss.* V¹ 1135 dispargit O* : dispergit O¹QV a se OQV *(cf. IV 1222. VI 1047)* : ab se *Lachm.* 1139 igi////tur V (igiturtur V*?) 1148 nequiquam *It.* : Necquiquam O : Necquicquam QV 1053 Haud OQ¹ : Haut Q*V 1156 *post* nunc *1 uel 2 litt. eras.* O 1162 ferru V 1164 capud QV : caput O 1168 atque OQ 1171 tollerarit Q aeuom O* : aeuum O¹ : euum QV 1172 essed V : esset OQ 1174 spacio V

LIBER TERTIVS.

3 nuen V 4 pręsis Q : presis V signi hds V *(hiatum exemplaris fort. rasura ortum uerbis 'h(ic) d(eest)' indicare uidetur librarius)* 6 herundo O¹ 10 inclite V* : inclyte V¹ 23 subpeditat Q : suppeditat OV 24 delibbat V* 25 Ad Q*V : At OQ¹ 27 innane V*

29 adque QV : atque O orror Q : orro V 32 distancia V 36 Atque OQ 43 saguinis V* 46 eciam V 44 prorsum O racionis V 45 atuertas V 59 onorum V 61 *et* 62 atque OQ 71 acumulantes Q 79 Et] E V* 83 uexsare V podorem Q* amicitia OQ* (*corr.* Q¹)V 87 atque OQ 89 nihilo OQV : nilo *Lachm.* 91 necesest V 92 tella V 93 Discuciant V set V racioquae V 95 regimemque V 96 nihilo OQV : nilo *Lachm.* 97 Atque OQ oculi, i *in ras.* O¹ tocius V 100 Armoniam QV 102 pona V* ualitudo Q 103 tamem V 106 Sae///pe V 115 acipit V 116 Laeticiae V curras V 117 im membris cognuscere V 121 Atque O 123 atque OQ 124 chinc V 131 Adque V *(sic scribendum)* : Atque OQ harmoniai Q¹ : harmonia OQ*V 134 Transtullerunt V 135 Quicquid O¹ ceterra V 136 atque OQ 137 atque OQ 138 caput QVO¹ 142 Leticie V : Licentiae Q animusque est QV 143 Ce///tera V 146 comou& V 147 caput OV 150 animai Q¹ : anima OQ*V 151 atque OQ 152 uehementi Q¹ 156 Calicare O*, *Prisc. 474 (GK)* aures *Prisc. 474* suscidere V 159 coniuctam V* 161 racio V naturam (*ex* aturam V*?) V¹ atque OQ 163 Coripere exomno V 164 Atque OQ 165 nil *It.* 166 none V fatendum est QV 169 animum (*ex* animam V*?) V¹ 172 Ad V : At OQ langor V 174 exsurgendi Q 176 hictuque V libo////rat (*in ras.* ris?) V 180 corporibu V 182 nil *It.* 186 tantoperest V rutundis O*QV : rotundis O¹; *item 195* 189 aaqua V 191 Ad Q* : At OVQ¹ *item 198* 193 materiai Q¹ : materia OQ*V 195 subtilibus O¹ 196 papauerissaura V 198 quontra V

205 rotundis O¹ 207 oportuna *Ecl. Sang.*, OQV *(cf. V 807)* 209 testura V 212 atque OQ 213 nil *It.* 214 nil *Lachm.* 219 cessura V 220 Inquolume V hilum] illum V 221 flosseuanuit V 223 alico Q* succus Q* 227ª TERCIAM V 228 eciam V atque OQ 229 licae V* 230 nil *It.* 233 porro, o *ultima in ras.* O¹ 235 necesse est V 236 aëris] Eris V 238 cucnta (?) V 239 Nihil OV : Nihihil Q : nil *It.* recepit O*QV *(cf. II 1025)* : recipit O¹ 242 experx V 243 extat V 250.254 atque OQ 253 pertubentur V* 254 animai Q¹ : anima OQ*V 262 principorum V 266 uulgo QV 275 Adque V : Atque OQ; *item 280* tocius V 282 necesse est V 283 commista V 284 Adque Q*V : Atque OQ¹ emineadque V : emineatque OQ 285 quidam Q*V 287 interemant O*Q : interremant V :

interimat O^1 287ª VARIETŒE V 291 orrorem QV membri V* 296 imprimis V 299 At OQ *item 302* frigitda V

303 irai L : ira OQV 305 perfixsa V 308 cosdam V 313 Tercius QV 314 Imque V 315 sequaces O 316 Corum V* 317 repperire O : repirere V 318 coritur V 321 racio V 322 nil *Lachm.* impediat V 329 animatque V 330 Extraere V aut O*Q*V : *corr.* O^1Q^1 ///soluantur O* : di *in ras. 2 uel 3 litt. scr.* O^1 341 animai Q^1 : anima OQ*V; *item 344* 345 Muta V* 346 etia V 347 nequead QV : nequeat O 356 Ad QV : At O dimisa Q 380 animai Q^1 : anima OQ*V 385 capud O*Q : caput O^1V 386 uolantes *Fest.* 392 animai Q^1 : anima OQ*V; *item 397.399* 395 cohire Q

406 animai Q^1 : anima OQ*V^1 : animi V* 409 Incolummis V; *item 415* cernendi Q : cermundi V 411 solam////que V 427 aquai Q^1 : aqua OQ*V 449 robustis O^1 : rubustis O*QV 454 dificiunt V 455 animai Q^1 : anima OQ*V 467 uultus QV 470 necesse est QV 473 summus V 477 descessit V 484 At OQ 491 facigat QV 498 uiai *It.* : uia OQV 499 animai Q^1 : anima OQ*V

504 uacillans V 508 inere V 513 aecumst O* : aecum est Q*V : qu *pro* c *corr.* O^1Q^1 514 prorsum O^1 518 deffluere V 524 occorrere V 526 homiminem V* 533 foret (?) V 536 At OVQ^1 animai Q^1V^1 : anima OQ* : anima//// V* 538 nusquam est QV 542 linquunt O^1 545 obbrutescat *Marullus* : obbrutiscat *Non.* : obrutescat OQ : ofurtesca V*; b *supra* o *add.* V^1 546 undeque O* 549.550.551 atque OQ 551 naressue V 555 cod V 556 aliut V coniugeius V 557 quandoquide V 558 atque OQ 563 Scilicit V aunlsus QV 565 atque OQ; *item 567.573.576.579* nil *It.* 572 racione V 573 aër] er V coibere V 578 necesse est V 579 coniuncta est V adduob *in mrg.* V *continuatum ipsa manu librarii; intellige* : adde duobus 580 animai Q^1 : anima OQ*V 581 taetro Q*V : tetro OQ^1 582 quoorta V 583 diffussa Q* 584 Atque OQ; *item 588* mutantum V 591 eris V 593 uedetur V 595 uoltus OV* : uultus QV^1 596 Moliaque V 598 trepitatur QV omnis QV : omnes O 599 Extremi V* uitahe V repraehendere O* : reprehendere O^1 : rep̄hendere QV 600 Conquasatur Q tumens (?) V

602 caussa V 604 Imbecilla V 605 aeuum O^1 606 nequeat OQ 608 incolumen QV 610 deficire V 611 imparti V 614 reliquere V* 616 set uni V 617 eret V 618 loca, ca *in ras. scr.* O^3 : loco O*V* redita O*QV : *corr.* O^1 620 Atque OQ

624 .reterea *(spat. init. pro rubr. rel.)* Q 626 faciendum Q 638 animai Q^1 : anima OQ* 639 discisa Q dissicietur *sic* OQ *(cf. Sommer Lat. Lautl.* ² *266)* 640 Ad OQ* *(sic scribend.)* : At Q^1 654 caput O 655 uultum Q 656 relliquias O^1 animai Q^1 : anima O^1Q^* : animi O* 667 diuisa est O 668 putandust Q 677 necesse est Q 682 Aud Q 693 gelidai *It.* : gelida OQ* : gelidae Q^1 aquai Q^1 : aquae OQ* 707 caulas, cau *in ras.* Q 713 linquontur O*Q : linquuntur O^1 animai O^1Q^1 : anima O*Q* 714 lincuntur O*Q : linquuntur O^1 715 Haud Q^1 716 ammisis Q 718 nullas, a *in corr.* Q 721 exsanguis *Non. 103,6 (sic)* 725 ut *initio u. 726 ponunt* OQ 733 atfine Q* : affine Q^1 : adfine O* (?) : et fine O^1 778 immortalis O 784 aetere O* : *corr.* O^1 787 dispositum est Q quicquit O^1 : quicquid Q : quidquit O* 798 periisse *It.* : perisse OQ necesse est Q 802 putandum est Q 806 .raeterea *(spat. rubr. rel.)* Q necesse est Q : necessust O* (?), Q *in libro V* 808 quead O *(III)*, O*Q *(V)* : queat Q *(III)*, O^1 *(V)* 809 materia OQ* *(III, V)* : *corr.* Q^1 *(III)* 812 inane est Q *(III)*, OQ *(V)* 819 immortalis O habenda est Q 830 nil *It.; item 832.845* 838 animai OQ (*an* O^1Q^1?) 847 materiam O 852 nil *It.* 855 materia OQ* : *corr.* Q^1 858 reφhendere Q : rep**hendere O* : reperhendere O^1; *cf. 599* 859 iectà est Q uitai *It.* : uita OQ* : uitae Q^1 861 futurum est Q 866 nil *Lachm.* 888 malum est Q 906 Ad O* : .d Q* : At O^1Q^1 horrifico O : horritico *Non.* : orrifico Q 927 nil *Lachm.* 928 materiai Q* (Q^1?) : materia O, Q*(?) 930 uitai *It.* : uita OQ 945 nil *Lachm.* 950 .uid Q 954 querelas Q 956 uitai *It.* (Q^1?) : uita OQ* : uitae (?) Q^1 962 necesse est Q 966 baratrum O^1 (uar- O*) Q *(cf. 954)* : barathrum *Lachm.* 970 alit OQ : alid *It.* 972 nil *It.* 978 acherunte *Prisc.*, O : hacerunte Q* : acheronte Q^1 980 aere O : ere Q 982 diuom O*, *Lachm.* : diuum QO^1 986 repperire O 987 inmani *Macr.* : immani OQ 989 terrai *It.* : terra OQ 991 cybum Q 992 tityos Q : tytius O* : tytios O^1 1001 rursum O^2 1004 saciareque Q 1014 poenarum L : paenarum OQ 1015 luela *Ecl. Sang.*, OQ : luella *Lachm.* 1017 carnificis Q : carnifices O 1029 condam Q 1031 lacunas Q^1 1036 reppertores (*i. e.* reperpertores) Q 1037 helliconiadum Q : helicaoniadum *Non.* 1038 esceptra *Non.* 1041 obtulit Q^1 (?) : optulit O (Q*?) 1043 omnes *Lact.* 1044 Restinxit *Lact.*, Q 1050 repperire O 1062 nilo *Lachm.* 1069 haut O : aut Q* : haud Q^1 1083 aliut Q* 1084 uitai *It.* : uita O : uitae Q 1090 quoduis OQ : quotuis *It.* 1091 nilo *Lachm.* 1093 uitai *It.* : uita O : uitae Q

LIBER QVARTVS.

INDEX : 26 AVRES Q 32 IOCVNDISSIMVM Q

TEXTVS 3 haurire Q *(cf. ad V 516)* 7 Relligionum Q : Religionum O *(cf. V 114)* 9 musseo Q^1; *item 22* 11 absinthia *Non.*, Q : apsinthia O 16 absinthi *Non.* : Absinthii Q : Apsinthi O 18 quoniam] *ss.* quando Q^1 *(cf. II 37)* 29 uehementer OQ : uementer *Lachm.*, *itemque 49* 53 uacari O* 75 rusaque O 78 cauea OQ : *corr. It.* subter O^1 88 subtili O^1Q^1 : suptili O* : suttili Q* 96 nil *Lachm.*

103 iscendist O^1 121 necesse est Q 142 cuiusce O horas O*Q (*corr.* O^1) 151 nil *Lachm.* 193 paruola O* : paruula QO^1

211 aquai Q^1 : aqua OQ* 224 Cum tuimur O^1Q^1 (1), Q (2) : C**tuimur O* : Cum mimur Q* (1) 226 dimittitur Q (2) : dimititur O : dimittuntur Q (1) partes O 227 requis Q* (2) 268 Duriciem Q 275 post aestum Q 276 secuntur O*Q : sequuntur O^1 287 faciti ut *obscure* Q* 294 Planiciem Q

333 rusum O*Q : rursum O^s 354 rotundae O^1 362 rotunda O^1 368 nil *Lachm.* 382 Umbra quaeque OQ 391.411 aethereis O^1

404 tremolis Q 414 Ad Q* : At OQ^1 416 impete Q 425 atsimili O^1 434 nil *It.* 441 subpina Q 445 nymbos O 447 subter Q : supter O 451 suppellex O 467.469.470.474 nil *Lachm.* 473 at Q^1 483 balebit O 494 odoris Q : odores O 495 seorsum Q : sorsum O 499 uerum est Q

512 parata est Q 513 praua est Q 520 necesse est Q 522 quo OQ^1 : co Q* 537 nigrai Q^1 : nigra OQ* 542 aures Q 546 lucubri u. querelam Q 558 uecesse est O 570 atlisa Q 572 uene O*Q* 583 Afirmant O uulgo Q 584 querelas Q 588 hiantes Q* 590 loquontur O* : loquuntur O^1 : locuntur Q 600 Incolomis Q

602 transuolat Q 605 Dissuluit Q : Dissiluit O 618 aquai *It.* : aqua OQ 619 sicare Q 623 atingunt Q 628 praecip**tauit O* 633.637 cybus Q 636 differritasque O* 647 caessura O : caesura Q 654 rotunda QO^1 661 acerua Q 673 .unc *(initiali pro rubr. relicta)* Q uares O^1 674 uecesse est Q 680 uolturiique *Pontanus* : Volturique OQ 681 Uncula O

713 fugai Q^1 : fuga OQ* 715 immissa Q 718 nil *It.* 743 suptilem O* 747 suptilis O* 750 Quatinus OQ *(cf. II 927)* : quatenus *It.* 755 *ante* aeque *una litt. erasa* Q 767 uiuom O* : uiuum QO^1 769.790 Brachia OQ : bracchia *corr. Lachm. ad VI 434*

822 uementer *Lachm.* 834 nil *It.* 835 natum est O 873 licor Q

901 suptili O* 912 auris O* : aures QO¹ 920 animai *It.* : anima OQ 921 impedit Q 925 animai *It.* : anima OQ* : animae Q¹ 929 nobitas Q* 943 possiture Q 944 *post* uti *ras. 3 litt. in* O animai Q¹ : anima OQ* 952 Bracchia O : brachia *Non.*, Q poplitisque *Non. (ed. Gerlach-Roth)* : poplitesque OQ 953 summittuntur Q uiresque O¹ 959 animai Q¹ : anima OQ* 976 reliquas O¹Q¹ 980 molia Q 981 chithare Q hordas O* 999 moli Q 991 uocisque OQ : uocesque *Lachm., itemque 1000, at cf. IV 577* 992 reducunt O¹Q : reducunt O*; *item 1001* 997 Ad O*Q : At O¹

1006 necessust O* : necesust Q : necessumst O¹ *cf. II 710; V 351* 1007 Ad Q : At O 1008 diuom O*, *Lachm.* : diuum QO¹ 1029 babilonica Q 1030 Tum O : .um *(sp. rel. pro rubricatore)* Q quibus] b *del.* O¹ 1046 libido O¹ 1051 cominus Q ostem O 1058 autem est Q 1061 presto O : *abbrev.* Q 1069 furotatque Q 1075 pura est Q¹ 1085 Blandaque Q : Blanda quae O 1090 cuppedine O*Q : cupedine O¹ 1092 partes O 1095 nil *It.*

1105 tuuntur Q 1107 eo est Q¹ 1110 Necquiquam Q nil *Lachm.* 1127 thalasina O 1129 bene Q¹ : uene OQ* 1130 palam Q 1134 aliquid QO¹ 1137 reliquit O 1141 secundo] *ss.* ·|· fortunato Q¹ 1146 plagas] *ss.* rete Q¹ 1160 melchrus OQ : *corr. It.* foetida OQ 1161 paladium Q 1168 ceres est Q : cerest O iacho O 1173 sene Q 1176 chacinnant Q 1182 querela Q 1183 damne Q* 1186 cellant Q 1190 animo est Q¹ 1193 complexa O

1210 Diuorsi Q : Diuersi O 1206 uinetosque Q* 1225 nilo *Lachm.* 1232 soboles siue est *Fest.* 1234 absterrent] b *in ras.* O^{s} 1235 aeuum QO¹ 1237 Conspercunt O* 1238 redant Q 1239 Nequicquam Q diuom O* : diuum QO¹ 1255 Uxoris OQ* : Uxores Q¹ inuenta est Q 1277 nihil OQ¹ : nigil Q* : nil *It.*

LIBER QVINTVS.

1 .uis *(spatio initiali pro rubric. uacuo relicto)* Q 28 geryonai O² : geryona O* : geriona Q 33 immani OQ : in mari *Macr.* 39 nil *It.* saciatem Q 51 diuum *Lact.*, Q 61 aeuum Q 64 .uod *(init. pro rubr. rel.)* Q 66 redunda Q 69 lunaique *It.* :

Lunaque OQ 71 loquella *Lachm.* : loquela OQ : loquillam (loquiillam, loquelam) *Non.* 76 .raeterea *(init. pro rubr. rel.)* Q 79 Libera Q^1 : Liuera OQ* 82 bene Q^1 : uene OQ* aeuum Q 85 caput O 88 quead OQ^1 : queat Q* 92 .rincipio *(init. pro rubr. rel.)* Q

107 furtuna O 112 Pyhia O phoeibi Q* 114 religione *Lachm.* 118 scellere Q 131 quicquid Q 151 nil Q^1 158 diuum O^1 171 nil *Lachm.* 172 aeuum QO^1 180 in numero OQ^1 : inumero Q* 184 modo est Q^1 200 .rincipio *(spat. init. rel.)* Q

208 uitai *It.* : Vita OQ 211 Terraique *I 212* O^1 : Terraeque *hic* OQ 216 perimunt *Macr.*, Q^1 imbres *Macr.*, O^1 221 Adportant O^1Q^1 226 lucubri O* (*corr.* O^1) aequmst O^1 229 Necrepitacillis OQ : *corr. It.* 230 loquella *Lachm. (cf. V 71)* : loquela OQ 235 terrai *It.* : terra OQ 240 .uippe *(init. rubr. rel.)* Q 247 corripuise Q* 248 sumsi Q* 251 .rincipio *(init. rubr. rel.)* Q 252 assiduis O^1 253 exhalat QO^1 : exalat O* 261 .uod *(init. pro rubr. rel.)* Q 263 nil *It.* 264 quicquid O^1 : quidquid O*Q aquai Q^1(?) : aqua O (Q*?) 265 nil *It.* 266 uerentes Q* 268 subter O^1 274 oras OQ 279 Haud Q 280 assidue O^1; *item 282* 281 .argus *(init. rubr. rel.)* Q 285 inc Q* 294 terrestia Q 295 choruscis Q 298 Suppeditare O nouum QO^1

304 quidquid O*Q : quicquid O^1 306 .enique *(init. rubr. rel.)* Q 338 fuise Q 339 periisse F : perisse OQ 341 assiduis O^1 345 res stantis Q* 351 .raeterea *(initiali rubricatori relicta)* Q necessust Q (O*?) : necessest O (O^1?); *cf. II 710; III 806* 353 quead O*Q : queat O^1 354 materiai Q^1 *III 809* : materia *utroque loco* OQ 362 disiliant Q 365 Natura est Q admixtum est Q 370 spartiumque Q 373 Haud Q 376 .uare *(init. rubr. rel.)* Q 381 nequamquam Q 389 Deminuunttradiisque Q* 395ª PHETONTE O

402 suscepit Q 403 trementes O* 407 materiai *It.* : materia OQ; *item 416* 418 lunai *It.* : luna O*Q : lunae O^1 419 Nam O : .am *(init. rubr. rel.)* Q 431 terrai *It.* : Terrae *hic* OQ : Terra *II 1063* OQ* 447 seorsum *Macr. VI 2,24 (sic)* : sorsum OQ 449 terrai Q^1 : terrae OQ* 455 e leuibus atque rutundis O* : ex (e QO^1) leuibus atque rotundis *Macr.*, QO^1 459 apstulit O* 463 Exhalantque O^1 476 fita sunt O* 494 succumbere O

510 uertitur O^1 515 subter O^1 516 austra *Non.*, *Isid.*, OQ : haustra *Raban.* 519 Siui Q 523 ignis *sic* OQ 525 Flamea Q 529 secor Q 535 ł euanescere *in mg.* Q* 552 aut Q 557 animai *It.* : anima OQ 559 tollore Q 569 nil *Lachm.* 572 nil *It.* 577 Quicquid O^1

594 pauxilo O pose Q 588 Perparuom O* : Perparuum QO¹ 590 .llud *(init. pro rbnr. rel.)* Q

602 aquai *It.* : aqua OQ 606 Oportunus O 615 aestiuissepartibus Q 622 santa Q 629 Et] .t *(init. om.)* Q 652 langguidus O* 663 .uod *(init. pro rubr. rel.)* Q 680 .rescere *(init. rubr. rel.)* Q 681 summant O

707 orbe O¹ 708 Donique Q : Doneque O* *(sec. Lachm.)* : Donec O¹ 713 pilai O¹ : pilae O*Q 721 parti O* : parte QO¹ 723 Denique O¹ 727 chaldeum O*Q : chaldeam O¹ 739 uiai *It.* : uia OQ 744 sequuntur O¹ 745 uulturnus *Isid.* 749 rursus O¹ 753 quea Q 756 aliud O¹ 757 casum Q 763 opressum Q 765 aliud QO¹ 774 .olis *(om. init.)* Q 780 .unc Q* : Nunc Q¹ 781 foetu O¹ 786 datum est Q¹ 790 uirgultaque *potius* O^{s}Q¹

804 Linquunt O¹ 807 oportuna OQ* 808 uteritterram Q 832.833 aliud QO¹ 833 contentibus Q 838 Conata est Q¹ 878 .ed *(rubra initiali omissa)* Q 884 equus O¹ haud Q 886 equum O¹ 892 .ut *(init. om.)* Q

901 .lamma *(initiali om.)* Q 910 effuttiat Q 916 .am *(init. om.)* Q 918 nil *It.* 928 .undatum *(init. rubr. rel.)* Q 944 tullit U 945 Ad *Macr. (cf. Lachm. comm.)* : At OQU 950 proluuie O¹ : proluuiae O*QU¹ : proluiae U* 955 atque OQ 960 obtullerat U 964 impensa Q 967 Cons*ectabantur O 980 difidere O

1004 pelacia O 1010 solertius Q 1011 cassas OQ : *corr.* F 1017 immunuit Q 1018 Blandiciis Q 1019 amicitiam Q 1023 aequm O* : aequum O¹ : ęcum Q 1036 scymnique *Isid.*, OQ* : scimnique Q¹ *(in mrg.)* : ychimnique *Non.* 1069 haustus O : austus Q 1070 gannitu Q : cannitu *Non.*, O 1077 artubus *It.* 1085 Corborumque OQ imbres Q 1089 aecum est O 1099 flamma OQ

1108 arcemque] c *in ras.* O¹ 1109 Pressidium Q 1115 Diuicioris Q 1118 Diuiciae Q 1119 aestum quam O 1120 Ad O : At Q hominis Q* : homines OQ¹ 1124 uia OQ 1126 taetra O¹ : thetra O*Q 1137 superua O*Q 1145 aeuum O¹ 1152 Circumrecit Q 1156 diuom O*Q : diuum O¹ 1159 dilirantes OQ : *corr. It.* 1161 .unc *(init. om.)* Q 1163 solemnia O 1169 diuum O¹Q¹ 1180 haud Q 1195 aceruas OQ

1211 Temtat Q 1229 diuum O¹Q¹ 1232 nilo *Lachm.* 1241 .uod *(init. om.)* Q 1245 uellum O*Q* 1247 bonitate O¹Q¹ : uonitate O*Q* 1252 Quicquid OQ : quidquid *Lachm.* 1278 aliudO¹

contentibus Q : contemptius O^1 1279 appetitur Q 1280 mortaleis Q* : mortalis O : mortales Q^1 1287 aeris, s *e corr.* Q^1 1289 uelli O*Q 1290 sereuant O* 1292 caedebant Q

1308 Temtarunt Q moenere Q (O*?) : munere O^1 1315 quatientes Q *uel* Q^1 1322 ungibus O 1323 suos (e *ss.* Q^1) Q terrebant Q* 1324 supter Q 1351 ferrum est Q^1 1364 supter Q 1384 querelas Q 1391 saciate Q 1393 riuum O^1Q

1412 cognoumus Q* 1413 Suabius O* imprimis O* 1415 immutat O prestina Q* 1418 contemta Q 1422 Disperiis O* 1427 ad O*Q* : at O^1Q^1 nihil OQ *(sic scribend.)* : nil *It.* : nunc *Bergk* 1431 aeuum O^1Q^1 1440 aeuum O^1 1444 caepere OQ 1450 uitaeffunditus Q 1453 peditemtim Q progredientes O 1456 alid O* : alit Q : aliud O^1

LIBER SEXTVS.

INDEX 1 QVI O : VI Q 2 DIIS O SOLLICITVDINE O* 16 FIT O* 17 AETHNA O 20 CORNICES O *(text.)* AD *habet text.* O : *om. ind.* OQ 21 QVADRIPEDIS OQ 23 AD *del.* Q^1 AMMONIS O

TEXTVS 1 .rime *(initiali rubr. rel.)* Q 13 Afluere Q 22 conspurgare O* : conspurgaret Q 29 *adscr. manus saec.* X : o iuuenis audi bonum consilium Q 39 necesse ~ Q 42 incoeptum O^1 45 cumque] c *in ras.* O^1 52 diuum O^1 54 confere Q 58 aeuum O^1 63 domino sacris OQ^s : omnino sacris Q^1 adciscunt OQ; *at recte V 87* 66 ratione O^1 73 quia ut&ibi Q 81 quanquam O^1 96 P *initialis deest* Q

107 Ne cohibere Q 109 quondam QO^1 : condam O* 123 disiluisse Q 130 uensicula OQ^* : uessicula Q^1 : uesicula *Isid.* 141 aurit Q* 142 quicquasi Q* 146 humore O^1 154 phebi Q* delfica Q 160 fulgit] *initialis deest* Q* 162 Percuciat O^*Q : *corr.* O^1 ferum Q 187 fraudi Q^1 192 urgere Q 197 Complerunt Q

204 .ac *(init. rubr. rel.)* Q, *item* 219 .uod 206 necessust O^*Q^* : necessest O^1 : necesse est Q^1 208 Flameus O^cQ^* color O^1 221 alantis Q 225 .unc *(init. rubr. rel.)* Q com Q 227 nil *It.* 229 ac Q : hac O 238 mouilior O* 243 pecutes O* 246 .ulmina *(i .it. rubr. rel.)* Q 254 atre, atr *in ras.* O^1 258 thrait Q atra O* 260 trimis O* 265 exemto Q 270 fulgora Q

273 ardorequeorum Q 277 uertex Q 285 .uem *(init. rubr. rel.)* Q 291 aeter O* 292 praecepitans Q 296 Incedit O^1 299 tullit O* 305 Paruula QO^1 315 ferri est Q^1 secius O* 318 Oportuna Q 327 impetis Q 329 misa OQ 330 elimentis O 334 labenſc *sic* O 356 Dissoluunt QO^1 357 .utunoque Q 382 Indiua O* 390 abersabile O*(?)Q 397 brachia O 399 Optundi O ostis O*

411 partas O* : partes O^1 413 fierent *in mg. rep.* Q^1 414 at] t *in ras.* O necesest O 424 *in mrg.* : quid sit prestera Q^1 434 brachiique OQ 453 indup&ita O* : ndupedita (?) Q 454 Exicuis O* 456 compreendunt Q 458 saeuaco coortast O : saeua oortast (?) Q 461 Assidue O^1 471 uestes Q 472 humoris O 473 nubes O 476 fluuis OQ 477 nibulas Q 485 profundi] di *in ras.* O^1 489 Haud Q 490 tempesta OQ 493 .t *(init. rubr. rel.)* Q 494 elimentis O reditus Q 495 .unc *(init. rubr. rel.)* Q 497 aqua OQ

507 nubes O 517 uemens O* : uehemens QO^1 uehementer OQ : uementer *Lachm.* 521 alis Q 523 humorem OQ 524 tempestate in*eopacam O*, *in ras.* t *anguste inculcauit* O^1 526 .um (T *initiali rubr. rel.*) Q arqui *Non.*, Q(O*?) : arci (ci *in ras.*) O^1 535 .unc (N *initiali rubr. rel.*) Q terrai Q^1 : terra OQ* 537 Supter O* 538 multosq.ue (*i. e.* -queue) Q 540 terrai Q^1 : terra OQ* 543 suppositisque O 550 exsultant Q 552 aquae] e *in ras.* O^1 lacunas QO^1 564 impendent Q 580 terrai Q^1 : terra OQ* 585 siria O 586 animai] anima OQ; *item 591* 593 Disperditur Q 598 Terra OQ

608 .rincipio *(init. rubr. rel.)* Q redere Q 613 fontes O 614 Gutta OQ 626 crustras O*Q* 633 aqua OQ; *pro* aquai in *scripsit Comm. Bern.* aquam 636 humoris & a capud *Comm. Bern.* 639 .unc (N *init. rubr. rel.*) Q aethnae OQ (th *in ras. scr.* O^1) 640 Exspirent Q 646 molliretur Q 652 terrai Q^1 : terra OQ* 653 contueare] are *add. in ras.* O^s 654 relinguas Q* 658 Obturcescit O*Q 665 putantumst O* 669 aetneus O : aethneus Q 671 tempestatis O* : tempestates QO^1 673 At QO^1 679 summai Q^1 : summa OQ* 681 &nc̣ O : aethne Q 683 silicum O^1 : sillicum O*Q* : illic cum *corr.* Q^1 688 uellocibus O* 693 animai *sic* OQ 694 parte O^1 ad euis Q 696 mare O^1; *item 698* 712 .ilus (N *rubr. rel.*) Q 715 aut] Au *in ras.* O^s 721 parte O^1 728 Et *scrips.* O^1 730 etesia] *ss.* ethesie Q^1 738 .unc

(N *init. rubr. rel.*) Q 741 inpositum est *Non.*, *Geruas.* 742 loca] a *scripsit in ras. 3 litt., quarum prima uidetur fuisse* u, O^1 747 apud *corr.* O^1 montis O : montes QU 748ª AT O*U : AD O^1 HEDEM U 749 Est] .st *(init. rubr. rel.)* Q 755ª SVRIA O* 756 In] I *rubr. rel.* Q siria OU 761 appare O*Q* 763 animas] s *in ras.* O^1 aceruntis O*U* 765 alipides U 775 dissimilesque O^1 778 adque U : atque OQ 779 neque] q *in ras.* O^1 782 grauisque *Non.* : grauesque OQU 785 supter Q erbis U 786 eliconis U 788 Silic& U 791 extintum U 794 (C)ascoreo U 796 quo OQ : co U 798 adque U : atque OQ 800 aqua OQU

804 At QU 806 s&iam U sulphur U*O^1 809 Terra OQU 810 supter U 811 exalent OU : exhalent Q 812 faties U 814 uita OQU 825 Relliquias O auffert U 830 adque U : atque OQ 831 teramque OQ : eteramque U 832 Discuciat U 833 uolantis O : uolantes QU 837 Silicet U 839 omnes U* 841 si OQ*U : sic Q^1 845 coitque, it *ex* co *corr. ead. manu* U 846 concressit U silic& U 848 aput U* iammonis U* fons, s *in ras. longae litterae scr.* O^1 849—869 *initiales nunc recisae* U 851 supter U 853 remotum OQU^1, (U* *incert.*) 854 aqua OQU 855 r&dere QU* 857 queat QU 858 erquoquere *(initiali recisa)* U : Perquoccere (quocc *in ras.*) O^s : Perquocere O^1 : Percoquere Q 859 uis U* 863 aqua OU : aqª Q 865 frigessit U 866 compresa U mani QU 868 caudum O*Q*U fatiunt U 872 aqua OQU 874 aquai *Macr. (P)* : aqua *Macr. (M)*, OQU 875 humor *Macr.* 878 exoluit O* : exfoluit QUO^1 glaciem] g *ex* c *et* ci *in ras.* O^s : glatiem U 880 signi O* 882 impellitur O 884 necesse est U 886 expirare U 888 dispersa] d *in ras.* O^1 890 aqua OQU 891 scatit, sca *scr.* O^1 893 oportunam QU 899 stupae U

901 Nububi Q* 904 cominus U 905 putandum est Q^1 908 quare magnes *in mg.* Q^1 magneta, a *(in fine) in ras. scr.* O^1 914 aderens Q*U 915 alius] al *in ras.* O^1 917 firmandum est Q^1 920 atentas QU 921 .rincipio, *initiali rubr. rel.* Q 924 oderes U 925 uti Q^1 fluuiis *IV 219* OQ, *hic* U* : fluuis *hic* OQU^1 929 diluitaque (?) O* : *corr.* O^1 934 absint (s *pro* c U^1) hiat tangit U 938 quanquam O^1 940 necesse est U 941 nil *It.* promptu (promtu U) nisi QU : uni *in ras.* O^1 : promptum si O* *(sec. Lachm.)* 944 corporis udor U* 945 philique U 946 uenes U* citus U*

947 unguiculosque, un *in ras.* O^1 951 saxea, ea *scr.* O^s 952 frigusq Q*U 953 sueū Q 955 Moruida O*QU 958 nil *Lachm.* 962 excoquit O^1 966 facithesaurumque O 967 Ad O*U : At QO^1 thrahit O : trait U 968 ferum QU : terrum O* 969 At OQ 972 nil *Lachm.* 974 Unguentum U : Ungentum OQ seugeris U sucus Q benenumst O*(?)QU 981 redita QU 982 pradita O*U 983 maturam U 991 aliut U : aliud OQ 992 Adque aliut U : Atque aliud OQ 995 aliud QO^1

1002 necesse est QU 1003 era O*U 1005 spacium U 1010 connexa O 1011 horro O^1 : orror U 1014 uacum U* anulus O^1 : anullus O*QU 1015 Qud U 1024 Qud U* aneli U 1025 locum O*(?) 1026 proueat U* 1027 possitus O ueruerat O*Q*U 1030 feri U 1031 suptiliter O* 1037 ferost O* abbidus O* 1038 iactactur U 1040 Silic& U 1043 uicisim U 1054 Terrea O 1062 ferri, i *in ras. scr.* O^1 : ferro (?) O* 1063 corpuscola U 1066 oc U* 1069 mteries U* 1072 aquai Q^1 : aqua OQ*U 1073 grauif& O leoe U* oliumm O^1 : oliuem U* 1074 conchylii QU 1076 nertuni U 1082 consummere O* 1083 comprehendere Q : compreendere U 1084 texturre U* 1087 etam U* 1088 copulata *corr.* O^1Q^1 1090 .unc *(init. rubr. rel.)* Q 1092 Moruida O*QU : *corr.* O^1 1094 sunt U* 1096 coorta QO^1U^1 : cohorta *(ut uidetur)* O*U* 1097 perturbarunt QO^1 : perturuarunt O*U moruidus O*QU sęr U* : s *del.* U^1

1108 diferre U* et gadibus atque *in lit. scr.* U^1 1110 diuiuersa U 1112 fucies U* : ficies U^1 1113 teneret U* 1118 er U; *item 1120* 1120 Comouet U 1128 uis aere OU, *in mrg.* Q^1 : uisere Q* 1131 ueni U* 1137 temtare U* 1138 .aec *(init. rubric. rel.)* Q 1140 exausit O 1156 Atque OQ nimi U* puorrum U* : prorrum U^1 1157 Languebat Q : Langebat O : Langubat U 1159 Assiduc O^1; *item 1161* comista *(ut uidetur)* U* : comixta QU^1 querela Q 1160 pe saepe QU 1169 stomaco O*QU : stomacho *corr.* O^1 fornatibus U^1 1170 nil *It.* membr *reliqua oblitt.* U 1179 mussabbat O* 1182 pretea U 1184 uultus *Macr.* 1186 tingens U cohortus O* 1196 iacebiant U* 1197 candenti (*ex* candunti?) U^1 1198 reddebant (*ex* reddebunt?) O^1 1199 funera] a *scr. in ras.* O^1

1201 memebat U* 1208 partimetuentes U 1210 sino U* 1213 coepere O 1214 Cuntarum U cognocere U 1216 alitum O^1 1217 porcol U* : porcul U^1 absiliebat O : apsiliebat Q : apsilieba U

1222 fida] a *in ras.* O¹ 1226 remedii *Macr. (P)*, OQU 1228 Volucre] V *add.* O¹ 1239 Vita OQU cupid**os U¹ 1240 posturpi U 1241 expertos U* 1243 Atque OQ 1244 uoce uox mixta U* : *transp.* U¹ querelae Q 1247 Inique U* 1248 redibant] i *in ras.* O¹ 1251 nors (?) O¹ temtared U empore O talei] *possis uel sic explicare scripturae ductus codicis* Q : tela Q* : tale Q¹ 1253 corui U* 1258 Natribus U* 1260 contullit U 1262 quo OQ¹ : co Q*U 1269 Orrida QU panis U 1270 ossibus] sosibusbus U* : *prius* bus *del.* U¹ 1274 Cunta cadauerbus U 1275 Hospidibus U 1276 diuum O¹ 1280 et *in ras.* O¹ 1282 saiasit U 1286 pocius U deserentur U

Druck von C. Schulze & Co., G. m. b. H., Gräfenhainichen.

PHILLIPS ACADEMY
3 1867 00072 8340

DATE DUE

15200

Lat
871
L9d
v.1